ΓΟΓΓΥΣΜΟ'Σ, murmuratio. אָוֶן, *iniquitas.* Ies. LVIII, 9. ubi γογγυσμὸς *mendacia, calumnias* notat, *quas de aliis sparguntur.* - מָנוֹן, *filius. Symmach.* Prov. XXIX, 21. Ex sententia plerorumque Intt. fortasse legit תְּלוּנָּה, aut simile vocabulum a לוּן. Sed γογγυσμὸς est h. l. i. q. γογγυστής, aut γόγγυσος (*Vulgat.* bene: *sentiet eum contumacem*), abstracto posito pro concreto, ac מָנוֹן explicandum h. l. est ex arab. صنان, quod *beneficiorum exprobratorem* notat, a rad. صن, *exprobravit beneficia.* Vide *Michaelis Suppl.* p. 1527. - תְּלֻנָּה, *murmuratio.* Exod. XVI, 7. 8. 9. 12. Num. XVII, 5. 10.

ΓΟΓΓΥΣΟΣ, murmurator. נִרְגָּן, *part. Niph. susurro, murmurator. Theod.* Prov. XVI, 28. *Semlerus* coniicit legendum γογγυστής, ut cap. XXVI, 21. Sed cur adhibenda sit huic loco medela, nulla causa apparet, nam utrumque in usu est.

ΓΟΓΓΥΣΤΗ'Σ, idem. נִרְגָּן, part. Niph. *murmurans. Theod.* Prov. XXVI, 21. *Symm.* Prov. XXVI, 22.

**ΓΟΕΡΟ'Σ, lugubris, flebilis, lamentabilis.* Est vocabulum hoc magis poeticum, cuius loco prosaicis usitatius est χοώδης. 3 Macc. V, 16. ἐν μέλεσι γοεροῖς, carminibus lugubribus. *Hesych.* γοεραῖς, θρηνώδεσι, πενθικαῖς. *Suido.* γοερὸν, θρηνῶδες, λυπηρὸν, κατανυκτικὸν, καὶ γοεροῖς. pag. *Apollon. Rhod. Arg.* IV, 18. *Athen. Deipn.* lib 174. F. ...*ura, supplex*

ΓΟΗΤΕΙ'Α, incantatio, deceptio, ἐπὶ I, 24. ἠξίου μετὰ *sed fallax ac dolosa persuasio.* 2 Macc. *impostura:* ubi γ., ut πολλῆς γοητείας, rogabat cum mu*tationes causasque fictas,* monet *Baduellus,* videtur signifi*ipsum dimitterent.* Est a γόης, *quibus illis dolose persuadeba*' ὁ ἀπατεών, ὁ φαρμακὸς, ὁ μάqui iuxta *Phav.* est ὁ πλ... γος, ὁ ψεύστης.

ΓΟΗΤΙΚΟ'Σ, magicus, incantatorius, deceptorius. ...ithp. a לָהַם, arab. لهم, *avide deglutivit.* מִתְלַהֲמִים, part. ...*id quod avide deglutitur, buccella suavis. Aqu.* Prov. XXVI, 22. λόγοι τονθρυστοῦ γοητικοί, verba susurronis ... deceptoria. Non male quoad sensum. Fortasse tamen respexerunt ad arab. لهم, *inspiravit,* unde מִתְלַהֲמִים, *inspiratum* Ergo ...

agens. Hesych. γοητικὸν, ἀπατηλὸν, μαγικὸν, τὸ δι' ἐπαοιδῶν ἐσκευασμένον.

ΓΟΜΟ'Ρ, et *ΓΟ'ΜΟΡ*, *gomer*, *homer*, *mensura aridorum.* חֹמֶר, idem. Ezech. XLV, 11. 14. Hos. III, 2. Conf. *Bielium* in *Act. Erud. Suppl.* T. VI. sect. 6. p. 256. et infra in λεθὲκ. - חֲמוֹר, *asinus.* 1 Sam. XVI, 20. γόμορ ἄρτων. *Clericus* cum aliis existimat, eos legisse חֹמֶר, simulque monet, scribendum fuisse χόμορ; quae est eadem mensura ac corus, non γόμορ, quae est eadem ac עֹמֶר, et quae minor multo est mensura. Sed mihi videntur retinere voluisse vocem hebraicam. Cf. ad h. l. *Bocharti Hieroz.* P. I. l. II. c. 13. p. 181. - מֵאָה, *centum.* 1 Sam. XXV, 18. ubi per γόμορ ἓν exprimitur. - מַשָּׂא, *onus.* 2 Reg. V, 17. ubi tamen γόμος legendum esse, quis non videt? Conf. Exod. XXIII, 5. - עֹמֶר. Ex. XVI, 16. 18. 22. 32. 33. 36.

ΓΟ'ΜΟΣ, *onus.* מַשָּׂא, idem. Ex. XXIII, 5. 2 Reg. V, 17. ubi vid. *Scharfenb.*

ΓΟΜΦΙΑ'ΖΩ, *hebesco*, *stupeo dentibus.* *קָהָה, *hebetor*, *obtusus fio* vel *factus sum. Symm.* et *LXX* Ez. XVIII, 2. ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν, dentes liberorum hebetes facti sunt. Sir. XXX, 10. ἐπ' ἐσχάτῳ γομφιάσεις εἰς τοὺς ὀδόντας σου. *Vulg. in novissimo obstupescent dentes tui*, h. e. dolorem ingentem concipies; nam dentes stupidi ex cibo non voluptatem sed dolorem sentiunt. *Tigurina*: tandemque dentibus tuis infrendeas, h. e. indigneris et fremas ob improbitatem filii. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* γομφιάσεις interpretatur συγκόψεις.

ΓΟΜΦΙΑΣΜΟ'Σ, *hebetudo*, *stupor dentium.* נִקָּיוֹן, *munditiee.* Amos. IV, 6. δώσω ὑμῖν γομφιασμὸν ὀδόντων. Legerunt fortasse נִקְהִיוֹן a קָהָה. *Hesych.* γομφιασμὸν, συνθλασμὸν, ἢ συντριμμὸν ἢ αἱμωδιασμὸν ὀδόντων. *Gloss. MS. in Proph.* γομφιασμὸν, γλυκασμὸν, ubi ex *Suida* legendum videtur συγκλασμόν.

ΓΟΝΑΤΙ'ΖΩ, *iubeo seu facio procumbere in genua*, *iubeo requiescere*, etiam *flecto genua*, *procumbo*, ita ut intellegatur ἐμαυτόν. הִבְרִיךְ, *genua flectere facio. Aqu.* Genes. XXIV, 11, et XLI, 43. ubi *Montf.* in *App.* loco γονατίζειν suspicatur legendum γονατίζει, h. e. *genua flectit.* Recte. Nam ita legitur in Cod. *Mosquensi.* Confer *Fischeri Clavem* p. 57. seq.

ΓΟΝΕΙ͂Σ, plur. ex γονεύς, *parentes.* אֵם, *mater.* Prov. XXIX, 15. - בֵּן, *filius. Aqu.* Iob. XVIII, 19. Quomodo in hac orationis serie *Aquila* parentes ac filios permutare potuerit, equidem non video. Igitur loco γονεῖς reponendum esse existimo γόνος, quod, sicut σπέρμα, de *filiis* ac omnino *posteris* adhibetur. Confirmat hanc coniecturam auctoritas

Vulgatis Int. qui aperte h. l. *Aquilam* secutus habet: *non erit semen eius.*

**ΓΟΝΟΠΟΙΕ'Ω*, *fetifico.* פָּרָה, *fructum fero. Inc.* Lev. XXVI, 9. γονοποιήσατε sec. cod. *Lips.* et *Coislin. K.* Adde *Schol. Lycophr.* 897.

ΓΟΝΟΡ~ΡΥΕ'Ω, *seminifluo*, *gonorrhoea* h. e. *seminis profluvio laboro.* זוּב, *fluo, effluo.* Lev. XV, 33. sec. *Oxon.* et *Ald.* Ibid. XXII, 4.

ΓΟΝΟΡ~ΡΥΗ'Σ, *seminifluus*, *gonorrhoea laborans*, seu *affectus.* זָב, *fluens*, *effluens.* Lev. XV, 4. 6. Num. V, 2. 2 Sam. III, 29. *Hesych.* γονοῤῥυής, οὗ ἡ γονὴ φέρεται ἀκουσίως. Scribitur quoque γονοῤῥοίης. Vide *Suidam* s. h. v.

ΓΟ'ΝΟΣ, *semen*, nempe viri. רָר, praet. Kal. ex ריר, *salivavit*, *fluxit.* Lev. XV, 3.

ΓΟ'ΝΥ, *genu.* ארכבה chald. *poples.* Dan. V, 6. – בֶּרֶךְ, *genu.* Gen. XXX, 3. Iud. VII, 5. 6. Ies. LXVI, 12. ἐπὶ γονάτων παρακληθήσονται, in genibus oblectabuntur. Lucem foeneratur hic locus ex *Theocrit. Idyll.* κγ', v. 53. sequ. Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κοῦρον ἔχοισαι Δακρυόεντ', ἀγανοῖσι παρεψύχοντ' ἐπέεσσιν. – לְחִי, *maxilla.* Iob. XVI, 10. ubi tamen pro τὰ γόνατα legendum esse τὰ σιαγόνια iudicat *Grabius Prolegg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 2. atque inde et *Hieronymi* versionem corrigit, in qua pro *in genas* male legitur *ingens.* Sed parum similitudinis inter τὰ γόνατα et τὰ σιαγόνια intercedit. Si coniecturae locus est, scribendum forte est εἰς τὸ γένειον. Fortasse tamen libertate in vertendo pro more suo usi sunt. – רֶכֶב, *currus.* 2 Reg. IX, 24. ἔκαμψεν ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ. Nisi haec versio ortum suum debet *Iosepho*, (qui *A. I.* IX, 6, 3. habet πεσὼν ἐπὶ γόνυ,) pro בְּרִכְבּוֹ legerunt בִּבְרְכּוֹ, seu בִּבְרְכָּיו, *in genua sua.*

ΓΟ'ΝΥ ΚΑ'ΜΠΤΩ, *genu flecto.* קָדַד, *verticem inclino.* 1 Par. XXIX, 20.

**ΓΟ'ΟΣ*, *planctus*, *luctus.* Vocabulum poeticum a γοάω, *gemo*, *deploro*, *defleo.* 3 Macc. I, 18. IV, 3. 16. ἀντὶ τέρψεως μεταλαβοῦσαι γόους, gaudium cum tristitia permutantes. Ib. V, 33. *Suidas:* γόον, θρῆνον. *Hesych.* γόος, θρῆνος, ἡ (leg. γοερὸς) θρηνητικός. Id. γοοῦσα, θρηνοῦσα.

ΓΟΡΓΕΥ'Ω, *velociter eo*, *festino.* הַכְשִׁיר, inf. Hiph. *rectum facere* s. *faciendo. Symm.* Coh. X, 10. ὁ γοργευσάμενος, *agilis.* Vid. s. v. γοργότης. *Hesychius:* γόργευσον, τάχυνον, σπεῦσον.

ΓΟΡΓΟ'ΤΗΣ, *strenuitas*, *agendi facilitas et velocitas*, *incitatus gradus.* כִּשְׁרוֹן, *rectitudo. Symm.* Cohel. II, 21. ubi in ed. *Rom.* ἐν γοργότητι tamquam scholion profertur. Ibid. IV, 4.

**ΓΟΥ~Ν*, *igitur.* 2 Maccab. V, 21. *Hesych.* γοῦν, τοίνυν.

ΓΡΑ'ΜΜΑ, ΤΟ', *litera*, *literas*, it. *liber*. (Confer *Valcken.* ad *Ammon.* pag. 58.) *גַּנִּים, nomen propr. *Ganim*. Ios. XXI, 26. *γραμμάτων*. *Semlero* in *App. Critico* pag. 304. in textu fuisse videtur *Γανὶμ*, unde errore oculorum fecerint librarii *γραμμάτων*, quod mihi certe non probabile videtur. Vide infra ad סַנָּה a me notata. – דָּבָר, *verbum*. Esth. IV, 3. IX, 1. – כְּתֹבֶת, *inscriptio*. Lev. XIX, 28. *γράμματα στικτὰ οὐ ποιήσετε ἐν ὑμῖν*, stigmata ne vobis insculpatis. – *סַנָּה, *Sena*, nomen proprium. Ios. XV, 49. *πόλιν γραμμάτων*. Deduxerunt a שָׁנַן, quae vox Deut. VI, 7. *inculcare*, *repetere* notat, quod etiam in scholis fit docendo. Apud Chaldaeos et Syros שנן *est docte et acute dicere*, et שנינה est *acumen ingenii*, vel *quippiam acute dictum*. – סֵפֶר, *liber*. Esth. VI, 1. VIII, 5. 10. Dan. I, 4.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΙ'Α, *scriptura, literatura, commentarius*. סְפֹרוֹת plur. *numeri*. *Al.* Ps. LXX, 15. ubi *γραμματεία* est *munus scribae*, cuius officium erat numerum rerum, quae inferebantur vel in publicum aerarium, vel in horreum, seu etiam militum et stipendiorum describere. Pro *γραμματείας* in nonnullis Codd. male factum est *πραγματείας*, ut etiam legit *Folengius Monachus*, unde et in latinas editiones irrepsit *negotiationes*. *Suidas* ad h. l. respiciens *γραμματείας* interpretatur *ἐξαριθμήσεις*, quae vox etiam *Hesychio* reddenda est loco *περιεσπασμένους*, non autem *πραγματείας*, quod *Bielio* visum fuit. *Symmachus* l. c. habet *ἐξαριθμῆσαι*. Sir. XLIV, 5. *συνέσει γραμματείας λαοῦ*, h. e. peritiae literaturae scribarum populi. Sine dubio enim ibi ante *λαοῦ* excidit vox *γραμματέων*.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥ'Σ, *scriba*, it. *praefectus*, *princeps*, *iudex*. אֲדַבֵּר fut. Pihel, *loquar*. Iob. XXXVII, 20. Verba *ὁ γραμματεὺς* l. c. potius ad יְסֻפַּר, quam ad אֲדַבֵּר (quod prorsus omisisse videntur) referre mallem, ut vel duae versiones, ut saepe, coaluerint, vel glossema ad vocem *βίβλος* pertinens exhibeant. – סֹפֵר, *scriba*. Iud. V, 14. *ἐν σκήπτρῳ διηγήσεως γραμματέως*, ubi *γραμματέως* sine dubio est glossema e margine in textum ex alia interpretatione vocis hebr. infultum. 2 Sam. VIII, 18. XX, 25. 1 Reg. IV, 3. Vox ibi occurrit de scribis regiis. De Esdra vero, qui in codice sacro recte describendo occupatus fuit, legitur Esdr. VII, 5. 10. 11. Neh. VIII, 3. 6. 11. XII, 26. – סָפְרָא chald. Esdr. IV, 8. 9. 17. 23. – עֹשֵׂה מְלָאכָה, *faciens opus*. Esth. IX, 3. – שֹׁטֵר, *praefectus*, *scriptor publicus*, a سطر, *scripsit*. Ex. V, 6. ubi perperam *Tychsenius* in *tentam.* p. 85. putat eos ספר divinasse. *Fullerus Miscell.* III, 19. ait, versionis istius originem a Syris deductam esse, qui *chirographum* seu *syngrapham* שטר dicere solent. Num. XI, 16. 2 Par. XXVI, 11. XXXIV, 13. Vide

Michaelis Ius Mosaicum T. I. §. 51. Adde *Symm.* Prov. VI, 7. ubi γραμματεὺς *praefectum*, *principem*, *regem* notat. Conf. *Opuscula Critica* pag. 291. ac *Lex. N. T.* s. h. v. – שֹׁפֵט, *iudex*. Chald. Esdr. VII, 24. Sirac. X, 5. γραμματεὺς est *praefectus*, *princeps*, nam in antecedentibus sermo est de magistratibus. Sap. XXXVIII, 25. *literatus*, *doctor*, spec. religionis Iud. 1 Macc. V, 42. ubi vid. *Michaelis*.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥ'Ω, *sum scriba*, *scribae partes ago*, *praefectus sum*. הִצְבִּיא, Hiph. *militare facio*, h. e. *in re militari exerceo*. Ierem. LII, 25. – שֹׁטֵר, *praefectus*. 1 Paral. XXVI, 29.

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ', scil. τέχνη, *grammatica*, *literatura*. סֵפֶר, *liber*. Dan. I, 17. sec. *Chis.* et *Theodot.*

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟ'Σ, *literator*, *literatus*. *יֹדְעֵי דַעַת, *sciens scientiam*. Dan. I, 4. sec. *Chis.* – סֹפֵר, *scriba*. Ies. XXXIII, 18. ubi γραμματικοὶ sunt *notarii castrenses vel militares*. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* Forte tamen ibi legendum est γραμματεῖς loco γραμματικοί. Vide et 3 Esdr. VIII, 24. ubi pro πραγματικοῖς alii libri habent γραμματικοῖς.

ΓΡΑΜΜΑΤΟΕΙΣΑΓΩΓΕΥ'Σ, *literarum publicarum promulgator*, *exactor*. *Augustinus quaest.* 69. in *Exod.* negat, facile sciri posse, quinam γραμματοεισαγωγεῖς fuerint, quoniam hoc nomen in nullo usu habeatur vel officiorum vel magisteriorum, et lib. 18. de *civit. Dei* cap. 39. putat, ita eos dici, qui docendis literis praeessent. Hinc *Trommius* transtulit *literarum institutor*, *magister*. *Sigonius* de *rep. hebr.* VII, 7. intellegit *eos*, *qui lites s. causas ad inferiores iudices deferrent*. *Bielius* transtulit *publicarum literarum promulgator*, *exactor*. Mihi autem videntur esse *ii*, *qui iudicum sententias et decreta aut scripto excipiunt aut ad alios perferunt*, fere i. q. *praecones*, *adparitores*, *lictores*, *viatores* apud Romanos. שֹׁטֵר Deut. I, 15. XVI, 18. XXIX, 10. XXXI, 28. Adde Ex. XVIII, 25. sec. *Alex.* et *Ald. Gloss.* in *Octat.* γραμματοεισαγωγεῖς, ἐκβιβασταί, (*Zonaras* ἐκβιασιὰς habet.) παιδευταί, unde corrigendum videtur *Lex. Cyrilli MS. Brem.* in quo ita: γραμματοεισαγωγεῖς, ἐκβιβασθεὶς, παιδευθείς. Leg. ἐκβιβασταί, παιδευταί. Vide *Fesselii Advers. S.* l. I. c. 1. p. 15. seq. ac *Martini Lex. Phil.* s. v. *Principes populi.*

ΓΡΑΠΤΟ'Ν, *scriptum*. מִכְתָּב, idem. 2 Par. XXXVI, 22. 3 Esdr. II, 2. 2 Macc. XI, 15. Subintellegendum autem ibi videtur βιβλίον.

ΓΡΑΦΕΙ'ΟΝ, *graphium*, *stylus scriptorius*, *penicillus*. מִכְתָּב, *scriptura*. *Aq.* Deut. X, 4. Voce γραφεῖον pro *scriptura* usus est etiam *Clemens* 1 *Ep. ad Corinth.* §. 28. ubi vide *Colomesium*. – עֵט, *stylus*. Iob. XIX, 24. *Al.* Ier. XVII, 1. ἐν γραφείῳ σιδηρῷ. Sic enim legendum censet *Grabius* de *vitiis LXX Intt.* p. 75. *Symm.* Ps. XLIV, 2.

**ΓΡΑΦΕΥ'Σ*, *scriptor*. סוֹפֵר, *scriba*. *Symm*. Ps. XLIV, 2. ἡ γλῶσσά μου γραφεῖον γραφέως ταχινοῦ. Vide etiam Ez. IX, 2. in *Hex. K.*

ΓΡΑΦΗ', *scriptura*, *scriptum*, *descriptio*, *historia*. כְּתָב. 1 Par. XXVIII, 19. 2 Par. II, 11. XXXV, 4. - כְּתָבָא: כְּתָבָה Chald. Dan. V, 7. 8. 16. VI, 8. - כָּתוּב part. Pah. 2 Par. XXX, 5. 18. - כְּתוֹב. Ps. LXXXVI, 6. ἐν γραφῇ λαῶν, in descriptione populorum. - *כָּתֵף, *humerus*. 1 Par. XV, 15. Permutarunt invicem כתף cum כתב, ut legerint בִּכְתָב vel בְּמִכְתָּב. - מִדְרָשׁ, *historia*. 2 Par. XXIV, 27. γεγραμμένα ἐπὶ τὴν γραφὴν βιβλίου τῶν βασιλέων, scripta in *historia* libri regum. Confer 1 Macc. XII, 21. - מִכְתָּב. Οἱ λοιποὶ Ies. XXXVIII, 9. ubi γραφὴ aeque ac vox hebraica *carmen* notat. LXX Ex. XXXII, 15. Deut. X, 4. 2 Par. XXI, 12. - *עֵט, *stilus*. Ier. XVII, 1. sec. cod. *Reg.* ubi scribendum est ἐν γραφείῳ σιδηρῷ. Confer *Grabium* de *Vitiis LXX Intt.* p. 73. 3 Esdr. VIII, 34. et I, 5. κατὰ τὴν γραφὴν Δαυὶδ, secundum *mandatum* Davidis, בְּמִכְתָּב, coll. 2 Paral. XXXV, 4. Sir. XXXIX, 41. XLII, 9. δόσις καὶ λῆψις παντὶ ἐν γραφῇ, datum et acceptum cuiuscunque generis in scriptura, sc. sit, h. e., *Drusio* interprete, describe aut in codicem refer.

**ΓΡΑΦΙΚΟ'Σ*, *aptus ad scribendum*. 3 Macc. IV, 16. τοὺς γραφικοὺς καλάμους, *calamos*, *quibus ad scribendum utantur*. Conf. *Pollucis Onom.* VII, 126 et 128.

**ΓΡΆΦΙΟΝ*, *stylus*. מִכְתָּב, *scriptura*. *Aqu.* Deut. X, 4. sec. *Coisl.* ubi tamen lectio ipsa mihi est admodum suspecta, ac γραπτὸν mihi reponendum videtur.

ΓΡΑΦΙ'Σ, i. q. γραφεῖον, *stylus*. חֶרֶט, *stylus*, *quo insculpitur*. Ex. XXXII, 4. Ies. VIII, 1. - מִקְלַעַת, *sculptura*. 1 Reg. VI, 28. - עֵט, *stylus*. Ier. XVII, 1. - שָׁשַׁר, *minium*. Ez. XXIII, 14. Legerunt שֵׁשֶׁךְ cum Sin. שַׂךְ notat *omne instrumentum acutum*, collato arab. شك, *transfixit*.

ΓΡΆΦΩ, *scribo*, *describo*, *sculpo*, *exsculpo*, *conscribo*, *in militiam adscisco*. דָּת, *lex*. Esth. IX, 1. - הֶעְתִּיק Hiph. *transscribo*. Prov. XXV, 1. - חָקַק: חָקַק, Kal et Pih. *describo*, *decerno*. Prov. VIII, 15. γράφουσι δικαιοσύνην: ubi γράφειν sensu iudiciali *decernere* notat. Habet praeterea vox חָקַק notionem *delineandi*, *pingendi* et *inscribendi*. V. *Simonis Lex. hebr.* p. 604. Ies. XXII, 6. ἔγραψας σεαυτῷ ἐν πέτρᾳ σκηνὴν, *exsculpsisti* seu *excidisti* tibi ipsi in petra tabernaculum. - חָקַק חֻקְקִים, *decerno decreta*. Ies. X, 1. - כָּתַב. Ex. XXXII, 15. ubi γράφειν cum ἐγγράφειν et καταγράφειν in codd. permutatur. Ios. XVIII, 4. γράφειν est *describere*, *delineare*, et cum διαγράφειν permutatur in codd. Iud. VIII, 14. cum ἀπογράφειν in codd. permutatur, et *literis mandare ac consignare* notat. Ps. LXVIII, 33. μετὰ δικαίων μὴ

γραφήτωσαν, *in catalogum* iustorum non *referantur.* Confer 1 Macc. X, 65. ubi ἔγραψεν αὐτὸν τῶν πρώτων φίλων dicitur ἐλλειπτικῶς pro μετὰ τ. π. φ., scripsit illum inter primos amicos. Ies. IV, 3. οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν, qui in vita sunt *conservati*, q. d. qui scripti sunt in libro vitae. Ies. X, 19. παιδίον γράψει αὐτοὺς, puer *describet* illos. Ier. XXII, 29. γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον (ὡς) ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον, *describe* hunc virum, tanquam hominem reiectum. Ier. XXXI, 33. ἐπὶ καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτοὺς. h. e. efficiam, ut accurate leges illas cognoscant, et alta mente ad observationem illarum repostas habeant. Conf. Prov. III, 3. et *Aeschyl. Prom. Vinct.* v. 267. ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν, ubi *Schol.* Οὕτω καὶ Πίνδαρός φησι, φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται, τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν αἰνιττόμενος. Verba *Pindari* occurrunt *Olymp.* X. ab initio, ad quae verba itidem conferendus est *Schol.* Cohel. XII, 10. ubi pro γεγραμμένον εὐθύτητος *Desvoeux* in *Comment.* p. 225. legere mavult γράφοντα εὐθύ. Sed mihi recepta lectio non sollicitanda videtur, modo γεγραμμένον substantive accipiatur pro γραφή. - כְּתַב Chald. Dan. V, 5. VI, 25. VII, 1. - כְּתָבָא Chald. *scriptum.* Dan. VI, 9. - פֶּסֶל, *sculptile.* Ies. XLIV, 9. ubi pro γράφοντες alii γλύφοντες habent. - קָלַע, *sculpo.* 1 Reg. VI, 28. - שׂוּם מַס, *impono tributum.* Esth. X, 1. ἔγραψε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης (subaudiendum videtur φόρους), scripsit autem, h. e. publico scripto imposuit regno terra marique tributum. Tob. I, 6. καθὼς γέγραπται, sicut *praescriptum s. mandatum* est. 3 Esdr. VI, 17. chald. שׂוּם טְעֵם, coll. Esdr. V, 13. 1 Macc. XIII, 40. εἴ τινες ἐπιτήδειοι ὑμῶν γραφῆναι, εἰς τοὺς περὶ ἡμᾶς ἐγγραφέσθωσαν, si qui ex vobis apti sunt conscribi, inter nostros (h. e. in numerum nostrorum militum) conscribantur.

ΓΡΗΓΟΡΕ'Ω, vigilo. נִשְׂקַד, Niph. a שָׂקַד, *colligatus sum.* Thren. I, 15. Legerunt נִשְׁקַד per *Schin* cum omnibus interpretibus antiquis, excepto *Chaldaeo.* Vide tamen *Buxtorfii Anticrit.* p. 563. - עָמַד, *sto.* Neh. VII, 3. ἔτι αὐτῶν γρηγορούντων: ubi sensum secuti sunt. - שָׁקַד, *maturo.* Ier. I, 12. V, 6. Dan. IX, 14. *Aqu. Symm.* Ier. I, 11. Baruch. II, 9. γρηγορεῖν ἐπὶ τινὶ, ut lat. *invigilare alicui rei*, notat *curare, ut aliquid eveniat* aut *ratum fiat.* Verba sunt: ἐγρηγόρησε κύριος ἐπὶ τοῖς κακοῖς, καὶ ἐπήγαγε (αὐτὰ) ἐφ' ἡμᾶς.

ΓΡΗΓΟ'ΡΗΣΙΣ, vigilantia. נַהִירוּ, chald. *lux, splendor.* Dan. V, 11. 14. In utroque loco vox γρηγόρησις metaphorice accipienda esse videtur de *agilitate* et *alacritate, diligenti cura et studio.*

ΓΡΟ'ΝΘΟΣ, pugnus. גֹּמֶד, *cubitus, mensura cubiti. Aqu. Symm.* Iud. III, 16. Conf. *Eustath.* ad *Il.* ψ. p. 1444, 4.

ΓΡΥ'ΖΩ, *lenem sonum edo*, *leniter loquor*, vel *latro*, *hirrio*, *oggannio*, *grunnio*, *mutio*. חָרַץ, *moveo*. Ex. XI, 7. *οὐ γρύξαι κύων τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ*, canis lingua sua non hirriet vel non ganniet. Ios. X, 21. *οὐκ ἔγρυξεν οὐδεὶς τῶν υἱῶν ἰσραὴλ*, nec quisquam contra Israelitas vel mutire ausus est. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *οὐκ ἔγρυξεν*, *οὐκ ἐφθέγξατο*. Sic etiam *Hesychius*, nisi quod vitiose apud illum legatur *ἔγρυζεν* pro *ἔγρυξεν*. Idem: *γρύξαι*, *ἠρέμα κράξαι*, *ἢ ἠρέμα φθέγξασθαι*, *ἢ ὑλακτῆσαι*. *Suidas*: *γρύξαι*, *φθέγξασθαι*, *κράξαι*. Confer *Bocharti Hieroz.* P. I. l. 2. c. 55. p. 668. qui pro *γρύξει* Ex. XI, 7. et Iudith. XI, 19. melius legi posse putat *ῥύξει* vel *ῥόξει*, quia canum sit *ῥύζειν* et *ῥόζειν*, nihil tamen vult mutare.

ΓΡΥ'Ψ, *gryps*, *gryphus*. Non est animal illud fabulosum, quod describunt *Plin. H. N.* VII, 2. *Solinus* c. 19. *Aelianus H. A.* IV, 27. et alii (nempe avis aurita, quadrupes, rostro et alis aquilae, lupi vel pardi corpore, leonis unguibus, apud Indos vel Arimaspos auri custos), sed est *accipiter*, *vultur*, aut *aquila marina*: nam *Hesychio γρυπαὶ* sunt *vulturum nidi*. Vide *Bonfrerium* ad *Pentat.* p. 621. et *Bocharti Hieroz.* P. II. p. 812. פֶּרֶס, *aquilae species*, *ossifraga*. Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12.

ΓΥΜΝΑ'ΖΩ, *exerceo*, *vexo*. 2 Macc. X, 15. *ἐγύμναζε τοὺς ἰουδαίους*, *vexabat* Iudaeos.

ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ, *gymnasium*, *locus*, *in quo se nudi exercebant*, *palaestra*, *exercitii locus*. 1 Macc. I, 16. *ᾠκοδόμησαν γυμνάσιον ἐν ἱεροσολύμοις*. *Syrus* h. l. habet ܐܣܛܕܝܘܢ, *stadium*, sed 2 Macc. IV, 9. 12., ubi eadem vox occurrit, vocem graecam retinuit. 4 Macc. IV, 20. *Hesychius*: *γυμνάσιον*, *τόπος*, *ἐν ᾧ ἀγωνίζονται*.

ΓΥΜΝΟ'Σ, *nudus*, *male vestitus*, *apertus*, *manifestus*. *אִשָּׁה, *uxor*. Amos. IV, 3. Sed pro *γυμναὶ κατέναντι ἀλλήλων* legendum esse videtur *γυναῖκες ἔναντι ἀλλήλων*. – בְּלִי לְבוּשׁ, *sine veste*. Iob. XXXI, 19. – חֲלָקָה, *levitas*. Gen. XXVII, 16. Sermo ibi est de manibus et cervice Iacobi, quae depiles erant. – מַעֲרֻמִּים plur. *nudi*. 2 Par. XXVIII, 15. – עֵירֹם. Gen. III, 7. 10. 11. Ez. XVI, 22. 38. XVIII, 7. 16. – עָרֹם. Gen. II, 25. 1 Sam. XIX, 24. Iob. I, 21. *γυμνὸς*, *bonis terrenis destitutus*. Ibid. XXVI, 6. *γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ*, *manifestus* infernus coram illo. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *γυμνῶς*, *φανερῶς*. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Ies. XX, 2. 3. *γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος*, nudus et discalceatus. 2 Macc. XI, 12. *οἱ πλείονες δὲ αὐτῶν τραυματίαι γυμνοὶ διεσώθησαν*, plures autem eorum vulnerati *abiectis armis* in fugam se dederunt. De quo verbi usu confer *Cuperi Obss.* lib. I. c. 7. et locum *Amosi* II, 16. וְאַמִּיץ לִבּוֹ עָרוֹם יָנוּס.

ΓΥΜΝΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, nudus sum aut fio. עָרָה, *nudo me.* Ies. XXXII, 11.

ΓΥΜΝΟ'ΤΗΣ, nuditas. עֵירֹם, *nudus.* Deut. XXVIII, 48. ἐν γυμνότητι.

ΓΥΜΝΟ'Ω, nudo, denudo, exuo. הִתְגַּלָּה Hithp. *retego me.* Gen. IX, 21. ἐγυμνώθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, nudus iacebat in tabernaculo suo. – חוּג, *circino.* Iob. XXVI, 10. ubi tamen pro ἐγύμνωσεν alii rectius ἐγύρωσεν habent. – פָּרַע, Hiph. הִפְרִיעַ, *dissolutum reddo.* *Symm.* Ex. XXXII, 25. Habet vox hebr. notionem *nudandi* in lingua chaldaica. – רִיק, *evacuo.* *Aqu. Symm. Theod. et Vta* Ps. XXXIV, 3. *Symm.* Ez. V, 2. et XII, 14. Iudith. IX, 1. ἐγύμνωσεν ὃν ἐνεδιδύσκετο σάκκον, nudavit se, quem induerat, sacco. Vide et v. 2.

ΓΥ'ΜΝΩΣΙΣ, nuditas, etiam *pudendum.* עֶרְוָה, idem. Gen. IX, 22. 23. in notione *pudendi.* – מָעוֹר, *nuditas,* etiam *antrum,* h. e. *pudendum mulieris.* *Aqu.* Hab. II, 15. ubi *Symm.* ἀσχημοσύνην habet.

ΓΥΝΑΙΚΕΙ͂ΟΣ, muliebris. אִשָּׁה, *mulier.* Lev. XVIII, 22. Deut. XXII, 5. – בֵּית נָשִׁים, *domus mulierum.* Esth. II, 11. κατὰ τὴν αὐλὴν τὴν γυναικείαν. – מַלְכוּת, *regnum.* Esth. II, 17. τὸ διάδημα τὸ γυναικεῖον, diadema reginae. Confer *Lex. N. T.* s. v. γυνὴ n. 4.

ΓΥΝΑΙΚΕΙ͂ΟΝ, sc. δῶμα vel οἴκημα, *gynaeceum, conclave separatum mulierum.* Tob. II, 11. (19.) ἠρίθευτο ἐν γυναικείοις, lanificia tractabat in gynaeceis. Ita *Baduellus.* Alii autem maluerunt cum *Hebraeo* supplere ἔργοις, *in rebus vilibus et abiectis.*

ΓΥΝΑΙΚΕΙ͂Α, sc. ἔθη seu πάθη, *menses mulierum, muliebria, menstrua.* אֹרַח כַּנָּשִׁים, *via secundum mulieres.* Gen. XVIII, 11. ἐξέλιπε δὲ τῇ Σάῤῥᾳ γίνεσθαι τὰ γυναικεῖα, Sara autem *menstrua pati* desierat. *Hesych.* γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα. Praeterea legitur Gen. XXXI, 35. sec. cod. *Alex.* et *Compl.* ubi reliqui libri γυναικῶν habent. Conf. *Dieterichii Iatreum Hippocrat.* p. 329.

ΓΥΝΑΙΚΟΤΡΑΦΗ'Σ (Lege γυναικοτραφής, vel cum *Montfauconio* γυναικότροφε), *mulierem alumne, effoeminate, a mulieribus educate.* בֶּן־נַעֲוַת, *fili perversae.* *Inc.* 1 Sam. XX, 30. ubi vox γυνή sensu malo de *scortis* et *prostitutis* accipienda esse videtur. Vide supra s. v. αὐτομολέω. Fortasse tamen legit בֶּן נַעֲרָה.

ΓΥΝΑΙΚΟΤΡΟΦΗ'. Inc. 1 Sam. XX, 30. בֶּן־נַעֲוַת. Vide s. v. γυναικοτραφές, ubi iam monui γυναικότροφε scribendnm esse.

ΓΥΝΑΙΚΩ'Ν, gynaeceum, conclave separatum mulierum. בֵּית נָשִׁים, *domus mulierum.* Esth. II, 3. 9. 13. 14.

ΓΥ'ΝΑΙΟΝ, muliercula, mulier. אַלְמָנָה, *vidua.* Iob. XXIV, 21. ubi fortasse γύναιον de *inope* et *auxilio carente*

in universum accepit: nam in χήραν mutare equidem non auderem. *Hesych.* γύναιον, γυνή.

ΓΥΝΗ', *mulier, foemina, uxor.* *אחות, *soror.* 1 Par. IX, 35. τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Recte: coll. c. VIII, 29. Antiquiora exemplaria cod. hebr. habent אִשְׁתּוֹ. Sic primae editiones *Venetae.* Fortasse irrepsit hic אֲחֹתוֹ ex cap. VII, 15. V. *Buxtorfii Anticrit.* p. 607 sequ. — *אֶרֶץ, *terra.* Ier. III, 1. Non legerunt אִשָּׁה, sed contextus causa ita interpretati sunt. Vide tamen ad h. l. *Spohnium.* — אִשָּׁה, q. d. *vira*, foem. ex אִישׁ, *vir.* Gen. II, 22. 23. III, 1. 4. Prov. XIX, 14. γυνὴ ponitur pro אִשָּׁה מַשְׂכָּלֶת, *mulier intellegens*, ubi sine dubio post γυνὴ omissum est adiectivum τῷ מַשְׂכָּלֶת respondens, quod latet, si quid video, in voce ἀνδρὶ, pro quo omnino legendum ἀνδρεία, ut alibi. — אֵשֶׁת. Gen. II, 24. 25. III, 8. Lev. XX, 11. אֵשֶׁת אָב. *Samar.* bene transtulit γυνὴ ἀδελφοῦ τοῦ πατρός. Nullo enim modo de matre proprie sic dicta sermo ibi esse potest. — בַּת, in plur. בָּנוֹת, *filia, filiae.* Gen. XXX, 12. Iud. XII, 9. Esth. II, 7. ubi non opus est statuere eos אשת legisse. — *טוחות, *renes.* Iob. XXXVIII, 36. ἐν γυναιξὶν; quasi omisso Chet טות vel טוות legisset, *foeminasque nutrices* intellexisset. Fortasse autem respexerunt notionem *occulti* et *latentis*, quam habet haec vox ex *Arabismo* (طخو), ac quae bene convenit mulieribus orientalibus in gynaeceo latentibus. V. s. v. ἀπόκρυφος. — יְבֵמֶת, *glos, fratria.* Deut. XXV, 7. — נַעֲרָה, *puella.* Esth. II, 4. ἡ γυνὴ, ἣ ἂν ἀρέσῃ τῷ βασιλεῖ, puella, quae placuerit regi. Eodem sensu *Homero Il.* α', v. 348. Briseis, quam v. 336. 337. κούρην, *puellam, adolescentulam*, dixerat, γυνὴ appellatur. — נָשִׁים plur. Ier. L, 37. ἔσονται ὡσεὶ γυναῖκες, erunt tanquam mulieres, h. e. *timidi, pusillanimi.* Vide et Nah. III, 13. Sic et alias Graecis γυνὴ dicitur de *illo, qui effoeminatus, timidus vel pusillanimus est.* *Hesych.* γυνὴ, ἄνθρωπος δειλὸς, ἄνανδρος, γυναικώδης. — *נַשִּׁים 3 pers. plur. in praet. Hiph. הֵשִׁים, a יָשַׁם, *desolabimus.* Num. XXI, 30. Legerunt נָשִׁים. — פִּילֶגֶשׁ, *pellex.* Esth. II, 14. — *רֶחֶם, *vulva.* Prov. XXX, 16. עֹצֶר רָחַם, *constrictio vulvae*, ἔρως γυναικός. Ita h. l. per euphemismum transtulerunt. — רְעוּת, *proxima.* Esth. I, 19.

*ΓΥΝΗ' ἈΔΕΛΦΟΥ͂ ΤΗ͂Σ ΜΗΤΡΟ'Σ. דוֹד, *uxor patrui.* *Samarit.* sec. *Cat. Niceph.* p. 1098. Lev. XX, 20. ubi tamen pro τ. μητρὸς fortasse reponendum erit τοῦ πατρός.

ΓΥ'ΡΙΣ, *pollen*, metonymice, *panes pollinacei.* חֹרִי, pro חֹרִים, *foramina.* *Aqu.* Gen. XL, 19. τρεῖς κοφίνους γύρεως, tres cophinos plenos panibus pollinaceis, s. confectis e polline, cuiusmodi panes a Graecis γυρῖται ἄρτοι, et ab *Athenaeo* (III, 30.) ἄρτοι ἐκ γύρεως γινόμενοι dicuntur. Vide-

tur *Aquila* non tam sententiam, quam sonum potius verbi hebr. חֹרִי secutus esse, quod praeter *Hieronymum* etiam alii *farinam* interpretantur. In lib. nominum ebraicorum: *Chorri, farina: Chorraeus, farinatus.* Vide *Drusium in fragm.* p. 55.

ΓΥ'ΡΟΣ, gyrus, circulus, ambitus. חוּג, idem. Iob. XXII, 14. *γῦρον οὐρανοῦ*, h. e. *coelum siderium, luminaribus et stellis ornatum.* Conf. Sir. XXIV, 5. Ies. XL, 22. *τὸν γῦρον τῆς γῆς*. *Aqu. Theod.* Prov. VIII, 27. – *מָצוֹר, *munitio. Theod.* Hab. II, 1. teste *Hieronymo.* – Vide infra s. v. *κύκλος*.

ΓΥΡΟ'Ω, circulum duco, cingo, undiquaque ambio. חוּג, *circino. Al.* Iob. XXVI, 10. Sir. XLIII, 14. *ἐγύρωσεν οὐρανὸν ἐγκυκλώσει δόξης*, *cinxit* undiquaque coelum rotunditate gloriae. *Hesych.* *ἐγύρωσε, περιετείχισε πάντοθεν.*

ΓΥ'ΡΩΣΙΣ, circuitio. חָגָּא, *tremor. Aqu.* Ies. XIX, 17. Deduxit a חוּג. *Hieronymus* ad h. l.: *In hebraico legitur Agga, quod interpretari potest et festivitas . . . quod significantius Aquila transtulit γύρωσιν, quum aliquis pavidus et tremens circumfert oculos, et advenientem formidat inimicum.*

ΓΥ'Ψ, vultur. *אַיֵּה, *ubinam*, aut sec. nonnullos Intt. *vagatur, oberrat. Symm.* Iob. XV, 23. Legit אַיָּה, coll. XXVIII, 7. – אַיָּה, *cornix.* Iob. XXVIII, 7. – דָּאָה, *milvus.* Lev. XI, 14. Sed voces ibi videntur inversae esse, ut ad אַיָּה potius pertineat. – *כִּי, *quod.* Iob. XXXIX, 27. Legerunt דַיָּה vel דיו. Duplici enim modo scribi solet haec vox. – רָאָה i. q. דָּאָה. Deut. XIV, 13. – רֶשֶׁף, *pruna.* Iob. V, 7. ubi vid. *Montf.*

**ΓΩ'Γ.* גִּזֵּי, *tonsiones.* Amos. VII, 1. Legerunt fortasse גּוֹג. Inepte. Sir. XLVIII, 17. Puto ibi pro *γὼγ* scriptum fuisse ab auctore aut interprete *γειὼν*, ut sermo sit de *fluvio Gihon*, cuius aquas in civitatem Ierusalem derivavit Ezechias.

ΓΩΛΑΘ'Θ. Ipsa vox hebr. plur. גֻּלֹּת, *globi.* 2 Par. IV, 12. ubi alii *γωλὰθ*, minus recte.

ΓΩΝΙ'Α, angulus. חֲנַנְאֵל nomen propr. *Chananeel. Syrus* Ier. XXXI, 38. ubi suspicor *γωνίας* ex hebraico, quod graecis literis exprimere voluit, corruptum esse. Certe hic duas versiones coaluisse dubio caret. – כָּתֵף, *latus.* 2 Par. IV, 10. – מִקְצֹעַ, *angulus.* Ex. XXVI, 24. XXXVI, 26. 2 Par. XXVI, 9. – מְהֻקְצָעָה, idem. Ex. XXVI, 23. XXXVI, 24. – פֵּאָה, *angulus. Inc.* Ex. XXVII, 9. – פֹּנֶה part. *respiciens.* 2 Par. XXV, 23. Legerunt פִּנָּה. – פִּנָּה, *angulus.* 1 Sam. XIV, 38. *προσαγάγετε ἐνταῦθα πάσας τὰς γωνίας τοῦ ἰσραὴλ*, adducite huc omnes angulos Israelis, h. e. illos, qui in omnibus angulis et extremitatibus sunt. In versione *Aquilae* pro *εἰς τὰς γωνίας* reponendum est *εἰς πάσας γωνίας*,

aut ἐν πάσαις γωνίαις. Prov. VII, 12. ἐν πλατείαις παρὰ πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει, in plateis iuxta omnem angulum (h. e. ubi viae desinunt in triviis et quadriviis, adeoque maior esse solet hominum concursus, quam alibi) insidiatur. Prov. XXV, 25. ἐπὶ γωνίας δώματος. Ier. XXXI, 39. ἕως πύλης τῆς γωνίας, usque ad portam anguli. - פִּנָּה et שׁוּק iunctim, angulus et platea. Prov. VII, 8. - שַׁעַר, porta. 2 Par. XXVI, 9. Ita *Bielius* ac *Trommius*, sed perperam. Nam l. c. loco γωνίαν, quod sola ed. *Aldina* (sine dubio errore descriptoris, oculi lapsu decepti, quia γωνίας praecesserat) exhibet, reliqui libri omnes πύλην habent. Susann. 37. ἐν τῇ γωνίᾳ τοῦ παραδείσου, in angulo horti.

ΓΩΝΙΑΙ͂ΟΣ, *angularis*. פִּנָּה, *angulus*. Iob. XXXVIII, 6. λίθον γωνιαῖον, lapidem angularem.

Δ

ΔΑΒΕΙ'Ρ, *ΔΑΒΕΓΡ* et *ΔΑΒΙ'Ρ*. Ipsa vox hebr. דְּבִיר, *adytum*, q. d. *locutorium*, *locus, ubi oracula dantur*. 1 Reg. VI, 5. 16. 19. VIII, 6. 2 Par. III, 15. IV, 20. V, 6. 8. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* δαβεὶρ, χρηματιστήριον, ναός. In *Gloss.* in *lib.* 3. Reg legitur δαβὶρ, et exponitur χρηματιστήριον. *Hieronymus* in *Comment.* ad Ephes. I.: *Debir*, *quod nos* oraculum *sive* responsum *possumus appellare*, *et ut contentiosius verbum exprimamus e verbo* λαλητήριον, *i. e.* locutorium, *dicere. Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 500. Δαβὴρ (ita male pro δαβὶρ scribitur) τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὀνομάζει. Vide de hac voce et aliis eiusmodi *Hottingeri Thes. Philol.* p. 366.

**ΔΑΒΙ'Δ*. דוֹר. Ies. XXIX, 3. Decepti sunt similitudine literarum ר et ד, ut saepe alias.

ΔΑΔΟΥΧΙ'Α, *facis gestatio, taedae accensio*. 2 Macc. IV, 22. μετὰ δᾳδουχίας καὶ βοῶν εἰσεδέχθη, cum facibus (scil. per urbem e tecto fulgentibus, ut teste *Grotio* ad h. l. loquitur *Plutarchus* de honoribus Antonio, cum Athenis esset, exhibitis.) et clamoribus receptus est. *Hesych.* δᾳδουχίας, λαμπαδηφορίας, λυχναψίας, φωτισμούς.

ΔΑΔΩ'Ρ. דְּרוֹר, *libertas*. *Inc.* Lev. XXV, 10. qui legit ד pro ר.

ΔΑΙΜΟΝΙ'ΖΩ, *daemonem ago*. יָשׁוּד, fut. a שָׁדַד, *vastabit*. *Aqu.* Ps. XC, 6. Videtur significationem verbi יָשׁוּד ex derivato nomine שֵׁד, quod a vastando *daemonem* significat, deduxisse. *Symmachus* habet δαιμονιώδης.

ΔΑΙΜΟ'ΝΙΟΝ, *daemonium*. אֱלִילִים plur. *idola*. Psalm. XCV, 5. - *גַּד, *Gad*, nomen idoli. Ies. LXV, 10. Est sc. גד *Dea fortuna*, unde alii τῇ τύχῃ habent. Sed sunt ibi lapsu memoriae interpretis nomina transposita, ut δαιμόνιον ibi

τοῦ מְנִי respondeat. - יְשׁוּד, fut. a שָׁדַד, vastabit. Ps. XC, 6. δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Vide supra s. v. δαιμονίζω. Legerunt h. l. יָשֵׁד. Vide ad h. l. Colomesii Obss. SS p. 609. Clerici Art. Crit. P. I. c. 1. p. 53. Maii Obss. SS. lib. III. p. 45. - מְנִי, luna. Ies. LXV, 10. Vide supra s. גַּד. - צִיִּים plur. fera animalia. Ies. XXXIV, 14. - שֵׁד, daemon. Deut. XXXII, 17. Ps. CV, 35. - שָׂעִיר, hirsutus, pilosus. Ies. XIII, 21. Vide et Tob. III, 8. VI, 17. VIII, 2.

ΔΑΙΜΟΝΙΩΔΗΣ, daemoniacus. יָשׁוּד, fut. a שָׁדַד, vastabit. Symm. Ps. XC, 6. In mente habuit שֵׁד, quod δαιμόνιον vertere solet.

ΔΑΙΜΩΝ, daemon. גַּד, nomen idoli, quod alii de Iove, alii de Dea Fortuna interpretantur. Al. Ies. LXV, 10. Vide s. δαιμόνιον.

ΔΑΚ. Est ipsa vox hebr. דַּק, res minutae. Symm. Theod. Ies. XL, 15.

ΔΑΚΝΩ, mordeo, dolore afficio, laedo, noceo. נָשַׁךְ, idem. Gen. XLIX, 17. Num. XXI, 6. 8. 9. ubi de morsu serpentum dicitur, coll. Cohel. X, 8. 11. Amos V, 9. Hab. II, 7. δάκνοντες αὐτὸν, dolore illum afficientes. Sic apud poetas δάκνειν passim pro laedere, perturbare, dolore, molestia afficere occurrit, v. c. Aeschyl. Theb. v. 405. ubi Schol. δάκνουσι, λυποῦσι. Eurip. Hippol. v. 696. Electr. 291. Hesych. δάκνει, λυπεῖ. Vide Spanhem. not. ad Aristoph. Nub. v. 12. Iacobs anim. ad Anthol. T. VIII. p. 250. ac Lexic. N. T. s. h. v. - Vide Ὄφις.

ΔΑΚΡΥ et ΔΑΚΡΥΟΝ, lacrymae. אֲרֻבָּה, caminus. Hos. XIII, 3. ὡς ἀτμὶς ἀπὸ δακρύων καπνώδης. Omnes fere, quos consului, interpretes statuerunt, lectionem Vat. ἀπὸ δακρύων, quam Hieronymus reiicit, vitio scribarum ortam esse ex lectione ἀπὸ ἀκρίδων (מֵאַרְבֶּה), de qua supra s. v. ἀκρὶς est expositum. Conf. Fischeri Proluss. de Verss. GG. V. T. p. 40. ac, qui copiose de h. l. disputavit, Semlerum in Ep. Critica p. 46. Quanquam equidem negare nolim, habere hanc sententiam aliquam veri speciem, tamen non minus placet mihi coniectura, esse haec verba alius interpretis versionem, sed vitiose scriptam, ac fortasse reponendum ἀποδακρύων, lacrymas exprimens, i. q. fumus facere solet. - דִּמְעָה, lacryma. 2 Reg. XX, 5. Ps. VI, 6. Coh. IV, 1. ἰδοὺ δάκρυον τῶν συκοφαντουμένων, ecce lacrymas malis artibus direptorum. Ita collective δάκρυον pro lacrymis usurpatur Aeliano V. H. III, 18. et Plutarcho Alcib. p. 209. Vide Perizon. ad Aelian. l. c. p. 252. - *הִטִּיף Hiph. a נָטַף, stillo. Mich. II, 6. ubi pro יַטִּיפוּן, stillabunt, sine dubio legerunt נְטָפִים, aut in regimine נִטְפֵי, guttas, quod de lacrymis intellexerunt. - *עַיִן, oculus. Inc. Iob. XXXI, 16. τοῖς δάκρυσιν, quae verba Montf. in Hex. perperam cum hebr. וְעֵינֵי

coniunxit. Pertinent potius haec verba ad אִכְּלָה, *consumsi*, in fine commatis, et sunt merum scholion ex *Olympiodoro* hoc sensu: oculos viduarum lacrymis consumsi, h. e. expressi ipsis lacrymas, sc. oppressione et inhumanitate.

ΔΑΚΡΥΣΙ ΚΛΑΙΩ, *lacrymis fleo.* הַטֵּף הַטִּיף, *stillo stillo*, Hiph. a נָטַף. Mich. II, 6.

ΔΑΚΡΥΩ, *lacrymor.* הִטִּיף, *stillo*, Hiph. a נָטַף. Mich. II, 6. Legerunt בְּמִיפִין loco יַטִּיפוּן, et illud *stillicidium* non metaphorice et figurate, sed proprie de oculorum stillicidio, h. e. lacrymis, acceperunt. – נִתַּךְ, *effundor.* Iob. III, 24. – *רָגַז, Niph. נִרְגַּז, *commoveor*, *conturbor. Theod.* ac LXX sec. *Compl.* 2 Sam. XVIII, 33. ἐδάκρυσεν. Locum quidem habere potest haec translatio inprimis in hac orationis serie, (ut scil. signa tristitiae pro ipsa tristitia posuerit auctor huius versionis,) praeterea in *Vulgato* legitur *contristatus est*, mallem tamen illud ἐδάκρυσεν referre ad sequens וַיֵּבְךְּ. – רָעַם, *percellor.* Ez. XXVII, 35. ubi *Cappello* pro רָעֲמוּ per metathesin literarum legisse videntur דָּמְעוּ, et praeterea pro Resch Daleth.

**ΔΑΚΤΥΛΗΘΡΑ*, *tormentum*, *digitis manuum et pedum adhiberi solitum.* 4 Macc. VIII, 12. Vide *Synes.* Ep. 58. ac *Pollucis Onom.* II, 156.

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ, *annulus.* טַבַּעַת, *annulus obsignatorius.* Gen. XLI, 42. Ex. XXV, 12. 14. – חֹתָם, *sigillum.* Gen. XXXVIII, 18. ubi *Bielius* δακτύλιον interpretatur de *annulo obsignatorio*, nixus auctoritate *Aquilae*, qui h. l. σφραγῖδα posuit. Hinc putat illustrari posse locum Luc. XV, 22. ubi δακτύλιον cum *Heinsio* intellegit non de simplici annulo, sed de annulo cum patris nota et sigillo, ut sic verus filius et proprius intelligeretur, qualis ille fuit, quem gestavit *Cneius Scipio Africanus*, teste *Valerio Max.* III, 5. – חֹתֶמֶת, *sigillum*, *annulus signatorius.* Gen. XXXVIII, 25. – עִזְקָא, Chald. *annulus signatorius.* Dan. VI, 17. – *קֶרֶס, *ansula*, *uncinus.* Ex. XXVI, 6. sec. *Oxon.* ubi reliqui libri κρίκους habent. Drac. 14. coll. *Aeliano V. H.* XII, 30. 1 Macc. VI, 15. ubi vid. *Michaelis* ac *Paulsen* de *regimine Orientt.* §. 62. Tob. I, 22. εἶναι ἐπὶ δακτυλίου, annulum obsignatorium regis gerere, adeoque primum esse post regem. Conf. sequ. et Esth. VIII, 2.

ΔΑΚΤΥΛΟΔΕΙΚΤΕΩ, *digito monstro.* מוֹרֶה בְּאֶצְבְּעֹתָיו, *docens digitis. Symm.* Prov. VI, 13. δακτυλοδεικτῶν. *Diod. Sic.* XIII, 103. p. 451. T. V. *Dio Cass.* LXI, 17. 997. *Philo* in *Flacc.* p. 987. D. Hinc δακτυλόδεικτον apud *Aeschyl. Agam.* v. 1341. ubi vid. *Stanleius.* Similis vox est δακτυλοδείκνυμι apud *Sopatr.* διαιρ. ζητημ. p. 363. cui proximum est δακτυλοδεικνεῖν, quod in *Demosth. Or.* in *Aristog.* p. 790. plures codd. exhibent pro δακτυλοδεικτεῖν.

ΔΆΚΤΥΛΟΣ, *digitus* אֶצְבַּע, idem. Ex. VIII, 19. δάκτυλος θεοῦ ἐστι τοῦτο, h. e. hac in re exserit Deus suam potentiam. Ib. XXXI, 17. Ies. II, 8. - כַּף, *vola*, *manus*. Iob. XXIX, 9.

ΔΑΛΟ'Σ, *titio*, *torris*. אוּד, idem. Ies. VII, 4. Amos. IV, 11. Zach. III, 2. δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς, torris ex igne extractus. *Hesych.* δαλὸς inter alia exponitur ξύλον κεκαυμένον, τὸ ἐξημμένον ξύλον. - כִּיּוֹר, *focus*. Zach. XII, 6. Acceperunt vocem hebr. per metonymiam de lignis, quae foco imponuntur. - כִּידוֹד, *scintilla*. Οἱ λοιποὶ Iob. XLI, 10. - מְדוּרָה, *pyra*, *rogus*. Ez. XXIV, 9. 10. *Hesych.* δαλὸν, ξύλον, ἢ λαμπάδα, ἢ ξύλον κεκαυμένον, δᾳδίον ἡμίφλεκτον.

ΔΑΜΑ'ΖΩ, *domo*. חֲשַׁל, Chald. *debilito*. Dan. II, 40. σίδηρος — δαμάζει πάντα. - רְעַע, *confringo*. Dan. II, 40.

ΔΑΜΑΛΑΙΟΣ, *vitulinus*. פַּר, *iuvencus*. *Aqu.* Psalm. XXI, 13.

ΔΆΜΑΛΙΣ, *iuvenca*, *vitula*. אַיִל, *aries*. *Inc.* Lev. IX, 2. - בָּקָר, *armentum*. Num. VII, 17. 23. - עֵגֶל, *vitulus*. 1 Sam. XXVIII, 24. Ps. LXVII, 33. - עֶגְלָה, *vitula*. Gen. XV, 9. Deut. XXI, 3. 4. Iud. XIV, 8. - עֲגָלָה, *plaustrum*. Ies. V, 18. Legerunt עֶגְלָה. - פַּר, *iuvencus*. Num. VII, 88. - פָּרָה, *iuvenca*. Num. XIX, 2. 6. Hos. IV, 17. Amos. IV, 1. *Aqu.* Iob. XXI, 10. - פְּרֻדוֹת plur. *grana*. Ioel. I, 17. Legerunt פָּרוֹת.

ΔΑΝΕΙ'ΖΩ, *ΟΜΑΙ*, *foenero*, *foeneror*, *mutuum do*, *accipio*. לָוָה : הִלְוָה, Kal et Hiph. Deut. XXVIII, 12. 44. Neh. V, 4. Prov. XIX, 17. XXII, 7. δανειοῦσι pro δανείσουσι. Cf. ad h. l. *Iaegerum*. *Aqu.* Ps. XXXVI, 26. - עָבַט : הֶעֱבִיט, Kal et Hiph. Deut. XV, 6. 8. Sap. XV, 16. τὸ πνεῦμα δεδανεισμένος, qui spiritum homini dedit mutuum, eumque ut debitum reposcet. Ita vulgo redditur. Sed rectius: qui spiritum a Deo mutuo duntaxat accepit. *Hesych.* δανείζει, μεταδιδοῖ τοῖς ἐνδεέσι, κιχρᾷ.

ΔΑΝΕΙ'ΖΟΜΑΙ ΣΙ'ΤΟΝ, *mutuo accipio cibum*. שָׁאַל, *peto*, sc. *stipem*, *mendico*. Prov. XX, 4.

ΔΆΝΕΙΟΝ, *aes alienum*, *foenus*, *mutuum*, *debitum*. נֹשֶׁה part. *mutuans*, *mutuo dans*. Deut. XXIV, 11. ἄνθρωπος, οὗ τὸ δάνειόν σου ἐστὶν, homo, cui mutuo das. Legerunt sine dubio נֶשֶׁךְ, aut נְשִׁיךְ, *foenus*, quibus vocibus etiam respondet 2 Reg. IV, 7. sec. *Compl.* aut potius apud *Inc. Int. Hesych.* δάνειον, ὄφλημα, χρέος, δῶρον.

ΔΑΝΕΙΣΜΟ'Σ, *mutuatio*, *foeneratio*. Sir. XVIII, 33. ubi δανεισμὸς est *pecunia ad foenus accepta*.

ΔΑΝΕΙΣΤΗ'Σ, *mutuator*, *foenerator*. נֹשֶׁה, part. *exactor crediti*. 2 Reg. IV, 1. Ps. CVIII, 10. - *נָשִׁים, *foeminae*. *Theod.* Ies. III, 12. Si recte se habet nota haec hexaplaris, legit cum *Arabe* et *Chaldaeo* נֹשִׁים, ut sit *Benoni* Kal

a נָשָׁה, *foenerari*, *mutuo dare*, favente huic lectioni parallelismo sententiarum. *Aquila* et LXX habent ἀπαιτοῦντες. Sed fortasse haec nota hexaplaris referenda est ad נוֹשֶׁה initio huius commatis. – *רָשׁ, *pauper*. Prov. XXIX, 13. Sed ibi transpositio verborum locum habet, ac δανειστὴς pertinet potius ad אִישׁ תְּכָכִים, *vir dolosus*, h. e. *callidus*, *noscens artes lucrandi*, aut *vir fasciarum* (تِكّة, *fascia*), h. e. *dives*.

ΔΑ΄ΝΟΣ, *mutuum*, *foenus*. Sirac. XXIX, 4. ubi *mutuum* notat.

ΔΑΠΑΝΑ΄Ω, *sumtus facio*, *impendo*, *consumo*. Iudith. XII, 4. οὐ δαπανήσει ἡ δούλη σου τὰ ὄντα μετ' ἐμοῦ, sc. βρώματα, non *consumet* ancilla tua cibos, quos secum adduxit. 1 Macc. XIV, 32. ἐδαπάνησε χρήματα πολλὰ τῶν ἑαυτοῦ, magnam ex propriis pecuniam *impendebat*. 2 Macc. I, 23. δαπανωμένης τῆς θυσίας, cum sacrificium *consumeretur*. Adde Dan. IX, 17. sec. *Chis*. εἴδοσαν δεδαπανημένα πάντα τὰ παρατεθέντα.

ΔΑΠΑ΄ΝΗ, *sumtus*, *impensae*, *victus*. נִפְקְתָא, Chald. *impensa*. Esdr. VI, 4. ἡ δαπάνη ἐξ οἴκου τοῦ βασιλέως δοθήσεται, sumtus ex domo regis dabitur. Ib. v. 8. Draco v. 9. τίς ὁ κατεσθίων τὴν δαπάνην ταύτην; quis est, qui comedit hunc *victum*? *Hesych*. δαπάνη, τροφή. 1 Macc. III, 30. X, 30.

ΔΑΠΑ΄ΝΗΜΑ, idem. 3 Esdr. VI, 25. in textu Chald. נִפְקְתָא, *impensa*. Esdr. VI, 7. quod LXX δαπάνη verterunt. 2 Macc. III, 3. XI, 31.

ΔΑΡΩ΄Μ. Ipsa vox hebr. דָּרוֹם, *meridies*, *plaga meridionalis*. *Al*. Ez. XX, 46. Conf. *Bonfrerii not*. ad *Eusebii Onomast*. v. Δαρώμ.

ΔΑ΄ΣΟΣ, *densitas*, speciatim *sylvosa densitas*. סְבַךְ, *perplexitas*. Ies. IX, 18. ἐν τοῖς δάσεσι τοῦ δρυμοῦ. – שְׂבַךְ (שׂ pro ס), idem. 2 Sam. XVIII, 9. ὑπὸ τὸ δάσος τῆς δρυὸς, sub densitatem quercus magnae. Conf. *Aelian*. *V*. *H*. XIII, 1. *Hesych*. δάσος, σύνδενδρος τόπος, ὑλώδης δασύτης.

ΔΑΣΥ΄ΠΟΥΣ, secundum *Athen*. V, 12. *Hesych*. *Eustathium* et *Bochartum lepus*, secundum alios vero, v. c. *Eugubinum*, *cuniculus*. Certe *Plinio* X. c. 63. dasypus diversum animal est a lepore. Conf. *Bonfrerii Comment*. in *Pentat*. p. 620. – אַרְנֶבֶת, *lepus*. Lev. XI, 6. Deut. XIV, 7.

ΔΑΣΥ΄Σ, *densus*, *consitus*, *pilosus*, *hirsutus*. עָבוֹת sing., עֲבֹתִים, *implicata*, *densa*. *Aqu*. *Theod*. Ez. XXXI, 3. ubi δασέα sunt *condensae arbores*. *Vulg*. *densas frondes*. LXX Lev. XXIII, 40. *Aqu*. *Symm*. *Theod*. Nehem. VIII, 7. – עֲבֻתָּה, *foem*. Ez. VI, 13. – פָּארָן, *Paran*, nomen proprium. Hab. III, 3. κατασκίου δασέως, quae corrigenda mihi aliquando visa sunt in κατασκιδάσεως. פאר enim frequentius vertunt

διασκιάζειν, v. c. Ps. XXXII, 10. *Cappello* in *notis criticis ad h. l.* et in *Crit. S.* p. 757. videntur LXX vertisse ἐξ ὄρους δόξης (nam בָּארָן videtur ei esse a פְּאֵר, δόξα, *decus*), quod mutatum postea fuerit librarii inscitia in δασέως; aliquis autem cum in margine notasset explicationis caussa κατασκίου, glossema illud e margine in textum migravit. Ego vero nunc, mutata sententia supra prolata, et δασέως et κατασκίου duas versiones diversorum interpretum esse arbitror, quorum uterque in mente habuerit hebr. פֹּארָה, *ramosus*, *frondosus ramus*, *frons*, de quo vide *Simonis Lex. hebr.* p. 1272. Ergo בָּארָן est *ramosus*, seu *opacus*. - רַעֲנָן, *viridis*, *frondosus*. Οἱ λοιποὶ Ier. XVII, 2. LXX Deut. XII, 2. (*Vulg. lignum frondosum.*) Ies. LVII, 5. - שָׂעִיר, *pilosus*, *hirsutus*. Gen. XXVII, 11. 23. - שֵׂעָר, *pilus*. Gen. XXV, 25. 2 Reg. I, 8. - בַּעַל שֵׂעָר, *dominus pili*, i. e. *pilosus*. 2 Reg. I, 8. ἀνὴρ δασύς. Sir. XIV, 18. ἐπὶ δένδρου δασέως, in arbore densa, seu frondosa.

ΔΑΨΙΛΕΥΌΜΑΙ, *abundo*, *copiose et abundanter subministro*, it. *curo*, *sollicitus sum*. דָּאַג, *sollicitus sum*, *sollicite et anxie timeo*. 1 Sam. X, 2. ἐδαψιλεύσατο δι' ὑμᾶς, *propter vos valde sollicitus est*, ubi cum φροντίζειν et μεριμνᾷν in codd. permutatur. In versione *Polyglott. Lond.* redditur profundebat, h. e. interprete *Flam. Nobil.* pro nihilo habet asinas et caetera omnia bona prae sollicitudine, quae nunc illum angit propter vos. *Gloss. in lib. I. Reg.* ἐδαψιλεύσατο δι' ὑμᾶς, φροντίζει περὶ ὑμῶν.

ΔΑΨΙΛΗ΄Σ, *abundans*, *largus*. Sap. XI, 8. δαψιλὲς ὕδωρ, *magnam* aquae *copiam*. 1 Macc. III, 30. δαψιλεῖ χειρί, *larga* manu. 3 Macc. V, 2.

ΔΕ΄, *autem*, *vero*. אָכֵן, *utique*. Ps. LXXXI, 7. - בְּדֵי, *in*. Iob. XXXIX, 25. - בַּדֵּי plur. constr. ex בַּדִּים, *vectes*. Iob. XVIII, 14. Legerunt בְּדֵי. - ו praefix. Gen. III, 3. XX, 3. XLII, 10. - *לָכֵן, *ideo*. Iob. XLII, 3. ἀνηγγέλη δέ μοι. Legendum ἀνηγγέλη δή μοι. - כִּי עַתָּה, *at nunc*. Iob. XIV, 16. - *רְאֵה, *vide*. Iob. XX, 6. ubi pro πάντα δὲ legendum πάντα ἴδε. - Vide alibi *Εἰ*, *Οὐ* et *Τίς*.

ΔΕΒΡΑΘΆ. Vide in voce *Χαβραθά*.

ΔΕ΄ΗΣΙΣ, *precatio*, *oratio*, *indigentia*, *afflictio*. *אֲרֶשֶׁת, *petitum*, *expetitum*, ab arab. أرس vel ورس, *concupivit*, *expetivit*. *Inc.* Ps. XX, 3. δέησις, desiderium precibus expressum et prolatum. LXX θέλησις habent. - עֱנוּת, *afflictio*. Ps. XXI, 25. οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ. Bene quoad sensum, et convenienter parallelismo sententiarum. Satis praeterea constat, עָנָה interdum *loqui*, *dicere* notare. - צְעָקָה, *clamor*. Iob. XXVII, 9. - רְוָחָה, *respiratio*. Thren. III, 55. *Cappellus* in *notis crit.* ad h. l. statuit qui-

dem, eos legisse לְצַוְחָתִי, *ad clamorem meum*, sed, ut recte monuit *Buxtorfius* in *anticrit.* p. 575., verba εἰς τὴν δέησίν μου respondent potius voci sequenti לְשַׁוְעָתִי, nam hebraica hic aperte inverso ordine reddiderunt. Conf. Ps. XXXIX, 13. et CXLV, 19. – רִנָּה, *clamor.* 1 Reg. VIII, 28. sec. *Compl.* 2 Par. VI, 19. τῆς δεήσεως καὶ προσευχῆς, coll. 1 Tim. II, 1. Ps. XVI, 1. Ier. XI, 14. – רֵעַ, *amicus.* Iob. XVI, 20. Num legerunt רִנָּה, aut שַׁוְעָ? – שְׁאָגָה, *rugitus. Sext. ed.* Ps. XXII, 2. – שֶׁוַע, *vociferatio.* Iob. XXXVI, 19. – שַׁוְעָ, idem. Ps. V, 2. – שַׁוְעָה, idem. Ps. XXXIII, 15. XXXVIII, 16. CXLIV, 20. – שִׂיחַ, *querela.* Ps. CI, 1. CXLI, 2. – תְּחִנָּה, *supplicatio.* 1 Reg. VIII, 28. 2 Par. VI, 19. Ps. VI, 19. – תַּחֲנוּנִים, plur. masc. et semel foem. תַּחֲנוּנוֹת. 2 Par. VI, 21. Iob. XL, 22. Dan. IX, 3. – תְּפִלָּה, *preces.* 1 Reg. VIII, 45. 2 Par. VI, 40. Ps. LXV, 18. Baruch. IV, 15. ἐνεδυσάμην δὲ σάκκον τῆς δεήσεώς μου, indui autem saccum supplicationis meae. *Lex. Vet.* Δέησις, *precatum, deprecatio, obsecratio, petitio, supplicatio, oratio.* Sap. XII, 20. δεήσεως sec. *Vat.*, h. e. parsimonia et indigentia, quasi Deus indigeret careretque suppliciis, quibus eos afficeret. Sir. XVIII, 15. ubi δέησις est vel *inopia*, vel *precatio* et *postulatio*, sensu eodem. Ib. IV, 6. δέησις malo sensu de eo dicitur, *qui alteri mala a Deo imprecatur, imprecatio. Vulgatus* per *deprecationem* transtulit sensu latino, quo *deprecationes* pro *imprecationibus* in malum dici solent, v. c. *Plin.* XXVIII, 2. *defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.* 1 Macc. VII, 37. προσευχῆς καὶ δεήσεως.

ΔΕΙ͂, impers., *decet*, *oportet.* *דִּי Chald. *quod. Theod.* LXX Dan. II, 28 et 29. ἃ δεῖ γενέσθαι, h. e. quae futura seu eventura sunt, τὰ ἐσόμενα, coll. v. 45. Vide *Grotium* ad Matth XVI, 21. – הָיָה, *fuit.* Ies. XXX, 29. – סָכַן, *prodest.* Iob. XV, 3. οἷς οὐ δεῖ, quibus non decebat. *Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen XXXIV, 7. pro וְכֵן לֹא יֵעָשֶׂה habet ὃ οὐκ ἔδει γενέσθαι. LXX οὐχ οὕτως ἔσται. Sap. XV, 12. ad quem locum pertinet *Gloss. MS. in Sap. Sal.* δεῖν, χρείαν ἔχειν, χρῆναι, δέον εἶναι, ὀφείλειν, χρεωστεῖν. – ἔδει Sap. XVI, 4. – Vide alibi Ἔπω.

ΔΕ'ΟΝ, partic. *decens*, *necessum.* 2 Macc. I, 18. Prol. Sir.

ΔΕ'ΟΝΤΑ, ΤΑ', *necessaria*, maxime *ad vitam sustentandam, alimenta.* לֶחֶם, *panis, cibus.* Ex. XVI, 22. *Inc.* 1 Reg. IV, 22. – מַאֲכָל, *cibus. Symm.* Prov. VI, 8. – פַּת־בַּג, *portio cibi.* Dan. XI, 26. – שְׁאֵר, *alimentum.* Ex. XXI, 10. 2 Macc. XIII, 20. Tob. V, 14. *Hesych.* τὰ δέοντα, χρήζοντα, λείποντα. Vide *Fischerum Proluss. de vitiis Lex. N. T.* p. 508. Vide quoque infra post δέομαι.

ΔΕΙ'ΛΩ, *timeo.* אַכְזָר, *crudelis.* Iob. XLI, 2. Libere verterunt. - חָפְשִׁי, *liber.* Iob. III, 19. *θεράπων οὐ δεδοικὼς τὸν κύριον αὐτοῦ*, pro eo, quod in textu hebr. legitur, *manumissus a domino suo.* Libere verterunt. Liberto enim pristinus dominus non metuendus amplius est. - יָגֹר, *vereor.* Iob. III, 25. - שָׁחָה, *incurvo me.* Iob. XXXVIII, 40. Vocem hebr. non de incurvatione violenta (h. e. tali, quae fit insidiandi causa, et tribuitur feris, quae in antris latent, ut in praedam insiliant), ut h. l. accipitur, sed de *incurvatione metus causa* intellexerunt. Idem valet de loco altero Ies. LX, 14. - שָׁפַר. *pulcrum est.* Iob. XXVI, 13. ubi legerunt שְׂעָרָהוּ, nam שָׂעַר aliquando *horrere* significat.

ΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *ostendo, monstro, do, exhibeo.* בָּרָא, *creo.* Num. XVI, 30. ubi *Scharfenbergius* coniicit eos loco יִבְרָא legisse יַרְאֶה, *si Deus ediderit miraculum*, qua tamen coniectura non opus est, cum constet, *δείκνυμι* haud raro *efficere, exhibere* denotare. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Idem valet de coniectura *Dindorfii*, cui legisse videntur יבדא, Daleth pro Resch, *rem novam creabit*, a בדא, coll. arab. بدا, *incepit, novum quid excogitavit.* - הֶאֱרִיךְ Hiph. *prolongo.* Ies. XLVIII, 9. *δείξω σοι τὸν θυμόν μου.* Non male quoad sensum. - הִגִּיד Hiph. a נָגַד, *indico.* Gen. XLI, 25. Esth. IV, 7. Ez. XL, 4. XLIII, 10. - הוֹדִיעַ Hiph. a יָדַע, *facio scire.* Gen. XLI, 39. Ex. XXXIII, 5. Hos. V, 9. Huc pertinet etiam formula *δείκνυμι δόξαν*, quam pro hebr. הודיע Ex. XXXIII, 13. et 18. exhibent libri nonnulli, et quae vel glossema vel versio est alius interpretis. - הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio, produco.* Iob. XXVIII, 11. - הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Ex. XV, 25. 1 Sam. XII, 23. Iob. XXXIV, 32. - *הֵנִיעַ, *agito, commovere facio.* Amos. IX, 9. *δεικνύω* sec. *Compl.*, ubi *δείκνυμι* idem esse videtur, quod *παραδειγματίζω.* - *הִנֵּה, *ecce. Inc.* 2 Sam. XVI, 8. *ἔδειξέ μοι τὴν κακίαν σου.* Scribe *ἔδειξας*, sat multa documenta ac quasi specimina malitiae tuae mihi dedisti, seu malum tuum animum satis mihi declarasti. *Vulg. premunt te mala tua.* Legisse videtur הוכו a יָכָה, *premere.* Fortasse tamen *δ. τ. κ.* ibi notat *punire aliquem ob improbitatem.* - הֶרְאָה Hiph. *videre facio*, et alicubi etiam in Kal. Gen. XII, 1. XLI, 28. Ex. XXV, 9. 40. *κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον*, sec. cod. *Alex.* ubi tamen *Grabius* auctoritate textus hebr. et *Irenaei* (lib. IV. c. 28.) excudi iussit *τῶν δεδειγμένων.* *L. Bos.* autem in *Prolegom.* c. 2. veram lectionem esse statuit *τὸν δειχθέντα*, quam exhibent vulgati libri, ac secutus est Paulus Hebr. VIII, 5. Conf. XXVI, 30. Deut. XXXII, 20. *δείξω*, ubi legerunt אַרְאֶה, punctis mutatis. Eodem modo etiam Ier. XVIII, 17. pro אֶרְאֵם, *videbo*, legerunt אַרְאֵם, *ostendam illis.* - זֶרַע, *semen.* Zach. VIII, 12.

ΔΗΛΟ'Ω, *manifesto*, *declaro.* גָּלָה, *revelo. Symm.* 1 Sam. XX, 2. – *הֶאֱמִין, *verum*, *certum*, *fidum facio. Symm.* Iob. XXXIX, 24. οὐ δηλωθήσεται, quod vertere nollem cum *Montfaucono: non indicabitur a sonitu tubae*, sed: *non edocetur a sonitu tubae*, sc. *quando ipsi currendum sit*, seu: *non exspectat sonitum tubae ad currendum.* Bene hoc convenit verbis hebraicis, quae sunt ita vertenda: *non stabilis est*, seu: *stare loco suo nescit ad sonum tubae.* Vnde simul apparet, non admodum opus esse coniectura, quam *Kreyssigius* in *Obss. Critt. et Philol.* in Iob. c. 39. p. 41. protulit, e qua *Symmachus* transtulisset: οὐ δειλευθήσεται ὑπὸ ἤχου σάλπιγγος, quanquam eam *Syrus* confirmat, qui habet: *neque reformidat* (ܙܘܥ?) *tubae clangorem.* – *הֵאִיר, *illumino. Symm. Theod.* Ies. XXVII, 11. ubi vocem הֵאִיר, quae h. l. *incendere* no[tat], male in sensu metaphorico alias quidem obvio accep[er]it, ut sit *edocere. Vulg. docentes eam.* – הוֹדִיעַ, Hiph. a יָדַע, *scire facio*, et quandoque etiam in Kal et Niphal. *Symm.* ac *Theod.* Ps. XXIV, 14. ubi tamen pro δηλώσει scribendum est δηλῶσαι, ut legitur in LXX Intt. secundum *Hex. Inc.* Prov. XII, 16. ubi pro יִוָּדַע, *cognoscetur*, pronuntiavit cum *Theod.* et *LXX* יוֹדִיעַ, seriei orationis admodum convenienter. *Vulg. indicat.* LXX Ex. VI, 3. ubi pro נוֹדַעְתִּי legisse videntur cum *Onkeloso* הוֹדַעְתִּי. Ib. XXXIII, 12. – הוֹדַע Chald. Aph. Dan. IV, 15. – הוֹרָה, Hiph. a יָרָה, *doceo. Symm.* Iob. XII, 7. LXX Deut. XXXIII, 10. 2 Par.

VI, 27. - הַשְׁמִיעַ Hiph. *audire facio.* Ies. XLII, 9. - *חַוֵּא, *indico*, chald. Dan. II, 6. sec. *Chis.* - נִרְאָה Niph. *videor.* 1 Sam. III, 21. δηλωθῆναι. Bene quoad sensum. - *שִׁירָה, *canticum eius.* Ps. XLII, 9. νυκτὸς δηλώσει sec. ed. *Sixt.* quod etiam est in quibusdam *Comm. Gr. Psalterio Veteri* et *Rom.* et *Aethiop.* et *metaphrasi Apollinarii*, pro quo tamen in Cod. *Alex. Compl.* et *Ald.* ac apud *Eusebium* in *Comm.* ad h. l. legitur νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ (s. αὐτῷ) παρ' ἐμοί. *Semlerus* in *Ep. Crit. ad Griesbachium* p. 16. pro δηλώσει reponendum esse coniecit μελῳδήσει. *Brunsio* δηλώσει ex ᾠδὴ αὐτοῦ aperte corruptum esse videtur. Mihi aut sensum expressisse (*misericordiam suam ostendet*, ut recte exposuit *Hieronymus*), aut legisse videntur יָשִׁיר, exprimentes nempe eam, quae in arabica lingua reliqua est, significationem, ubi شَاعَ est *manifestare, publicum reddere.* 2 Macc. II, 8. 25. τὰ ὑπὸ Ἰάσωνος δεδηλωμένα, quae a Iasone *narrata* sunt. *Polyb.* II, 22, 11. ὑπὲρ ὧν ἄρτι δεδηλώκαμεν. *Hesych.* Δηλῶσαι, φράσαι, δεῖξαι, σημᾶναι.

ΔΗ'ΛΩΣΙΣ, *manifestatio, declaratio, demonstratio.* אוּרִים, *gemmae lucentes in pectorali summi pontificis.* Exod. XXVIII, 26. *Theodoretus* in *Quaest. ad Ex.* T. I. p. 167. ed. *Hal.* δήλωσιν μὲν ἐκάλεσε τὰ ἐκεῖθεν μηνύματα, ἀλήθειαν δὲ τῶν μηνυμάτων ἀψευδὲς, coll. 3 Esdr. V, 40. ἀρχιερεὺς ἐνδεδυμένος τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ἡ δὲ δήλωσις λίθος ἦν ἀδάμας ἐπάνω κείμενος, ἀπαλλάττων τὴν χροιὰν αὐτοῦ διὰ Κυρίου ἐδήλου τῷ λαῷ ἐπόμενά τινα. Μέλας γὰρ ὁρώμενος θάνατον, ἐρυθρὸς δὲ σφαγὴν, λευκὸς δὲ διαλλαγὴν τοῦ Θεοῦ. Ita etiam *Gloss.* in *Octat.*, nisi quod pro Ἡ δὲ δήλωσις male ibi scriptum sit ἡ δεδήλωσις, pro ἀλλάττων autem legatur ἐναλλάττων, et pro ἐπόμενα ἐσόμενα. - פֵּתַח, *apertura, apertio.* Ps. CXVIII, 129. ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ, *institutio* verbi tui illuminat. Confer *Drusii Observatt.* lib. VIII. c. 16. - *צְמִתֻת, *excisio.* Lev. XXV, 23. δήλωσιν sec. *Coisl.* ubi *Scharfenb.* in *anim.* vult hanc lectionem esse scripturam depravatam vocis βεβαίωσιν. Mallem legere βεβήλωσιν, ut habet cod. *Lips.* et *Ald.* - תֻּמִּים, *Thummim, perfectiones.* *Inc.* 1 Sam. XIV, 41. ubi δὸς δήλωσιν reddendum est *manifesta nobis*, coll. v. 38. - *תְּרָפִים, *idola.* Hos. III, 4. sec. *Compl.* aut potius *Inc.* Conf. supra s. v. δῆλοι. Adde *Platon.* Politic. II. p. 287. A. *Lucian. Hipp.* p. 849. B.

*ΔΗΜΑΓΩΓΕ'Ω, *populum duco s. rego*, quod fit *captando eius benevolentiam*, inde *populi* vel *plebis amicitiam capto* (*Dio Cass.* p. 50. ed. *Reim.*), quod fit largiendo munera vel pecuniam, vel alio modo, quare est simpliciter *suppeditare, largiri populo*, v. c. *Dionysii Hal.* Vol. VI. p. 1001. ed. *Reisk.* δημαγωγεῖν τὰ πρὸς ἡδονὴν τῷ πλήθει.

3 Esdr. V, 73. *βουλὰς δημαγωγοῦντες*, senatores *corrumpentes*, coll. Esdr. IV, 5. ubi *δημαγωγοῦντες* respondet hebr. סֹכְרִים, *corrumpentes*, h. e. muneribus benevolentiam captantes. Conf. ad h. l. *Bretschneideri Spicileg.* p. 62. *Hesych. δημαγωγεῖ, στρατηγεῖ.* Idem: *δημαγωγὸς, ἄρχων.*

ΔΗΜΑΓΩΓΙ'Α, *populi ductus et regimen, gratia et auctoritas, qua quis apud populum valet, popularitas, artes, quibus aliquis utitur ad conciliandum sibi populum*, speciatim *populi adductio ad seditionem excitandam.* 3 Esdr. V, 90. *δημαγωγίας καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι.* Adiectivum *δημαγωγικὸς* legitur apud *Aristoph. Equit.* v. 17. *Hesych. δημαγωγίας, ὀχλοποιήσεις.*

**ΔΗΜΕΥ'Ω*, i. q. *δημοσιεύω, publico*, ac speciatim de *bonis* dicitur, *quae publice venduntur ac aerario addicuntur.* Dan. III, 29. pro Chald. בַּיְתֵהּ נְוָלִי יִשְׁתָּוֵה, *domus eius sterquilinium* seu *in latrinam ponatur*, in *Chis.* legitur: *ἡ οἰκία αὐτοῦ δημευθήσεται*, domus eius publice vendetur; coll. Dan. II, 5. ubi vid. *Scharfenb.* ac *Fischeri Prolus. de vitiis Lexx. N. T.* p. 700 sequ. *Zonaras Lex.* col. 503. *δημεύσας, δημοσιεύσας:* ubi vid. *Tittmannus.*

ΔΗΜΗΓΟΡΕ'Ω, *ad populum verba facio, concionor.* אַלְקוּם, *invictus.* Prov. XXX, 31. *βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει*, rex loquens ad populum. *Simonis* in *Lex. hebr.* p. 1419. commemorat, *Castello* in *Lex.* s. h. v. et *Pocockio* in nott. ad *specim. histor. Arab.* p. 203. אַלְקוּם idem esse cum arab. القوم, *populus, coetus hominum*, ut sit מֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ *rex, quocum populus est.* Eodem ex fundo provenisse LXX *δημηγορῶν ἐν ἔθνει*, recte iudicat *Iaegerus* ad h. l. qui etiam coniicit, eos legisse קוּם אֶל עַמּוֹ, *stans apud populum suum*, seu: *coram populo suo. Tychsenio tentam.* p. 96. cogitasse videntur עַל גּוֹיִם, *super populum. Hesychius: δημηγορῶν, εἰς τὸν δῆμον λέγων.* — דָּבָר, *verbum, sermo.* Neh. VIII, 6. *ἔστη ἐπὶ βήματος εἰς τὸ δημηγορῆσαι. Hesych. Δημηγορῆσαι, ἐν δήμῳ λαλῆσαι.*

ΔΗ'ΜΙΟΣ, sc. *ὑπηρέτης* (Cf. *L. Bos. ellips. gr.* p. 214.), *carnifex, publicus iustitiae minister.* 2 Macc. V, 8. VII, 29. *Hesych. δήμιος, ὁ τοὺς καταγνωσθέντας ἀναιρῶν, ἢ ὁ ὑπηρέτης τῶν βασάνων.* Cf. *Pollucem* lib. VIII. cap. 7. sect. 71. et *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* XII, 49.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΕ'Ω, *creo* (*Hesych. δημιουργεῖ, τὰ μὴ ὄντα ποιεῖ.*), deinde *fabricor, condo, exstruo.* *יָסַד, *fundo. Symm.* Iob. XXXVIII, 4. *δημιουργοῦντι τῷ θεῷ τὸν κόσμον*, coll. *Xenoph. Mem.* I, 4, 7. ubi Socrates mundum *σοφοῦ τινὸς δημιουργοῦ τέχνημα* appellat. Sap. XV, 13. *γλυπτὰ δημιουργῶν, sculptilia fabricans.* 2 Macc. X, 2. *βωμοὺς δεδημιουργημένους, aras exstructas.*

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟ'Σ, *fabricator*, *opifex*, etiam *auctor*. 2 Macc. IV, 1. τῶν κακῶν δημιουργός, malorum *artifex*.

ΔΗΜΟΚΑΤΑ'ΡΑΤΟΣ, *populo execrabilis et invisus*, *quem populus diris devovet*. Prov. XI, 26. pro יִקְּבֻהוּ לְאוֹם, *maledicent ei populus*, apud *Theodot.* ac *Inc.* ubi vide notas *L. Bos.*

ΔΗ'ΜΟΣ, *populus*, *familia*. *חֶבֶל, *funis*. *Inc.* et LXX sec. cod. *Basil.* Ios. XIX, 9. ἀπὸ τοῦ δήμου. Lectionem hanc vitiosam pro κλήρου iudicat *Scharfenb.* ad h. l., simulque docet, etiam v. 8. haec vocabula permutata esse a librariis. Quid si reponeretur σχοινίου? - מִשְׁפָּחָה, *familia*. Num. I, 20. 22. II, 34. Iud. XIII, 2. δῆμος συγγενείας. Vnum uncis includendum erat. Est enim alius interpretis admixtum. - רֶבַע, *quarta pars*. Num. XXIII, 10. τίς ἐξαριθμήσεται δήμους Ἰσραήλ. Bene quoad sensum. - שֵׁבֶט, *tribus*. Num. XVIII, 2. - *תֻּמִּים, *Thummim*, *perfectiones*. *Inc.* et libri nonnulli, teste *L. Bosio*, Deut. XXXIII, 8. δήμους, ubi ipsa vox hebr. expressa esse videtur, nisi fortasse δήλους reponendum est, quod in aliis libris legitur.

ΔΗΜΟΣΙ'Αι, pro ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ (Confer *L. Bos. Ellips.* gr. p. 241.), *in loco publico*, *publice*, *coram populo*. 2 Macc. VI, 10. δημοσίᾳ περιαγαγόντες. 3 Macc. II, 27. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

**ΔΗΜΟΤΕΛΗ'Σ*, *publicis expensis s. sumtibus factus*, *publicus*. 3 Macc. IV, 1. δημοτελὴς συνίστατο τοῖς ἔθνεσιν εὐωχία, publica instituerant convivia gentiles. *Hesych.* δημοτελῆ, ἱερὰ, εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις. *Suidas*: δημοτελῆ, δημόσια. *Philo de mundi opificio* p. 27. δημοτελεστάτας ἑορτάς. *Pollux Onom.* IX, 10. ubi vide Intt. *Iosephus A. I.* lib. V. c. 8. §. 12. *Zonaras Lex.* 500. δημοτελὴς, ἡ δημοσία τελετὴ, καὶ ἡ δημοσία φορολογία.

ΔΗΜΟ'ΤΗΣ, *tribulis*, *popularis*, *plebeius*, *municeps*. Sap. XVIII, 11. δημότης βασιλεῖ τὰ αὐτὰ πάσχων. *Hesych.* δημότης, ὁ ἐκ τοῦ δήμου. δηλοῖ δὲ καὶ ἰδιώτην. *Suidas*: δημότης, πολίτης. *Phav.* δημότης, ὁ εἷς τοῦ δήμου. Conf. *Aelian. V. H.* IX, 19.

ΔΙΆ, *per*, *propter*, *in*, *iuxta*, *apud*, *post*, *nomine*. עַל אוֹדוֹת, *causa*. Num. XIII, 25. Iud. VI, 7. - ב praefixum. *Symm.* Ex. XXIII, 19. οὐ σκευάσεις ἔριφον διὰ γάλακτος μητρὸς αὐτοῦ, sc. ὄντα, non apparabis hoedum, dum est in lacte matris suae, h. e. quamdiu sugit lac. Conf. supra s. v. γάλα, et loca N. T., in quibus διὰ pro ἐν ponitur, laudata a me in *Lexico N. T.* s. h. praepositione. 1 Sam. XXII, 10. ἠρώτα αὐτὸν διὰ τοῦ θεοῦ, interrogabat pro illo *apud* Deum. Vide et 2 Sam. V, 19. 2 Par. XXXV, 4. διὰ χειρὸς Σαλωμών, *iuxta* manum Salomonis. - בַּדִּים, plur. a בַּד, *membra*. Iob. XLI, 4. - בִּגְלַל, *causa*. Gen. XXXIX, 5. Deut. I, 37. XV, 10. -

בִּדְבַר, *secundum verbum.* 1 Reg. XVIII, 36. - עַל־דְּבַר, idem. Gen. XLIII, 18. Num. XXV, 17. - בְּיַד, *in manu.* Ex. XXXV, 27. Num. VII, 8. Ios. XX, 2. - מ praefixum. *Symm.* Prov. XX, 4. διὰ ψῦχος, *propter frigus.* 1 Reg. I, 27. ubi διὰ *ex voluntate* s. *conscio* notat. - *מֵאֵת, *a cum.* Ios. XI, 20. sec. *Vat.* Bene. - מִיַּד, *a manu.* 2 Par. XXXI, 13. Ies. L, 11. - לְפִי, *secundum os.* Num. XXXV, 30. διὰ μαρτύρων, *iuxta* confessionem testium. - אֶת פְּנֵי, *faciem.* Iob. XLII, 9. - לִפְנֵי, *coram, facie.* Gen. VII, 7. Ex. IX, 12. - מִפְּנֵי. Gen. XXVII, 46. Ex. XIX, 18. Ies. XXX, 17. χίλιοι διὰ φωνὴν ἑνὸς φεύξονται, mille *per* vocem unius fugient. Vide et Ies. XIX, 17. Sic passim apud profanos διὰ cum accusativo ἐνέργειαν καὶ αἰτίαν denotat, notante *Scholiasta Aristoph.* ad *Plut.* v. 93. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - מִקֵּץ, *a fine.* Deut. IX, 11. διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν, *post* quadraginta dies. Sic διὰ apud *Aelian. V. H.* XIII, 42. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Deut. XV, 1. δι' ἑπτὰ ἐτῶν, *post* septem annos, vel anno septimo. *Vulg. septimo die.* Marc. XIV, 58. διὰ τριῶν ἡμερῶν, *tertia die.* *Aelian. V. H.* XIV, 7. διὰ δέκα ἡμερῶν, decimo quoque die. - בְּקֶרֶב, *in medio.* Ios. III, 2. - בְּשֵׁם, *in nomine.* Esther. VIII, 10. ἐγράφη δὲ διὰ βασιλέως, scribebatur autem *nomine* regis. - עַל שֵׁם, *de nomine.* Esther. IX, 26. - בְּתוֹךְ, *in medio.* 2 Par. XXIII, 20. XXXII, 4. - תַּחַת, *sub.* Prov. XXX, 21. Ies. LX, 15. 2 Macc. VIII, 36. διὰ τὸ ἀκολουθεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προστεταγμένοις νόμοις, *quamdiu* leges ab ipso latas sequerentur. Sap. XI, 13. διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων, *quamdiu* ipsi cruciabantur, coll. Luc. V, 5. et *Polyb.* XXXVII, 3, 3. διὰ ἡμέρας, *per* totum diem. 3 Esdr. VI, 9. aedificant templum novum διὰ λίθων ξυστῶν, coll. Esdr. V, 8. ubi διὰ *materiam* notat, *ex qua quid fit.* 3 Esdr. VII, 4. διὰ προστάγματος, *ex* mandato, Chald. מִן, Esdr. VI, 14. 3 Esdr. II, 23. δι' ἣν αἰτίαν, Chald. עַל־דְּנָה. Esdr. IV, 15. 2 Macc. VIII, 15. ubi διὰ *propter, causa* significat, et cum ἕνεκεν permutatur, coll. Ion. I, 12. Ep. Ier. v. 27. simulacra humi prostrata non valent resurgere δι' αὐτῶν, h. e. *sua vi.* *Polyb.* I, 9, 6. δι' αὐτοῦ, *per se*, h. e. non aliorum ope. - Vide alibi Ἄγγελος, Αἰὼν, Ἀντάμειψις, Διόλου, Πῦρ, Τάχος, Τέλος et Χρόνος.

ΔΙΑ' ΤΙ'; *propter quid? quare?* לָמָּה־זֶּה, *cur hoc?* Iob. IX, 29. - *מֶה־הָיָה, *quid fuit?* *Aqu.* Coh. VII, 11.

ΔΙΑ' ΤΟΥ'ΤΟ, *propterea, eo quod.* אָכֵן, *profecto.* Ies. XLIX, 4. Ps. LXV, 19. Fortasse in utroque loco legerunt עַל־כֵּן, aut utramque vocem ob similitudinem soni permutarunt. - הַעַל כֵּן, *numquid propter?* Hab. I, 17. - עֵקֶב כִּי, *pro eo quod.* Amos IV, 12. - וְעַתָּה, *et nunc.* Psalm. CXVIII, 67.

ΔΙΑΒΆΘΡΑ, *scala nautica*, *pons*, etiam *quaevis scala*, *qua adscenditur*. 2 Sam. XXIII, 21. *εἰς ξύλον διαβάθρας*, ut lignum pontis vel scalae. In textu hebr. nihil pro hac voce legitur. Desumta sine dubio sunt haec verba ex 1 Sam. XVII, 7. ut adeo per *ξύλον διαβάθρας* h. l. *iugum textorium* aut *liciatorium texentium* intellegendum sit. Confer *Polluc.* lib. I. c. 9. segm. 93. ibique *Iungermannum* in notis.

ΔΙΑΒΑΊΝΩ, *transeo*, *traiicio*, *venio*. בּוֹא, *venio*. Deut. XI, 29. *γῆν*, *εἰς ἣν διαβαίνεις ἐκεῖ*. – הֶעְפִּיל, Hiph. *impetuose contendo*. Num. XIV, 44. ubi vero pro *διαβησάμενοι* alii rectius *διαβιασάμενοι* habere videntur. – *יָרַד, *descendo*. Ps. CXVIII, 136. ubi *διέβησαν* sec. cod. *Alex.* est deterior lectio, quae ex textu hebr. coarguitur. Veram lectionem *κατέβησαν* etiam *Ambrosius* secutus est. – *מָסַס, *liquesco*, *liquefacio*. Ios. V, 1. *διέβησαν αὐτῶν αἱ διάνοιαι* sec. *Ald.* Non opus esse videtur, ut loco *διέβησαν* legatur *κατέβησαν*, ut teste *L. Bos.* alii libri habent. Sermo enim h. l. est de eo, qui mentis suae non compos est, et formula graeca respondet vernaculae: *die Gedanken vergehen*. – נִמְלַט Niph. *evado*. 1 Sam. XX, 28. – עָבַר, *transeo*. *Symm.* Deut. XI, 11. 1 Sam. XIII, 7. *Inc.* 2 Sam. XVII, 16. LXX Gen. XXXI, 21. 52. XXXII, 10. 22. 23. In posteriore loco *διέβη* hebr. הֶעֱבִיר respondet, adeoque *διαβαίνειν* habet notionem Hiphilicam, ac post *διέβη* supplendum est *αὐτοὺς*, ut adeo lectio *διεβίβασεν*, quam *MS. Sar.* exhibet, pro mero glossemate habenda sit. Caeterum permutatur vox *διαβαίνειν* cum *διαβιβάζειν* in codd. etiam 2 Sam. XIX, 40. – עָלָה, *ascendo*. *Inc.* Deut. I, 21. – צָעַר, *progredior*. Ps. LXVII, 8. *Symm.* 2 Sam. VI, 13. Sir. IX, 18. ubi in universum *ambulare*, *incedere* notat, et cum voce *περιπατεῖν* permutatur.

ΚΑΛΩ͂Σ ΔΙΑΒΑΊΝΩ, *bene transeo*. הֵטִיב לֶכֶת, *benefacio eundo*. Prov. XXX, 29. *ὃ καλῶς διαβαίνει*, *quod magnifice incedit*, aut: *strenue graditur*. Il. μ', 458. *εὖ διαβὰς*, e quo loco luculenter apparet, *διαβαίνειν* esse *apertis cruribus incedere* s. *stare*, quod militibus fortiter pugnantibus tribuitur. Conf. *Miscell. Obss.* Vol. I. p. 126 sequ.

ΔΙΑΒΑΊΝΩΝ, *transiens*, *qui transit*. עִבְרִי, *Hebraeus*. 1 Sam. XIII, 7. *οἱ διαβαίνοντες*, ubi etymologiam vocis hebr. perperam secuti sunt, aut legerunt עֹבְרִים.

ΔΙΑΒΑΊΝΩΝ ΣΠΕΥ͂ΔΩ, *transiens festino*. עָבַר עָבוֹר, *transeundo transeo*. 2 Sam. XVII, 16. *διαβαίνων σπεῦσον*, *celeriter transeas*. *Vulg. absque dilatione transgrediaris*. Est mera explicatio hebraismi.

ΔΙΑΒΆΛΛΩ, *defero*, *criminor*, *calumnior*. אֲכַל קַרְצָא, Chald. *promulgo criminationem*, *accuso*. Dan. III, 8. VI, 24. – הִלְשִׁין, Hiph. *lingua offendo*, *calumnior*. *Symm.* Prov.

XXX, 11. - *שָׂטָן. Num. XXII, 22. 2 Macc. III, 11. ἦν διαβάλλων, erat *calumniatus*.

***ΔΙΑΒΑ'ΠΤΩ**, *immergo, intingo, lavo.* נִטְבַּל, *intinctus sum.* Ios. III, 15. διεβάφησαν sec. *Compl.* ubi reliqui libri ἐβάφησαν habent. Augenda sunt hac voce, si lectio sana est, Lexica graeca.

ΔΙΑ'ΒΑΣΙΣ, *transitus, traiectio*, it. *ratis.* מַעֲבָר, *vadum. Theod.* 1 Sam. XIII, 23. LXX Gen. XXXII, 22. Ios. II, 7. - מַעְבָּרָה, idem. *Aqu.* et *Theod.* Ies. XVI, 2. Verba enim αἱ διαβάσεις Ἀρνών, quae uncis inclusa in *Hexaplis* ante φέρετε βουλὴν v. 3. *Theodotioni* tribuuntur, ad v. 2. referenda esse quilibet videt. LXX Iud. III, 28. XII, 5. 6. Ier. LI, 32. - עֲבוֹר infin. *transire.* Ies. LI, 10. - עֲבָרָה, *navis traiectoria, ponto.* 2 Sam. XIX, 18. διέβη ἡ διάβασις, transibat *ratis*. - *עֲבָרִים, *Habarim*, nomen proprium montis. *Symm.* Deut. XXXII, 49. - שֵׁבֶט, *tribus.* Ios. IV, 8. N. L. Iudith. IV, 5. Sap. V, 10. *Hesych.* διάβασις, πορεία, γέφυρα, πέραμα.

ΔΙΑΒΑΣΤΑ'ΖΩ, *baiulo, porto.* דָּדָה, *lente incedo, gradior.* Pihel *duco. Symm.* Ps. XLI, 5. pro אֲדַדֵּם, *quos ducam* (ita enim legendum est loco impressi אֶדַּדֵּם, *lente incedam cum illis*), διαβασταχθήσομαι, *baiulabor. Symmachus* credidisse videtur, ם finale non esse affixum, sed ex radice דָּדָם. - נִהֵל Pih. *leniter duco. Symm.* et LXX Ex. XV, 13. ubi notionem *providae curae* adiunctam habet. *Aqu.* Psalm. XXXI, 4. *Lucian. Epist. Saturn.* p. 1035. D.

***ΔΙΑΒΕ'ΝΝΩ.** בּוֹא, *venio.* Deut. XI, 29. sec. cod. *Alex.* διαβέννεις pro διαβαίνεις, quod ad priscum scribendi morem referendum mihi esse videtur, quemadmodum Deut. XXXII, 39. Ed. *Rom.* et iuxta illam *Paris.* ἀποκτέννω, *Waltonus* vero et post eum *Bosius* ἀποκτείνω habent. Confer *Maittaire* de *dialectis l. gr.* p. 100 et 154. A.

ΔΙΑ'ΒΗΜΑ, *transitus, gressus, vestigium.* אֲשׁוּר, idem. *Ed. Vta* Ps. XLIII, 19. LXX Ps. XVI, 6. XXXVI, 33. LXXII, 2. - דֶּרֶךְ, *via. Inc.* Thren. III, 40. *Symm* Psalm. XLI, 5. - מִצְעָדִים plur. *gressus, incessus.* Ps. XXXVI, 24. Prov. XX, 24. - פְּעָמִים plur. *pedes.* Ps. XVI, 6. LXXXIV, 14. CXVIII, 132. - צַעַד, *gressus, incessus. Aqu. Symm.* 2 Sam. V, 23. *Οἱ λοιποὶ* Iob. XIV, 16. LXX 2 Sam. XXII, 37. Ps. XVII, 40. Prov. IV, 12. *Hesychius:* διαβήματα, πορείας, περιπατήματα.

ΔΙΑΒΗΜΑΤΙ'ΖΩ, *incedo.* צָעַד, idem. *Aqu.* 2 Sam. VI, 13.

ΔΙΑ'ΒΗΤΟΣ vel, ut alii rectius, **ΔΙΑΒΗ'ΤΗΣ**, *circinus, perpendiculum.* מִשְׁקֹלֶת, *perpendiculum. Symm.* Ies. XXVIII, 17. *Plutarch.* Vol. IX. p. 202. *Reisk.* ubi *Demo-*

sthenis oratio constitisse dicitur *ἐνθυμήμασι πικροῖς καὶ περιόδοις πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμέναις.*

ΔΙΑΒΙΑ'ΖΩ, vi adigo, per vim cogo. הֶעְפִּיל Hiph. *impetuose contendo. Al.* Num. XIV, 44. *διαβιασάμενοι.*

ΔΙΑΒΙΒΑ'ΖΩ, traduco, transire facio. הֶעֱבִיר Hiph. idem. Gen. XXXII, 23. Num. XXXII, 5. *μὴ διαβιβάσῃς ἡμᾶς τὸν Ἰορδάνην*, ne traducas nos per Iordanem. 2 Sam. II, 8. sec. *Compl.* Ibid. XIX, 18. Sap. X, 18. *διεβίβασεν αὐτοὺς θάλασσαν ἐρυθράν*: ubi est i. q. *διάγειν* in sequentibus.

ΔΙΑΒΙΟ'Ω, vivo, vitam transigo. עָמַד, *sto.* Ex. XXI, 21. *ἐὰν δὲ διαβιώσῃ ἡμέραν μίαν ἢ δύο*, si vero per unum vel duos dies adhuc vivat. Sc. עָמַד h. l. *superstitem manere* notat. Conf. *Aelian. V. H.* III. c. 47. *Hesych. διαβιῶσαι, ζῶσαι.*

ΔΙΑΒΟΑ'Ω, proclamo, divulgo, celebro, rumorem dissemino. נִשְׁמַע Niph. *audior.* Gen. XLV, 16. *διεβοήθη ἡ φωνὴ εἰς τὸν οἶκον φαραώ*, rumor *delatus est* ad Pharaonem, eiusque aulicos. *Hesych. διεβοήθη, ἐνεφανίσθη, indicatum, annuntiatum est.* — קָרָא, *clamo.* Lev. XXV, 10. *διαβοήσετε ἄφεσιν ἐπὶ τῆς γῆς*, omnibus terrae incolis libertatem indicate. Iudith. X, 18.

ΔΙΑΒΟΛΗ', calumnia, delatio, inimicitia. דִּבָּה, *infamia. Symm.* Gen. XXXVII, 2. *Aqu.* Num. XIV, 37. — חֶלְקָה, *blandities.* Prov. VI, 24. ubi *διαβολή* de *artibus ad decipiendum instructis* accipiendum est. Quorsum enim hic *calumniae* et *obtrectationes*? *Διαβάλλειν* est *decipere.* Vide *Alberti Obss. in N. T.* p. 374. — שָׂטָן, *adversarius.* Num. XXII, 32. *ἐγὼ ἐξῆλθον εἰς διαβολήν σου*, ego egressus sum, ut *adversarer* tibi. Sic et Sir. XXVI, 6. et XXVIII, 9. *διαβολὴν inimicitias* significare, ad priorem locum notat *Grotius*, ubi tamen *διαβολὴ πόλεως* esse potest *proditio* civitatis aut *criminatio.* Ibid. XXXVIII, 17. *χάριν διαβολῆς*, h. e. ad effugiendam *criminationem.*

ΔΙΑ'ΒΟΛΟΣ, diabolus, calumniator, obtrectator, delator, adversarius, maxime in iudicio. צַר, *hostis.* Esther. VII, 4. — צֹרֵר partic. *hostiliter agens.* Esth. VIII, 1. — שָׂטָן, *adversarius.* 1 Par. XXI, 1. Iob. I, 6. 7. 9. 12. II, 1—7. Ps. CVIII, 5. — הֹלֵךְ רָכִיל, *ambulans tanquam detractor. Aqu.* Prov. XI, 13. Sap. II, 24. ubi legitur: *φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθε*, *διάβολος* adhibitum reperitur de spiritu illo maligno, qui hebr. *σατανᾶς* dicitur.

ΔΙΑΒΟΥΛΕΥ'ΟΜΑΙ, consulo, consulto, delibero, decerno. מֵרַר Pih. *amaritudine afficio.* Gen. XLIX, 23. *εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν*: ubi *Grabius* non dubitat eos legisse וַיַּמְרְרֻהוּ, *et rebellarunt contra ipsum.* Sed non opus hic esse videtur ad varietatem lectionis confugere. Nam arab.

صم notat inter alia *constanti et firmo animi proposito esse.* Non male itaque reddiderunt εἰς ὃν διαβουλευόμενοι, adversus quem, sc. de cuius caede aut venditione inter se consultarunt. Nonnulli legere malunt διαβολευόμενοι, quae formatio quasi a διαβολεὺς, uti habentur et ἀποβολεὺς et προβολεὺς, contra analogiam non peccat. Caeterum verbum διαβουλεύεσθαι, apud *Steph.* ἀδέσποτεν, exstat quoque apud *Thucyd.* VI, 34. *Ioseph. A. I.* XIX, 4, 3. *Dion. Cass.* p. 1334, 79. *Reim.* atque *Plutarchum.*

ΔΙΑΒΟΥΛΙ'Α, *consilium*, *consultatio.* מוֹעֵצוֹת plur. Ps. V, 12. Hos. XI, 7. *Symm. Theod.* Prov. I, 31. – *מְזִמָּה, *cogitatio. Theod.* Prov. VIII, 12. ubi bono sensu de *consiliis bonis ac sapientibus* adhibetur. E contrario vero sensu malo apud eundem Prov. XIV, 17. Sir. XLIV, 5. ἡγούμενοι λαοῦ ἐν διαβουλίαις. Sap. I, 9. διαβουλίαι, *perplexae et improbae impii cogitationes.*

ΔΙΑΒΟΥ'ΛΙΟΝ, *consilium*, *consultatio*, it. *cogitatio*, *ratiocinatio*, it. *conspiratio.* מְזִמָּה, *cogitatio*, *consilium.* Ps. IX, 23. ubi sensu malo de *consiliis pravis ac perniciosis* adhibetur. – מַעֲלָה, *ascensio.* Ez. XI, 5. τὰ διαβούλια τοῦ πνεύματος ἐγὼ ἐπίσταμαι. Saepe in literis sacris de *cogitationibus* dicitur, eas *super cor ascendere* s. *in mentem venire*, v. c. Ier. VII, 31. Ez. XXXVIII, 10. – מַעֲלָלִים, *actiones*, plur. Hos. IV, 9. V, 4. VII, 2. – קֶשֶׁר, *conspiratio. Inc.* et LXX sec. *Compl.* 2 Sam. XV, 12. Sap. I, 9. (improbum aut perplexum consilium sec. *Baduellum.*) Sir. XV, 14. XVII, 5. In posteriore loco διαβούλιον est *vis et facultas consultandi*, *deliberandi et eligendi*, una voce *iudicium.* Vide ad h. l. *Baduellum* et *Grotium. Hesych.* διαβούλια, ἐνθυμήματα, διαλογισμοί. Idem: τὰ διαβούλια, διαλογισμούς.

ΔΙΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *annuncio*, *narro.* אָמַר, *dico.* Ios. VI, 10. – הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Lev. XXV, 9. διαγγελεῖται σάλπιγγος φωνὴ, et διαγγελεῖτε σάλπιγγι ἐν πάσῃ τῇ γῇ, non male quoad sensum. – סִפֵּר Pihel, *enarro.* Ex. IX, 17. ὅπως διαγγέλῃ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ut *celebretur* nomen meum in omni terra. *Theod.* et LXX Ps. II, 6. διαγγέλλων. Ita legendum, non διαγγελῶν, ut libri nonnulli habent. Ps. LVIII, 13. ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται, ob mendacia et execrationes, quas proferent, *ubique male audient. Vulg. annuntiabuntur.* Loco יְסַפֵּרוּ, *narrabunt*, legerunt יְסֻפָּרוּ aut יִסָּפְרוּ, quam lectionem commendant antecedentia, *capiantur in superbia sua.* Caeterum ex h. l. apparet, διαγγέλλεσθαι de eo dici, *qui in ore omnium versatur*, et quidem in utramque partem. – *פָּרַד, Hiph. הִפְרִיד, *divido. Symm.* Prov. XVI, 28. διαγγέλλει. *Drusius* διαγγέλλει mendose positum esse

suspicatur, ac substituendum esse iudicat διαχωρίζει. Sed longe facilior ac probabilior est coniectura *Montf* διαστέλλει legentis, quod facilius in διαγγέλλει mutatum fuerit. *Hesych.* διαγγέλλω, ἀπαγγέλλω, διέξειμι λόγῳ.

ΔΙΑΓΓΕΛΜΑ, *nuncium*, *iussum*. קָרֵב, *appropinquans*. 1 Reg. IV, 27. Significat διαγγέλματα h. l. *eos*, *qui ex mandato regis de mensa regia alebantur*, *eamque frequentabant*. C. teste *Bosio* διηγγελμένα habet.

ΔΙΑΓΙΝΟΜΑΙ, *intersum*, *versor*, *persevero*, *duro*, *permaneo*. 2 Macc. XI, 26. ὅπως ἡδέως διαγίνωνται πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἀντίληψιν, ut libenter propriae utilitati *inserviant*.

ΔΙΑΓΙΝΩΣΚΩ, *plene cognosco*, *pernosco*, *intellego*, *diiudico*, *decerno*. דָּמָה Pih. *cogito*. Num. XXXIII, 56. καθότι διεγνώκειν ποιῆσαι αὐτοῖς, quod ego illis facere *decreveram*. - יָדַע, *scio*. Deut. II, 7. διάγνωθι, *memoria revoca*, coll. VIII, 2. Prov. XIV, 35. οὐ διαγινώσκεται, non *evulgatur*. Iudith. XI, 12. διέγνωσαν δαπανῆσαι, *decreverunt* vesci, sc. iis, quae in lege Mosaica prohibita erant. 2 Macc. III, 23. τὸ διεγνωσμένον ἐπετέλει, quod *mandatum* s. *decretum erat* a rege (vid. v. 13.), perfecit. *Polyb.* II, 66, 8. διέγνω ποιεῖσθαι τὴν μάχην. 2 Macc. IX, 15. οὓς διεγνώκει μηδὲ ταφῆς ἠξιῶσαι, quos vel sepultura indignos *iudicaverat*. Ib. XV, 6. 17. *Hesych.* διαγνούς, διακρίνας, δίκαιον αἰσθόμενος, ἐπιγνούς, συνιεὶς, νοήσας. Idem: Διάγνωθι, νόησον.

ΔΙΑΓΛΥΦΩ, *sculpo*, *insculpo*. עָשָׂה, *facio*. Ez. XLI, 19. 20. Vox hebr. etiam *concinnare*, *adornare* notat. - פִּתַּח Pih. *aperio*, *exsculpo*. Ex. XXVIII, 11. *Aqu. Theod.* Zach. III, 9. διαγλύψω. *Diod. Sic.* I. p. 42, 11.

ΔΙΑΓΝΩΣΙΣ, *cognitio*, *diiudicatio*, *iudicium*. Sap. III, 18. ἡμέρα διαγνώσεως est tempus *iudicii* seu *poenae*, quo causa cuiusque cognoscetur et diiudicabitur, ac pro meritis condemnabitur.

ΔΙΑΓΟΓΓΥΖΩ, *obmurmuro*. הֵלִין : לִין, Niph. et Hiph. a לִין, idem. Ex. XV, 24. cum praepositione κατὰ constructum, coll. Num. XIV, 36. XVII, 11. Sequente ἐπὶ, Ex. XVII, 3. Num. XIV, 2. Ios. IX, 18. ac sequente πρὸς, Ex. XVII, 3. - נִרְגַּן Niph. *inter se*, vel *unus cum altero murmuravit*, vel: *susurravit*. Deut. I, 26. Sir. XXXI, 28. (XXXIV, 24.) ubi non opus est, ut cum *Bretschneidero* διαγογγύζειν per *diffamare*, *reprehendere* vertatur.

ΔΙΑΓΟΡΕΥΩ, *dissero*, *enarro*, *mando*, *praescribo*. 3 Esdr. V, 49. ἀκολούθως τοῖς ἐν τῷ Μωυσέως βίβλῳ διηγορευμένοις, accommodet ad ea, quae de his in libris Mosis *praescripta sunt*. Hebr. כַּכָּתוּב. (quod quidem esse potest *e praescripto*, sed quoque *secundum descriptionem*, *narrationem*.) Esdr. III, 2. *Iosephus A. I.* XI, 4. p. 555. ed. *Hav.* habet sim-

pliciter κατὰ τοὺς Μωϋσέως νόμους. Adde Dan. XIII, 61. sec. *Chis.* ὡς ὁ νόμος διαγορεύει, coll. Sus. v. 62. *Hesych.* διαγορεύει, θεσπίζει, διαγγέλλει. Idem: διηγορευμένοις, παραγγελθεῖσι.

ΔΙΑΓΡΑΦΗ', *descriptio*, *delineatio.* תּוּרָה, *lex.* Ez. XLIII, 12. ubi תּוּרָה significat *formam praescriptam seu delineatam.*

ΔΙΑΓΡΑ'ΦΩ, *describo*, *delineo*, *perscribo*, it. *numero.* *חֲטֻבוֹת, *tapetes.* *Theod.* Prov. VII, 16. διαγεγραμμέναι, h. e. *figuris exornatae.* Respexit usum loquendi linguarum orientalium. Certe Chald. חֲטַב notat *variis figuris et coloribus exornavit*, ac eandem significationem habet quoque arab. خطب. — חָקָה, *exprimo*, *exsculpo.* Ez. VIII, 10. — חָקַק, idem. Ez. IV, 1. — כָּתַב, *scribo.* Ies. XVIII, 4. Ez. XLIII, 11. — פִּתַּח Pih. *aperio*, *exsculpo.* Ex. XXVIII, 11. διαγράψεις sec. codd. 56. et 58. *Holm.* Nisi fortasse ibi scribendum est διαγλύψεις, quod vide supra. — צוּר, *obsideo.* Cant. VIII, 9. ubi vox hebraica ex arte architectonica explicanda est, ut sit *lineis circumscribere* et *quasi cingere.* — צוּרָה, *forma.* Ez. XLIII, 11. διαγράψεις τὸν οἶκον, *delineabis* domum. — שָׁקַל, *libro*, *pondero.* Esth. III, 9. διαγράψω εἰς τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ βασιλέως ἀργυρίου τάλαντα μύρια, *perscribam*, h. e. *numerabo* in gazophylacium regis argenti talenta decem millia. 2 Macc. IV, 9. πρὸς δὲ τούτοις ὑπισχνεῖτο καὶ ἕτερα διαγράψαι πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν, praeterea promittebat et alia *numerare* centum quinquaginta talenta. De hoc usu loquendi vide *Salmasium* de *usuris* p. 513. qui et p. 114. observavit, quod apud *Polybium* in *Excerptis* (XXXII, 13, 7. ubi vid. *Schweighaeuserus.*) διαγραφὴν ποιεῖν pariter sit *numerare pecuniam*, (*solvere*, et *expungere debitum*,) de qua prius numulario per scripturam cautum fuerit et constitutum, ut numeraret.

ΔΙΑ'ΓΩ, *traduco*, *perago.* הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio.* Zach. XIII, 9. — הוֹבִיל Hiph. a יָבַל, *apporto.* Ies. LV, 12. ἐν χαρᾷ διαχθήσεσθε. Vera est haec lectio, quam *Hieronymus* quoque secutus est. Passim autem legitur διδαχθήσεσθε, q. a. διδάσκω. — הוֹלִיךְ Hiph. a הָלַךְ, *ire facio.* *Symm.* et LXX Iob. XII, 17. *Vulg. adducit.* LXX Psalm. CXXXV, 16. — הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Num. XXXI, 23. 2 Sam. XII, 31. 2 Reg. XVI, 3. — פִּשֵּׂק Pih. *divarico.* Ez. XVI, 24. διήγαγες τὰ σκέλη. *Aretaeus* p. 4. l. 6. 7. διαγαγὼν (*diducens*) τοὺς ὀδόντας. Sir. XXXVIII, 30. ὅστις νύκτωρ ὡς ἡμέρᾳ διάγει, sc. βίον, qui noctu sicut interdiu vitam *peragit.* Addit βίον Apostolus 1 Tim. II, 2. et *Plato* lib. II. de *rep.* p. 601. διάγοντες βίον ἐν εἰρήνῃ. Confer *Lex. N. T.*

s. h. v. 2 Macc. XII, 38. *αὐτόθι τὸ σάββατον διήγαγον*, ibi sabbatum *egerunt*.

**ΔΙΑ΄ΓΩ΄ΑΝΕΥ.* לא, *non. Ed. Vta* Hos. VII, 16.

**ΔΙΑΓΩΓΗ΄*, *vita*, *vitae institutum*. Esth. XIII, 5. *διαγωγὴν νόμων*. *K. Hesych. διαγωγὴ, ἀναστροφή*. Adde *Polluc. Onom.* V, 118. et IX, 157.

ΔΙΑΓΩΝΙΑ΄Ω, *in agone versor*, *valdè anxius sum*. 2 Macc. III, 21. *μεγάλως διαγωνιώντος ἀρχιερέως προσδοκίαν*, *agonizantis* magni principis sacerdotum expectationem.

ΔΙΑΔΕΙΓΜΑΤΙ΄ΖΩ, *ignominiose traduco*, *publice prostituo*. כָּתַר Pih. *cingo*. *Aqu.* Ps. XXI, 13. *διεδειγματίσαντο*, ubi tamen iudice *Fischero* in *Clavi Verss. GG.* p. 39. reponendum est *διεδηματίσαντό με*, *obsessum me tenent*. Cf. infra s. v. *διαδηματίζομαι*. *Starckio* in *Carm. Dan.* p. 189. aliquando reponere placuit *διεδήσαντό με*. Sed prior coniectura est longe probabilior.

ΔΙΑΔΕ΄ΧΟΜΑΙ, *excipio*, *succedo*, nempe *in locum alterius*, *secundum* vel *proximum ab aliquo locum munere vel dignitate habeo*, *prorex*, *vicarius sum*. *לָקַח, *capio*, *accipio*, *excipio*. *Symm.* Ps. LXXII, 24. *διεδέξατό με*, *excepit me*. – *מְקַבְּלֹת, *suscipientes*. *Samar.* Ex. XXVI, 5. *διαδεχόμεναι*. – מִשְׁנֶה, *secundus*. 2 Par. XXXI, 12. *διαδεχόμενος*, *secundus erat*, sc. redituum sacrorum praefectus. Esther. X, 3. *διεδέχετο τὸν βασιλέα*, *proximus* a rege *erat*. Confer v. *διάδοχος*. – פַּרְבָּר, *pars urbis exterior*, *suburbium*, vel nomen loci *Pharbar*. 1 Par. XXVI, 18. N. L. Sap. XVII, 21. *εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς διαδέχεσθαι σκότους*, imago tenebrarum, quae *excepturae* s. *tecturae* illos *erant*. 2 Macc. IV, 31. *τὸν διαδεχόμενον*, *proregem*, coll. IX, 25. ubi *διαδεξάμενος* s. *διαδεξάμενος* *vicarium* notat, non *successorem*. Ib. X, 28. *ἄρτι δὲ τῆς ἀνατολῆς διαδεχομένης*, ortu solis *excipiente* noctem, vel *succedente* nocti.

ΔΙΑ΄ΔΗΛΟΣ ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ, *manifestus fio*, *appareo*. נוֹדַע Niph. a יָדַע, *innotesco*. Gen. XLI, 20. *οὐ διάδηλοι ἐγένοντο*, non *manifestae*, sc. vaccae, fiebant, vel non apparebant. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Οὐ διάδηλοι, ἀφανεῖς*. *Hesych. διάδηλοι, φανεροί*. 3 Macc. II, 5. Sodomitae *διάδηλοι ταῖς κακίαις γινόμενοι*, i. e. *publice*, *sine ullo pudoris sensu* patrantes scelera, quae vulgo occultare solent homines.

ΔΙΑ΄ΔΗΜΑ, *diadema*, *corona regia*, *regum insigne*. *כֶּתֶם, *aurum insigne*, etiam *omne quod ex auro factum et elaboratum est*. V. *Simonis Lex. hebr.* p. 840. *Theod.* Psalm. XLIV, 10. *διάδημα χρυσοῦν*, diadema aureum. Hinc etiam ab LXX h. l. redditur *ἱματισμὸς χρυσοῦς*. – כֶּתֶר, *corona*. Esth. I, 11. II, 17. – נֵזֶר, *corona*, *diadema*. *Symm. Theod.* ac *LXX sec. Compl.* 2 Sam. I, 10. – צָנִיף, *cidaris*. Ies. LXII, 3. – *תַּכְרִיךְ, *stola*. Esther. VIII, 15. Sap. V, 17.

διάδημα τοῦ κάλλους, i. q. in priori membro *βασίλειον*. Significat autem *διάδημα* h. l. *imperium*, *potestatem regiam*, signo posito pro re signata. 1 Macc. XIII, 32. *περιέθετο τὸ διάδημα τῆς ἀσίας*, imposuit diadema Asiae, h. e. *regnum adiit*. *Hesych*. *διάδημα*, *στέμμα βασιλέως*. *κεφαλῶν κόσμος*, *ἤγουν στέφανος*, *ἡ βασιλέως σύμβολον*. Confer *Paschalium de coronis* p. 575.

**ΔΙΑΔΗΜΑΤΙ'ΖΟΜΑΙ*, proprie *diademate s. fascia cingo*, (i. q. apud *Zosimum* III, 30. *διάδημα περιτίθεμαι*.) deinde *obsessum teneo*, *obsideo*, *cingo*. כִּתֵּר, Pih. *cingo*, *circumdo*. *Aqu*. Ps. XXII, 13. pro hebr. כִּתְּרוּנִי, ubi pro vulgato *διεδειγματίσαντό με* necessario reponendum est *διεδηματίσαντό με*. *obsessum me tenent*. Deduxit autem *Aquila* hanc vocem a *διάδημα*, quemadmodum *ὁραματίζομαι* ab *ὅραμα*, et *ἐπιστημοῦμαι* ab *ἐπιστήμη*, ut recte observavit *Fischerus* in *Clavi Verss. GG.* p. 59.

ΔΙΑΔΙΔΡΑ'ΣΚΩ, *diffugio*, *aufugio*. Sir. XI, 11. *οὐ μὴ ἐκφύγῃς διαδρὰς*, non effugies aufugiens. 2 Macc. VIII, 13. *διεδίδρασκον καὶ ἐξετόπιζον ἑαυτοὺς*, in fugam convertebant se ipsos, et a loco recedebant. *Hesych*. *διαδράσκει*, *διαφεύγει*, *διαδιδράσκεται*.

ΔΙΑΔΙ'ΔΩΜΙ, *trado*, *distribuo*, it. *spargo*, *divulgo*. הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio*. Ios. XIII, 6. ubi vox hebr. notat: *iacta sorte distribuere*. – נָתַן, *do*. Gen. XLIX, 20. *διαδώσει* sec. *Alex*. et *Ald*. Reliqui libri habent simplex *δώσει*. Ib. v. 27. Sir. XXIII, 32. *οὐ διαδώσουσιν τὰ τέκνα αὐτῆς εἰς ῥίζαν*, non *radices agent*, h. e. non longaevi erunt, liberi eius. Ibid. XXIV, 17. *ὡς σμύρνα ἐκλεκτὴ διέδωκα* (*Alex*. *δέδωκα*. *Compl*. *ἔδωκα*.) *εὐωδίαν*, ut myrrha electa *sparsi* bonum odorem, coll. XXXIX, 18. et 2 Macc. VII, 5. 2 Macc. IV, 39. *διαδοθείσης ἔξω τῆς φήμης*, fama in vulgus *disseminata*. 3 Macc. II, 27. *δημοσίᾳ κατὰ τοῦ ἔθνους διαδοῦναι ψόγον*, publice aliquid contra gentem *suggerere*, probro illam afficiendi gratia. 4 Macc. IV, 22. *φήμης διαδοθείσης*.

ΔΙΑΔΙΚΑ'ΖΩ, *Α'ΖΟΜΑΙ*, *discepto*, *litigo*, *iudicio contendo*. רִיב, *lis*, *controversia*. *Symm*. Iob. XXXIII, 13. *τί οὖν αὐτῷ διαδικάζῃ*; quid igitur cum illo *litigas*? – הֵרִיב Hiph. a רוּב, *litigo*. *Symm*. Iob. XXIII, 6. *διαδικάσεται*. *Inc*. *διαδικάσει με*.

**ΔΙΑΔΙΚΑΣΙ'Α*, *contentio*, *lis*. רִיב, *contentio*. *Symm*. Ps. LIV, 10. Vide supra s. v. *ἀδικασία*. *Hesych*. *διαδικασία*, *ἡ ἐπίκρισις τοῦ ἐπιτηδείου πρὸς λειτουργίαν*, *καὶ πρὸς τὰ ἄλλα*. *ἡ ἀμφισβήτησις*, *κρίσις*. *Phav*. p. 201. *διαδικασία οὐχ ἁπλῶς πᾶσα δίκη*, *ἀλλ' ἐν αἷς περί τινος ἀμφισβήτησίς ἐστιν*. (Ita quoque *Zonaras Lex*. col. 510.) *ἡ διαδικασία ἐστὶν*, *ἣν ποιοῦνταί τινὲς τοῖς μέλλουσιν χορηγεῖν*, *οὓς ἂν ὁρισθῆναι βούλονται*, *πότε χρὴ*

λειτουργεῖν αὐτούς. Conf. *D'Orville* ad *Chariton. Aphrod.* lib. V. c. 8. p. 494. ed. *Lips.*

ΔΙΑΔΙΚΑΣΜΟ'Σ, lis, litigatio. מְרִיבָה plur. *Aqu.* Ez. XLVII, 19. XLVIII, 28. Vide *Eusebii* et *Hieron. Onomast.* in *Μαριβὼθ*, et ad h. l. *Clericum.*

ΔΙΑΔΟΧΗ', successio. שָׁתוֹת plur. *fundamenta. Sexta Ed.* Ps. X, 3. *αἱ διαδοχαί.* Derivavit auctor huius versionis sine dubio a שְׁתִי, *stamen,* quod significationem habet a rad. *Chald.* et *Syr.* שְׁתָא, ܐܫܬܝ, et Arab. أَسْتَى, *texuit*, seu *staminibus positis aptavit telam.* Fortasse tamen pro διαδοχαὶ legendum est διδαχαί. Certe *Inc.* ibidem διδασκαλίαι habet. *Aqu.* Iob. I, 4. ἀλλήλους ἐκ διαδοχῆς (in textu hebr. κατὰ τὸ ῥητὸν hic nihil pro hac voce occurrit) συνεκάλουν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, se invicem *successive* et suo quisque certo die invitabant. Ita *Bielius:* sed unde haec sumserit me ignorare fateor.

ΔΙΑ'ΔΟΧΟΣ, successor, vicarius. לְיַד, *in manum*, seu *ad manum.* 1 Par. XVIII, 17. οἱ πρῶτοι διάδοχοι τοῦ βασιλέως, primi, proximi a rege, h. e. proxime illi in throno a dextris et sinistris sedebant. Conf. Matth. XX, 21. qui locus inde illustrari potest. - מִשְׁנֶה, *secundus.* 2 Par. XXVIII, 7. τὸν διάδοχον τοῦ βασιλέως, *proximum a rege.* - שַׂר, *princeps.* 2 Par. XXVI, 11. τοῦ διαδόχου τοῦ βασιλέως. Sic et *Philo* lib. *de Iosepho* p. 369. εἶτ' αὐτὸν καθίστησι τῆς βασιλείας διάδοχον. Eidem *Philoni* eodem libro p. 373. *Iosephus* audit τοσαύτης ἡγεμονίας διάδοχος, ἀρχὴν τὴν μετὰ βασιλέα πρώτην ἀναψάμενος. Sir. XLVI, 1. διάδοχος Μωϋσῆ ἐν προφητείαις, *successor* Mosis in prophetiis. Ibid. XLVIII, 8. 2 Macc. IV, 29. et 31. ubi *vicarium* notat.

ΔΙΑΔΡΑ'Ω, aufugio. פָּנָה, *averto, declino. Symm.* Ps. LXXXIX, 9. διέδρασαν, *aufugerunt.* Sensum expressit. Nam פָּנָה, quod proprie *faciem vertere in locum* notat, deinde, ut omnia verba videndi, etiam *abire* significat. Sic de *die inclinante* Ier. VI, 4. adhibetur. Adde *Herodian.* III, 15, 5.

ΔΙΑ'ΔΥΜΙ, ΔΙΑΔΥ'Ω, ingredior, penetro. טָבַע, *immergor.* 1 Sam. XVII, 49. διέδυ ὁ λίθος διὰ τῆς περικεφαλαίας, *penetravit* lapis per galeam. *Aristoph. Av.* v. 840. *Vesp.* 212.

ΔΙΑΖΑ'Ω, vitam ago, vivo. 2 Macc. V, 27. ἐν τοῖς ὄρεσι διέζη, in locis montanis vixit.

ΔΙΑ'ΖΟΜΑΙ, pr. *stamen suspendo tela s. iugo*, (quod Attici vocant προσορεῖσθαι, etiam στήμονα στῆσαι. Vide *Salmasium* ad *scriptt. hist. Aug.* pag. 127. ed. *Paris.* et *Intt.* ad *Pollucis Onom.* VII, 32.) *telam exordior*, it. *plectere incipio.*

Deinde metaphorice *ordior* (*Lex. Vet.* *διάζεται*, *orditur*) ac *constituo;* nam stamen, quod suspenditur, quasi constituitur. נָסַךְ, *inungo*. *Aqu.* Ps. II, 6. Respexit haud dubie eam notionem verbi נָסַךְ, quam olim videtur habuisse, ut esset: *stamen iugo suspendit*, quod non modo docet nomen מַסֶּכֶת Iud. XVI, 13., quod ipsum ab *Aquila* redditur *δίασμα*, sed etiam arab. نسج, *texuit*. Conf. *Fischerum* in *Clavi* p. 59. Fortasse tamen loco *ἐδιασάμην* reponendum est *διεδησάμην*, *diademate revinxi*, qui ritus erat, quo regia dignitas assumebatur, vel conferebatur. *Ernesti* legere malebat *ἐδίηνα τόν*. *Inc.* Iud. XVI, 14. *ἐδιάσατο τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους*, telam quasi cum septem cincinnis exordiebatur, vel plectere septem cincinnos incipiebat: ubi nihil est in textu hebraico. Conf. *Sturz*. de *dial. Maced.* p. 160.

ΔΙΑΖΩ'ΝΗ, *zona*, *balteus*. אַבְנֵט, idem. *Aqu.* Exod. XXIX, 9.

ΔΙΑΖΩΝΝΥ'Ω, *accingo*. חָגוּר, verbale, *accinctus*. Ez. XXIII, 15. *διεζωσμένους*.

ΔΙΑ'ΖΩΣΜΑ, *subligaculum*, vel *ligamen*. חֵשֶׁב, *cingulum*. *Inc.* Ex. XXVIII, 28. *Aqu.* Lev. VIII, 7.

ΔΙΑΘΕΡΜΑΙ'ΝΩ, *ΟΜΑΙ*, *calefacio*, *incalesco*. חָמַם, idem. Exod. XVI, 21. *ἡνίκα δὲ διεθέρμαινεν ὁ ἥλιος*, cum vero *incalesceret* sol: coll. 1 Sam. XI, 9. Ib. v. 11. *ἕως διεθερμάνθη ἡ ἡμέρα*, donec *incalesceret* dies. 2 Reg. IV, 34. *διεθερμάνθη ἡ σάρξ τοῦ παιδαρίου*.

ΔΙΑ'ΘΕΣΙΣ, *dispositio*, *affectus*, *affectio*. מַשְׂכִּית, *imaginatio*. Ps. LXXII, 7. *διάθεσιν καρδίας*. 2 Macc. V, 24. *ἀπεχθῆ πρὸς τοὺς πολίτας Ἰουδαίους ἔχων διάθεσιν*, hostilem in cives Iudaeos habens *animum*. Ibid. XIV, 5. *ἐν τίνι διαθέσει καὶ βουλῇ καθεστήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι*, quonam *rerum statu* et consilio niterentur Iudaei. 3 Macc. II, 28. Iudaeos *εἰς οἰκετικὴν διάθεσιν ἀχθῆναι*, ad servilem *conditionem* redigendos esse, coll. III, 2. 26. *Polyb.* II, 41, 5. *τοιαύτη τὶς ἦν ἡ περὶ τὸ ἔθνος διάθεσις*. Significat quoque *διάθεσις edictum publice propositum* s. *publicatum*. 3 Macc. III, 8. *τυραννικὴ γὰρ ἦν ἡ διάθεσις*, durum enim erat *edictum* de Iudaeis publicatum. *Syrus* usus est h. l. voce ܦܘܩܕܢܐ. 4 Maccab. I, 25. *Hesych.* *διάθεσις*, *σχῆμα*, *ἀγάπη*, *ἀπόδοσις*, *προαίρεσις*.

ΔΙΑΘΗ'ΚΗ, *omne*, *quod certum et constitutum est*, speciatim *foedus*, *statutum*, *testamentum*, *promissio*, etiam *vitae institutum*, *in quo quis laborat*, *vitae genus*, *tempus certum ac definitum*, *consociatio*. *אוֹר, *lux*. Ies. XLIX, 6. ubi verba *εἰς διαθήκην γένους* mihi antiquitus e loco parallelo cap. XLII, 6. in margine notata fuisse videntur, unde

postea in ipsum textum irrepserunt. Vid. *Starck. Carmina David.* Vol. I. p. 307. - אַחֲוָה, *fraternitas, consociatio, quae est foedere facta. Inc.* et LXX Zach. XI, 14. - בְּרִית, *foedus.* Gen. VI, 18. IX, 9. Ps. LIV, 23. ad quem locum respiciens *Suidas* ita: *Διαθήκη καὶ ὁ νόμος. Δαβίδ· ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ.* - דָּבָר, *verbum.* Deut. IX, 5. Scil. דָּבָר h. l., uti alias saepe, *promissionem*, et quidem *certissimam* notat. - דִּבְרֵי בְּרִית, *verba foederis.* Ier. XXXIV, 18. - חֹק, *statutum.* Ed. VIta Ps. II, 6. Ita Sir. XIV, 17. *ἡ γὰρ διαθήκη ἡ ἀπ᾽ αἰῶνος, θανάτῳ ἀποθανῇ*, hoc enim *statutum* a saeculo, morte morieris. Vide et Sirac. XVI, 23. - מִשְׁכָּן, *habitaculum.* Lev. XXVI, 11. ubi *τὴν διαθήκην* mihi positum esse videtur pro *τὴν σκηνὴν τῆς διαθήκης.* - עֵדוּת, *testimonium.* Ex. XXXI, 7. *τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης.* - *תּוֹרָה, *lex.* Dan. IX, 13. sec. *Chis.* ubi *Theod.* *νόμος* habet. Vnde apparet, hoc vocabulum notare simpliciter *leges et praecepta divina.* Sirac. XVII, 10. *διαθήκην αἰῶνος ἔστηκε μετ᾽ αὐτῶν, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ ὑπέδειξεν αὐτοῖς.* Ibid. XXIV, 31. *βίβλος διαθήκης* explicatur per *νόμος, ὃν ἐνετείλατο Μωυσῆς*, et ib. XXVIII, 8. et 9. *διαθήκη* et *ἐντολαὶ* sunt synonyma. Adde *Coran. Sur.* II, 27. - תַּזְנוּת, *scortatio.* Ez. XVI, 28. Ex *Trommii* sententia legerunt בְּרִית. *Semlerus* in *Ep. Crit.* ad h. l. *σηκοὺς* aut simile quid scripsisse eos arbitratur. Mihi autem existimasse videntur, *fornicationes* de *foederibus cum exteris populis initis* explicandas esse. Cf. *Lex. N. T.* s. v. *πορνεύειν.* Sap. XVIII, 22. *ὅρκους πατέρων καὶ διαθήκας ὑπομνήσας*, sanctas patrum *promissiones* commemorans. Sirac. XI, 20. *στῆθι ἐν διαθήκῃ σου*, mane in *vitae genere*, quod tibi elegisti. Est ibi *διαθήκη certa et semel constituta vitae ratio, officium et munus alicui demandatum* (nostrum *Beruf*), i. q. in sequ. *ἔργον*, et v. 21. *πόνος.* *Syrus:* ܐܘܪܚܐ, *vitae ratio.* Ib. XIV, 12. *διαθήκη ᾅδου*, tempus mortis, quatenus est certum et a Deo decretum, coll. v. 17. Fortasse et huc referendus est locus ille obscurus Sirac. XVI, 21. ubi tamen fortasse *δ.* est *iudicium Dei*, qui cuique pro meritis praemia vel poenas decernit ac tribuit, quod ita dicitur, quia a Deo dispositum et constitutum est. Sir. XXXVIII, 33. *διαθήκην κρίματος*, *ordinationem* et *constitutionem* iudicii, iuxta quam iudex iudicare et ferre iudicium debet. Ibid. XLVII, 12. Deus Davidi dedisse dicitur *διαθήκην βασιλείας*, regnum *promissum*: coll. 1 Macc. II, 54. 2 Macc. VIII, 15. ubi *διαθῆκαι πατέρων* sunt *promissiones* maioribus factae. Sir. XLIV, 11. coll. v. 18. *Hesych.* *διαθήκη, συνωμοσία, ἑνικῶς. οὐ πληθυντικῶς τὰς διαθήκας ἔλεγον*: ubi *συνωμοσία* est *iureiurando firmata amicitia, ἡ μεθ᾽ ὅρκων φιλία*, ut alio loco ab *Hesychio* explicatur. *Etymol. ineditum*: *Διαθήκη διττῶς ἐκφωνεῖται. ἡ μὲν ἐπὶ θνησκόντων,*

διατάξεως καὶ ἐντάλματος χαρακτῆρα φέρουσα. θατέρα ἐπὶ συνθηκῶν, ἐπὶ διαλλαγῇ πολεμίων, συνωμοσίαν ἔχουσα. Similiter et *Lex. Cyrilli MS. Brem.*

**ΔΙΑΘΗ'ΚΗ ΤΟΥ' ΜΑΡΤΥΡΙ'ΟΥ.* עֵדָה, *testimonium.* Ios. IV, 15. *τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης τοῦ μαρτυρίου.* Alterutrum alienum est. Puto, *τῆς διαθήκης.*

**ΔΙΑΘΡΑΥ'Ω*, *confringo*, *lacero.* הִתְפּוֹצֵץ, Hithp. a פָּצַץ, *frango*, *diffringo*, *contero.* Hab. III, 6. *διεθραύσθησαν* sec. *Compl. Schol. Aristoph. Pac.* v. 146. *Plato Tim.* III, 57. B.

ΔΙΑΘΡΕ'Ω, *investigo*, *quaero.* בִּקֵּשׁ, idem. *Symm.* Coh. VII, 26. *διαθρῆσαι.* Sic *Aelianus V. H.* III, 28. *τοὺς ἀρχοὺς ἰδίους διαθρῆσαι.*

ΔΙΑΘΡΥ'ΠΤΩ, *contero*, *comminuo.* הֵמִיל, Hiph. a מוּל, *exscindo. Symm.* Psalm. CXVII, 10. *διέθρυψα.* – הִתְפּוֹצֵץ, Hithp. a פּוּץ, *frango*, *contero. Inc.* Hab. III, 6. *διεθρύβη τὰ ὄρη βίᾳ*, montes vi fracti sunt. *Hesych. διεθρύβη, ἐκλάσθη, διετρίβη.* – נָתַץ, *diruo.* Nah. I, 6. *αἱ πέτραι διεθρύβησαν*, petrae contritae sunt. – פָּרַס, *partior.* Ies. LVIII, 7. *διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου*, frange esurienti panem tuum: ubi *διαθρύπτειν* simul *partiendi* aut *dispertiendi* notionem adiunctam habet. – פָּתַת, *frango.* Lev. II, 6. *διαθρύψεις αὐτὰ (εἰς) κλάσματα*, *comminues* illa in fragmenta. *Hesych. διαθρύψεις, διακόψεις.*

ΔΙΑΙ'ΡΕΣΙΣ, *divisio*, etiam *rivus*, *canalis.* גֶּזֶר, *segmentum.* Ps. CXXXV, 13. ubi *διαιρέσεις* duas partes unius divisionis, non plures divisiones notat. – מַחֲלֹקֶת, *classis.* 1 Par. XXIV, 1. XXVI, 1. 12. 19. – מִפְלַגּוֹת, plur. *classes.* 2 Par. XXXV, 12. – נַחֲלָה, *possessio.* Ios. XIX, 51. – *פֶּלֶג, *rivus. Aqu. Symm. Theod.* Ps. XLV, 5. *Symm.* Ies. XXX, 25. ac Ps. CXVIII, 136. sec. *Origenem* T. II. *Opp.* pag. 813. ed. *Paris.* – פְּלֻגָּה, *pars*, *effectus divisionis.* 2 Par. XXXV, 5. Esdr. VI, 18. – פְּלֻגּוֹת, *partes.* Iud. V, 15. 16. – *פֶּרֶץ, *divisio. Inc.* Gen. XXXVIII, 29. Sir. XIV, 15. *εἰς διαίρεσιν κλήρου*, ad haereditatem, h. e. ut ipsi eas inter se sorte dividant; nam tunc sortibus utebantur.

ΔΙΑΙΡΕ'Ω, *divido*, *partior*, *distribuo*, *diduco.* בָּתַר, *disseco.* Gen. XV, 10. – גָּזַר, *seco*, *scindo.* 1 Reg. III, 25. 26. – הִבְדִּיל, Hiph. *separo.* Lev. I, 17. V, 8. – הִבְלִיג, Hiph. *recreo me.* Amos. V, 9. *ὁ διαιρῶν.* Legerunt הַמַּפְלִיג, a פָּלַג, *dividere*, aut ita verterunt ex usu l. arabicae. – חָלַק ׃ חִלֵּק, Kal et Pih. Ios. XVIII, 5. Ps. LXVII, 15. *διελέσθαι σκῦλα*, *dividere* praedam. Inde apud *Hesychium διελέσθαι σκῦλα* exponitur *διαμερίζεσθαι πραῖδαν.* Conf. Prov. XVI, 20. Ies. IX, 3. Dan. XI, 39. *γῆν διελεῖ ἐν δώροις*, terram dividet donis. *Hesych. διελεῖ, μερίζει, ἐπικρίνει.* – חָצָה, *dimidio.* Gen. XXXII,

7. Iud. IX, 45. 2 Reg. II, 8. – חָצַץ, *discindo*. Iob. XXI, 21. ἀριθμοὶ μηνῶν αὐτοῦ διῃρέθησαν. Scil. arab. حصص, *numerare, calculum subducere*, in Coni. III. et VI. etiam notat *partiri cum aliquo*. Conf. *Golii Lex. arab.* pag. 617. – נָחַל. Prov. XXVIII, 10. Confer infra s. v. διέρχομαι. *Inc.* Ios. I, 6. – *נֵצַח, *victoria*. 1 Paral. XV, 29. נֵצַח יִשְׂרָאֵל (victoria Israel, h. e. Deus, qui Israelitis victoriam largitur et concedit), LXX διαιρεθήσεται Ἰσραὴλ εἰς δύο. Nonnulli statuunt, pertinere hanc versionem ad ineptas, quae haud raro in versione Alexandrina reperiuntur, interpretationes, ita ut permutaverint literas ה et ח, loco נצח legendo נִצָּה, quod notat: *alter cum altero contendit, rixatus est.* Vide infra s. v. σχίζομαι. Equidem statuo, eos נִצַּח habuisse pro 3. perfecti Niph. a נָצַח vel נָצָה, quod *Boysenius* contulit cum arab. نصّ, *dividere, separare.* – נִתַּח, *membratim divido.* Lev. I, 12. διελοῦσιν αὐτὸ κατὰ μέλη, divident illud membratim. Vera lectio nonnullis videtur μελιοῦσιν, quod velut alterius interpretis annotatur in *Hex.*, quia hebr. נִתַּח nusquam per διαιρεῖν transtulerunt LXX, sed per διχοτομεῖν et μελίζειν κατὰ μέλος. Legitur tamen formula κατὰ μέλεα διελεῖν apud *Herodot.* p. 59. v. 99. seu lib. I. cap. 119. Vol. I. p. 148. ed. *Schweigh.* – פִּלֵּג, Pih. *divido*. *Aqu.* Iob. XXXVIII, 25. – פְּלִיגָה chald. foem. *divisum*. Dan. II, 41. – פְּרִיסַת chald. part. foem. *divisum*. Dan. V, 30. – פֶּתַח, *ianua*. Gen. IV, 7. οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; nonne, si recte offeras, recte autem non *dividas*, peccasti? Ita vertit *Is. Vossius* de *LXX Intt.* p. 35. et docet, quod iuxta hanc interpretationem dixerit Deus Caino, recte quidem ipsum fecisse, quod obtulerit sacrificium, sed non recte divisisse, quia meliorem partem sibi reservasset. Sed *L. Bos.* in *Obss. Critt.* p. 27. verba illa ita reddit: *Nonne, si recte obtuleris, recte vero non discreveris mente tua, peccasti?* addens: sc. *recte quidem, quod ad externum sacrificium, de frugibus terrae donum Deo obtulerat Cainus, sed animus ipsius perversus non discernebat inter bonum et malum, impius erat, et in Deum non credebat.* Et τὸ διαιρεῖν Graecis profanis etiam impropria notione *mente discernendi* et *diiudicandi* usurpari ex *Herodoto* et *Epicteto* ostendit p. 25. sequ. Immo ipsum illud ὀρθῶς διαιρεῖν apud *Aristophanem* in Νεφέλαις p. 169. ed. *Genev.* significare *recte discernere* observat. Alii contra statuunt, LXX pro לַפֶּתַח, *ad ostium*, legisse aut לִפְתֹּחַ, a פָּתַח, *dividere, frangere, in frusta concidere*, aut, quod mihi longe probabilius est, לִנְתֹּחַ, a נָתַח, *divisit*, quod etiam Levit. I, 12. ita transtulerunt. Sirac. XXVII, 26. πληγὴ δολία διελεῖ τραύματα, plaga dolosa doloso vulnus *infligit*.

ΔΙΑΙΡΕ'Ω ΕΙ'Σ ΔΥ'Ο, *divido in duo.* נֵצַח, *aeternitas,* it. *robur.* 1 Sam. XV, 29. Vide supra s. *διαιρέω.*

ΔΙΑΙ'ΡΩ, *effero.* בָּצוּר, *munitus. Aqu.* Deut. III, 5. *διῃρμέναι*, *elatae.* Arab. نَصَرَ in III. notat *ex alto prospexit,* unde בָּצוּר et בָּצִיר, *locum altum*, adeoque *munitum* notat.

ΔΙ'ΑΙΤΑ, *diaeta*, *vitae ratio*, *modus vivendi*, it. *victus*, it. *habitatio*, *domicilium*, *coenaculum*, item *iudicium*, *arbitrium.* אֹהֶל, *tentorium.* Iob. VIII, 22. *δίαιτα δὲ ἀσεβοῦς οὐκ ἔσται*, domicilium autem impii non consistet. Iob. XI, 14. *ἀδικία δὲ ἐν διαίτῃ σου μὴ αὐλισθήτω*, iniustitia autem in domicilio tuo non habitet. – אֹמֶר, *verbum.* Iob. XXII, 28. *ἀποκαταστήσει δέ σοι δίαιταν δικαιοσύνης.* Num fortasse legerunt אֹהֶל? aut, quod magis placet, אֹמֶר acceperunt in notione arab., qua أَمْر omnino *rem, negotium, statum* notat? Certiora his non habeo. – בַּיִת, *domus.* Iob. XXXIX, 6. – *לֶחֶם, *panis, victus, cibus. Symm.* Prov. XXX, 8. *διάταξόν μοι δίαιταν ἱκανήν*, da mihi quantum satis sit cibi (לֶחֶם חֻקִּי), *τὰ ἐπιτήδεια* apud *Theophr. Char.* c. 11. Conf. *Thom. Mag.* s. h. v. – מְרֹרָה, *fel.* Iob. XX, 25. *ἄστρα δὲ ἐν διαίταις αὐτοῦ.* N. L. – נָוֶה, *habitaculum.* Iob. VIII, 6. *Symm.* Ps. LXVIII, 13. ubi in textu legitur נְוַת בַּיִת, *habitans* s. *manens domi*, h. e. *domiseda*, *οἰκουρός.* Male ibi *Montf.* *δίαιταν* per *vivendi rationem* transtulit: nam *δίαιτα* h. l. ad imitationem vocis hebr. *habitatricem* s. *eam quae versatur ac moratur in aliquo loco* significat: alias enim versio *Symmachi* omni sensu careret, quod de *Symmacho* ne cogitari quidem potest. – נָוֶה, idem. Iob. V, 3. – פָּקַד, *visito.* Iob. V, 24. N. L. Iudith. XII, 14. *εἰς τὴν καθημερινὴν δίαιταν*, in *usum* cotidianum. *Hesych.* *δίαιτα, θεσμός, διαγωγὴ τροφῆς. ἡ καθημερινὴ τροφή. Glossae:* *δίαιτα, τὸ ὑπερῷον.* Vide *Martinii Lex. Philol.* et Intt. ad *Sueton. Claud.* c. 10.

ΔΙΑΙΤΑ'Ω, *diaeta praescripta alo.* *Διαιτάομαι* et *Διαιτῶμαι*, *victus ratione certa utor*, *victito*, *vitam dego*, it. *habito*, *commoror*, *versor.* יָשַׁב, *sedeo*, *habito. Symm.* 1 Sam. XIX, 18. *διαιτώμενοι*, *morantes.* – ספח, Pyh. *aggravor*, it. *scabie afficior*, etiam *effundor in Venerem.* Iob. XXX, 7. *οἳ ὑπὸ φρύγανα ἄγρια διῃτῶντο*, qui sub sarmentis agrestibus vitam degebant. Libere verterunt. Praeterea legitur *διαιτώμενος* in *Ed. Quinta* Hos. VIII, 9. ubi nihil ei in textu hebraico respondet. Certe ad אֶפְרַיִם referri nullo modo potest. 4 Macc. II, 17. *λογισμῷ τὸν θυμὸν διῄτησε*, ratione iracundiam *mitigavit.*

**ΔΙΑΙΤΕ'Ω*, *precibus aliquem peto*, *extorqueo aliquid precibus*, *exoro.* Iudith. VIII, 16. *ὅτι οὐχ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου*

διαιτηθῆναι, sc. ὁ Θεὸς, non est Deus is, qui precibus (vehementioribus) flectatur aut coerceatur. *Trommius* perperam hanc vocem derivavit a *διαιτάομαι*, et vertit *criminari*, *culpam in aliquem conferre*, aut h. l. *in ius vocare*. Nec feliciius *Bielius* (s v. *διαιτάω*) *διαιτηθῆναι* e loco Num. XXIII, 19., unde haec ei repetita videbantur, in *διαιρηθῆναι* mutandum iudicavit. Nam omnes codd. h. l. lectionem *διαιτηθῆναι* tuentur, quam etiam antecedens *ἀπειληθῆναι* commendat. Deus enim nec minis nec precibus aliquid sibi extorqueri patitur. *Vulgatus* habet: *ad iracundiam inflammabitur*.

ΔΙΑΚΑΘΙΖΑ'ΝΩ, *separatim sedeo*. ישׁב, *sedeo*. Deut. XXIII, 13. *ὅταν διακαθιζάνῃς ἔξω καὶ ὀρύξῃς*. Sermo ibi est de Iudaeis, qui extra castra secedere debebant alvum exonerandi causa.

ΔΙΑΚΑΘΙ'ΖΩ, *obsideo*. צור, idem. 2 Sam. XI, 1. iuxta *Vat*. *καὶ διεκάθισαν ἐπὶ Ῥαββὼθ*, et obsidebant Rabbath.

**ΔΙΑΚΑΙ'Ω*, *peruro*, *urendo penetro*. 4 Macc. XI, 19. *τὰ σπλάγχνα διέκαιον*. [illegible]

ΔΙΑΚΑ'ΜΠΤΩ, *incurvo me*, *expansim inflecto me*. גָּהַר, *pronum me expando*. 2 Reg. IV, 34. *διέκαμψεν ἐπ' αὐτὸν*, incurvavit se super illum. Sic *Vulgatus*. In aliis libris legitur *συνέκαμψεν*.

ΔΙΑΚΑΡΤΕΡΕ'Ω, *perduro*, *tolero*. Iudith. VII, 27. *διακαρτερήσωμεν*, perduremus. 4 Macc. VI, 9.

ΔΙΑΚΑΤΕ'ΧΩ, *moror*, *obtineo*, *detineo*, *occupo*. Iudith. IV, 5. *διακατασχεῖν τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς*, ut occuparent aditus regionis montanae.

ΔΙΑ'ΚΕΙΜΑΙ, *constitutus*, *dispositus sum*, *affectus sum*, h. e. *animatus sum erga aliquem* (*Alciphr*. I, 35.), *decumbo*. 2 Macc. IX, 21. *ἀσθενῶς διεκείμην*. *Vulg in infirmitate constitutus*, h. e. aegrotus decumbens. 3 Macc. III, 25. *τοὺς πρὸς ἡμᾶς γνησίως διακειμένους*, qui bono erga nos animo erant, h. e. consilio nostro (scil. mutationi sacrorum) favebant. *Dionys. Hal. Antt*. VII, 32. T. III. p. 1381. ed. *Reisk*. *ἀπεχθῶς διακείμενοι πρὸς ὑμᾶς*. *Polyb*. IV, 32, 1. *φιλοτίμως διακεῖσθαι πρός τι*. *Dio Cass*. I, 39. p. 219. Lib. LIII. p. 698. ed. *Reimari*. 3 Macc. IV, 10. ubi tamen pro *διακειμένῳ* reponendum mihi esse videtur *ἀνακειμένῳ*.

ΔΙΑΚΕΝΗ͂Σ, *inaniter*, *frustra*, *sine causa*. חִנָּם, *gratis*, *sine causa*. Iob. II, 3. IX, 17. XXII, 26. ubi *Symm*. *ἀναιτίους* habet. Prov. XXIII, 29. - לָרִיק, *in vanum*. Lev. XXVI, 16. - נָבוּב, *excavatus*, *evacuatus*, metaphorice, *homo inanis* vel *inflatus*. *Symm*. Iob. XI, 12. ubi tamen pro *διακενῆς* mallem legere *διάκενος*. Certe *Vulgatus*, qui h. l. pro more suo *Symmachum* secutus est, habet: *vir vanus*. - רֵיקָם, *immerito*. Ps. XXIV, 3. *Suidas* ad h. l. *διακενῆς*, *ἄνευ τῆς προφάσεως*. *Symmach*. 2 Sam. I, 22, *Vulgat*. *inanis*. *Suidas*: *Διακενῆς*, *ἄνευ τινὸς*

προφάσεως. Δαβὶδ· αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. Pertinet haec glossa ad Ps. XXIV, 3. – שָׁוְא, *falsum*, *vanum*. Ps. XXX, 7. Praeterea legitur apud LXX Iob. VI, 5. ubi διακενῆς (quod vertendum erit: *nulla urgente necessitate*, s. *fame non cogente*) de suo sensus causa addiderunt. 1 Macc. VI, 12. immerentes indignosque tantis malis. Apud *Hesychium* Διὰ κενῆς legitur, et exponitur ματαίως. Dicitur autem διὰ κενῆς pro διὰ κενῆς πράξεως. Vide *L. Bos. Ellips. Gr* p. 169.

ΔΙΆΚΕΝΟΣ, *inanis*, *vacuus*, *levis*. קְלֹקֵל, *vilissimus*. Num. XXI, 5. ἐν τῷ ἄρτῳ τῷ διακένῳ τούτῳ, cibi huius *vilissimi*. *Alciphr*. III, 55. *Hesych*. διακένῳ, κούφῳ. Vide infra s. v. κοῦφος.

ΔΙΑΚΙΝΔΥΝΕΥ'Ω, *periculum subeo*, seu *perfero*. 2 Macc. XI, 7. διακινδυνεύοντας ἐπιβοηθεῖν, *periclitantibus* s. *in periculo versantibus* auxilium ferre.

ΔΙΑΚΙΝΕ'Ω, *permoveo*, *concutio*, *verso*. זוֹרֵר, Pih. a זור, seu זָרַר, *sternuto*. 2 Reg. IV. 36. διεκινήθη (sec. *Compl.* aut potius *Inc.*), *cum impetu sternutavit*. Vide supra s. v. ἀνδρίζομαι. – רוֹפֵף, Pih. a רוף, *quasso*, *concutio*, *motito*, ex usu chald. (Vide Iob. IX, 6.) et arab. vocis רָפַף. *Aqu*. Iob. XXVI, 11. διεκινήθησαν. 3 Maccab. V, 23. διακινεῖν notat *efferare*, *ad furorem excitare*. Sermo enim ibi est de Hermone elephantes διακινοῦντι mero et thure. *Bochartus Hier*. P. I. p. 255. διακινεῖν per *exercere* reddidit.

**ΔΙΑΚΛΑ'Ω*, *frango*, i. q. simplex κλάω. פָּרַשׂ, *frango*. Thren. IV, 4. ᾔτησαν ἄρτον, ὁ διακλῶν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς, flagitant panem, nec est, qui porrigat. In cod. *Alex*. legitur ὁ κλῶν, sine dubio ex emendatione librarii usitatius pro minus usitato ponentis. *Lucian*. *Demon*. pag. 550. D. *Hesych*. διακλῶν, θρύπτων. Eadem *Suidas*. Vide *Abresch*. in *Miscell*. *Obss*. V, 3. p. 88. ac *Etymol*. *M*. 516, 52.

**ΔΙΑΚΛΕΙ'Ω*, *intercludo*, *excludo*, *cingo*, *circumdo*. Legitur 3 Macc. V, 5. in *Alex*. et *Complut*. ubi alii libri συγκλείω habent, quae lectio praeferenda videtur. *Dionys*. *Hal*. VIII. c. 82. πάσας διακλείσας ὅπλοις τὰς ἐξόδους.

ΔΙΑΚΛΕ'ΠΤΟΜΑΙ, sc. ἐμαυτὸν, *suffuror me*, *furtim me subtraho*, *clam me subduco*. הִתְגַּנֵּב, Hithp. idem. 2 Sam. XIX, 3. διεκλέπτετο ὁ λαὸς, milites *furtim ingressi sunt*. – καθὼς διακλέπτεται ὁ λαὸς οἱ αἰσχυνόμενοι, uti solent, cum eos pudet fugae e proelio.

ΔΙΑΚΟΛΥΜΒΑ'Ω, *transnato*. 1 Maccab. IX, 48. διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν, *transnatarunt* in ulteriorem ripam.

ΔΙΑΚΟΜΙ'ΖΩ, *transfero*, *transveho*, *transporto*. הֶעֱבִיר, *transire facio*. Ios. IV, 3. 8. 3 Maccab. II, 7. Passivum

ΔΙΑΚΟΜΙ'ΖΟΜΑΙ, *transferor*, *transportor*, etiam *proficiscor*, *pervenio*, *venio*. 3 Esdr. II, 14. τὰ δὲ πάντα σκεύη

διεκομίσθη χρυσᾶ. 2 Macc. IV, 4. IX, 29. *εἰς Αἴγυπτον διεκομίσθη*, in Aegyptum *secessit*. Sic etiam 3 Maccab. II, 25. 3 Macc. I, 2. coll. v. 9. 1 Macc. I, 19. *διακομισθεὶς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα*, *proficiscens* Hierosolymam, ubi *Syrus* voce ܐܙܠ usus est. *Hesych.* διακομισθεὶς, διελθὼν (ita enim *Phavor.* et *Suidas*), βασταχθείς.

ΔΙΑΚΟΝΙ'Α, *ministerium*. 1 Maccab. XI, 58. Haec *Bielius*, sed perperam, in Thesauro suo posuit. Nam loco laudato haec verba in graecis reperiuntur: *ἀπέστειλεν αὐτῷ χρυσώματα καὶ διακονίαν*, ubi e serie orationis apparet *διακονίαν* significare *omnem apparatum regium*, *omnia vasa*, *quae sunt ad cultum et usum regium accommodata*, et quae etiam a Latinis *ministeria* dicebantur, ut ad h. l. *Grotius* monuit. *Vulgatus* vertens: *et misit illi vasa aurea in ministerium*, an verba ipsa per *Hendiadyn* explicaverit, aut aliam lectionem, nempe *χρυσώματα εἰς διακονίαν*, secutus fuerit, certo dici vix poterit. *Michaeli* ad h. l. videtur in textu hebraico fuisse שָׁרֵת, unde כְּלֵי הַשָּׁרֵת Num. IV, 12. 2 Par. XXIV, 14. *Athenaeus* lib. V. T. II. p. 542. *κρίβανοι καὶ ὀπτανεῖα καὶ μύλοι καὶ πλείους ἕτεραι διακονίαι*, ubi etiam *διακονίαι instrumenta* notant, *quorum ministerio cotidie utimur*.

ΔΙΑ'ΚΟΝΟΣ, *minister*. מְשָׁרֵת, part. Pih. idem. Esther. I, 10. *τοῖς ἑπτὰ εὐνούχοις τοῖς διακόνοις*, septem eunuchis *ministerio apud eum fungentibus*. Ib. II, 2. *οἱ διάκονοι τοῦ βασιλέως*, *aulici* s. *ministri* regis. Ib. VI, 3.

ΔΙΑΚΟΠΗ', *interruptio*, *diruptio*, *discissio*, *divisio*. כְּרִיתוּת, *rescissio coniugii*. *Symm.* Deut. XXIV, 1. - מִפְרָצִים, plur. *rupturae*. Iud. V, 17. *ἐπὶ τὰς διακοπὰς αὐτοῦ κατεσκήνωσε*; ubi *Bonfrerius* διακοπὴν per *portum* interpretatus est, ubi videlicet quodammodo maris pars intercipitur, et quasi a reliquo mari dirimitur. *Vulg. in portubus*. - פָּרַע, *effringo*. Iob. XXVIII, 4. - פֹּרֵץ, part. *effractor*. Mich. II, 13. *ἀνάβηθι διὰ τῆς διακοπῆς*. Legerunt עָלָה הַפֶּרֶץ. - פֶּרֶץ, *fractura*, *ruptura*. *Aqu.* Ies. XXVIII, 21. ubi vid. *Montf.* *Aqu. et LXX* 2 Sam. V, 20. *Aqu.* Ies. LVIII, 12. ubi vid. *Montf.* *Symm.* Ps. CXLIII, 12. ac Ez. XIII, 5. LXX Genes. XXXVIII, 29. Iud. XXI, 15. Ezech. XXII, 30. secundum libros nonnullos, ubi vid. *Hex.* - פֶּתַע, *derepente*. Prov. VI, 15. Scilicet פתע olim ap. Hebraeos substantivum fuit, quod proprie notavit *confractionem et contritionem*. Arab. فتع in Coni. V. est *contundi*, et فتع, *confregit caput calcando*. Ita et h. l. acceperunt LXX de *concisione et comminutione*, *quae fit ad rei interitum*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. *Hesych.* διακοπὴ, διαίρεσις, διαχωρισμός.

ΔΙΑΚΟΠΤΩ, *discindo*, *divido*, *intercido*, *effringo*, *irrumpo*. בָּצַע, *seco*, *abscindo*. Amos. IX, 1. – בָּקַע, *findo*, *disrumpo*. 2 Reg. III, 26. διακόψαι πρὸς τὸν βασιλέα, ut *irrumperent* in regem. – *הִשְׁבִּית, *cessare facio*. *Theod. et Ed. Vta* Ps. CXVIII, 119. Legerunt חִצַּבְתָּ. – חָצַב, *seco*, *disseco*. Ps. XXVIII, 7. – *נָכָה, *contundo*, *percutio*. 2 Sam. V, 20. sec. *Vat.* – נָקַב, *transfigo*. Hab. III, 13. – עָרִיץ, *violentus*, *praevalidus*. *Theod.* Prov. XI, 16. διακόπτοντες. Non male. Nam cum vox hebr. usurpetur de *atroci* et *violento grassatore*, quidni etiam de *eo*, *qui rapiendi causa ianuas effringit*? Fortasse tamen legendum est διακοπιῶντες, *graviter laborantes*, ut עָרִיצִים sit h. l. i. q. חָרוּצִים. – פָּרַץ, *frango*, *rumpo*. *Aqu. Syr. Hebr.* Gen. XXXVIII, 29. *Aqu.* Ex. XIX, 22. *Symm.* Ps. LIX, 3. LXX 2 Sam. V, 20. 2 Paral. XX, 37. ubi διακόπτειν notat *irritum reddere*. Mich. II, 13. διέκοψαν καὶ διῆλθον πύλην, *effregerunt* et transierunt portam. – *פֶּרֶץ, *discissio*. 2 Sam. V, 20. ὡς διακόπτεται ὕδατα. *Symm. Theodot.* Ies. XXVIII, 21.

ΔΙΑΚΟΣΙΟΙ, *ducenti*. מָאתַיִם, dual. idem. Gen. XI, 19. 21. XXXII, 14. Exod. XXX, 23. – *שְׁלֹשׁ מֵאוֹת, *trecenti*. Gen. V, 22.

ΔΙΑΚΟΣΜΕΩ, *exorno*, *decenter ordino*. חָלַק, *distribuo*. *Aqu. Symmach. et Theod.* Deut. IV, 19. διεκόσμησε: ad quem locum videndus *Scharfenb.* 2 Macc. III, 25.

ΔΙΑΚΟΣΜΗΣΙΣ, *exornatio*, *ornatus*, *ornata dispositio*. דַּלָּה, *vitta*, it. *cincinni*. *Al.* Cant. VII, 5. – צָבָא, *militia*, *exercitus*. *Symm.* Ps. XXXII, 6. ἡ διακόσμησις αὐτῶν, ornata dispositio illorum, sc. coelorum s. corporum coelestium. Ita *Diodorus Sic.* lib. I. p. 1. τὴν τῶν ὁρωμένων ἄστρων διακόσμησιν. 2 Maccab. II, 30. πρὸς διακόσμησιν, ad exornationem.

ΔΙΑΚΟΥΩ, *attente*, *plene audio*, *exaudio*. הֵשִׁית יָד, Hiph. *pono manum*. Iob. IX, 33. διακούων ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων, utramque partem *plene audiens*. – שָׁמַע, *audio*. Deut. I, 16. διακούσατε ἀνὰ μέσον τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, *plene audite* utramque partem fratrum vestrorum.

ΔΙΑΚΡΑΤΕΩ, *teneo*, *detineo*, *impedio*. Iudith. VI, 14. διεκράτησε τὴν ἀνάβασιν αὐτῶν, *impedivit* ascensum eorum. 3 Esdr. IV, 50. τὰς κώμας, ἃς διακρατοῦσι, vicos, quos *tenebant* aut *occupaverant*.

**ΔΙΑΚΡΙΒΕΙΑ*. חֹק, *statutum*, *decretum*. 1 Reg. XI, 33. sec. cod. *Alex.* Carent hac voce omnia Lexica graeca.

ΔΙΑΚΡΙΒΟΩ, *accurate tracto*. Sir. LI, 25. ἐν ποιήσει μου διηκριβωσάμην, in opere meo *accuratus fui*. 2 Maccab. II, 29. διακριβοῦν περὶ ἑκάστων, singula *accurate exponere*, *diligenter atque exquisite omnia persequi*. Vide ad l. c. *Baduellum* et *Grotium*. *Hesych.* διακριβοῦν, ἀκριβῶς σαφηνίζειν.

ΔΙΑΚΡΙ'ΝΩ, *diiudico*, *discerno*, *separo*, *probo*, *exploro;* et *ΔΙΑΚΡΙ'ΝΟΜΑΙ*, *litigo*, *discepto*. בָּחַן, *probo*. Iob. XII, 11. *οὖς μὲν γὰρ ῥήματα διακρίνει*, auris verba *explorare debet*. Ib. XXIII, 10. *διέκρινέ με ὥσπερ τὸ χρυσίον*, *probavit* me sicut aurum. - בָּחַר, *eligo*. Iob. IX, 4. XV, 5. In utroque loco בָּחַר cum בָּחַן permutasse, aut consequens pro antecedente per metonymiam posuisse videntur. - *בָּטָא, *temere effutio*. *Aqu.* Ps. CV, 33. *διέκρινεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ*. Fortasse scripsit *καὶ οὐ διέκρινεν κ. τ. λ.* Qui enim non diiudicat in labiis suis, is inconsideranter pronuntiat et temere effutit. Conf. tamen infra s. v. *διαστέλλω* et *διαστολή*. - בָּרַר, *declaro*. Cohel. III, 18. - הֵדִין, Hiph. a דּוּן, *iudico*, et semel in Niph. נָדוֹן. 2 Sam. XIX, 9. *ἦν διακρινόμενος*, *contendebat*, vel *litigabat*. Ita transtulit *Bielius*. Sed *διακρίνεσθαι* h. l. ex adiuncto notat *murmurare*, *indignationem suam verbis declarare*, quod facere fere solent disceptantes et litigantes. *Inc.* Int. h. l. habet *γογγύζων*. Psalm. XLIX, 5. Prov. XXXI, 9. Zach. III, 7. - מָדוֹן, *contentio*. Ier. XV, 10. - מִשְׁפָּט, *iudicium* Ez. XLIV, 24. - פָּרַשׁ, *expono*. Levit. XXIV, 12. - פָּתַר, *interpretor*. *Symmach.* Genes. XL, 8. *διακρίνων*, *discernens*, h. e. *interpretans*. - רַב, *multum*, *satis*. Deut. XXXIII, 7. *χεῖρες αὐτοῦ διακρινοῦσιν αὐτό*: ubi tamen pro *διακρινοῦσιν* *Bielio* (praeeunte *L. Bos.* in Prol. cap. 3.) legendum videtur *διαρκοῦσιν*. Fortasse tamen רָבוּ deduxerunt a רִיב, *lis*, *contentio*, hoc sensu: manus eius litigarunt, contenderunt, h. e. pugnarunt. - רִיב. *Aqu. Theod.* Ier. XV, 10. *διακρινόμενος*, *disceptans*. *Hesych.* *διακρινομένων*, *μαχομένων*. - *שִׂים יָד, *pono manum*. Iob. IX, 33. sec. cod. *Alex.* *διακρίνων ἀναμέσον ἀμφοτέρων*. Ita formulam loquendi hebr. seriei orationis admodum convenienter transferendam putarunt. - שָׁפַט, *iudico*. Ez. XVII, 20. *διακριθήσομαι ἐκεῖ μετ' αὐτοῦ τὴν ἀδικίαν*, *litigabo* ibi cum illo propter iniustitiam. Ib. XX, 35. *διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐκεῖ*, *litigabo* vobiscum ibi. Vide et Ioel. III, 2. Sic etiam *Aqu.* 1 Sam. XII, 7. *ἵνα διακριθῶ πρὸς ὑμᾶς*, ut *iudicio contendam* vobiscum. Conf. Act. XI, 2. Ezech. XXXIV, 17. *διακρινῶ ἀναμέσον προβάτου καὶ προβάτου*, *iudicabo* inter ovem et ovem. Confer v. 20. et 1 Cor. VI, 5. - שֹׁפֵט, part. *iudex*. 1 Paral. XXVI, 29. Sap. IX, 12. *διακρινῶ τὸν λαὸν δικαίως*, *iudicabo* populum iuste. *Vulg. disponam*, h. e. *moderabor*, *gubernabo*. 4 Macc. I, 14.

ΔΙΑ'ΚΡΙΣΙΣ, *discretio*, *separatio*, *discrimen*, it. *interpretatio*. מִפְלָשִׂים, plural. *librumenta*, *pondera*. Iob. XXXVII, 16. *διάκρισιν νεφῶν*, *separationem* s. *discrimen* nubium. *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* *διάκρισιν*, *διαχωρισμόν*. - פִּתְרוֹן, *interpretatio*. *Symm.* Gen. XL, 8. *Glossae:* *διάκρισις*, *discriminatio*, *examinatio*. *Phav.* *διάκρισις*, *διαίρεσις*, *φθορά*, *διάλυσις*. *Apollon. Rhod. Argon.* IV, 1169.

**ΔΙΑΚΡΥΠΤΩ*, i. q. simplex *κρύπτω*, *abscondo*, *tego*, *celo*. כָּחַד, idem. 1 Sam. III, 17. *διακρύψῃς* sec. cod. *Alex.* ubi tamen suspicor lectionem *διαρύψῃς* ortam esse ex *δὴ κρύψῃς*, quod reliqui libri habent.

ΔΙΑΚΥΒΕΡΝΑΩ, *guberno*. Sap. XIV, 3. *ἥδε σὴ, πάτερ, διακυβερνᾷ πρόνοια*, tua, o pater, providentia omnia *reguntur*. 3 Maccab. VI, 2. (ubi etiam de Deo sermo est) *τὴν πᾶσαν διακυβερνῶν κτίσιν*. Adde *Platon. de Legg.* IV. pag. 709. B.

ΔΙΑΚΥΠΤΩ, *perspicio*, vel *prospicio per aliquid*, *transpicio*. נִשְׁקַף: הִשְׁקִיף, Niph. et Hiph. *specto*, *prospecto*. Iud. V, 28. *διέκυπτεν*, quod latinus interpres nullo sensu reddidit *nutavit*, quum ea vox potius significet *per clathros et rimas respiciebat*. Vide ad h. l. *Bonfrerium*. 2 Sam. VI, 16. XXIV, 20. *Theod.* et LXX 1 Reg. VI, 4. ubi tamen ed. *Rom.* *παρακυπτομένας* habet. – צִיץ, *floreo*. Ps. XCI, 5. *διέκυψαν*: ad quem locum sine dubio respiciens *Suidas* *διέκυψαν* interpretatur *χόρτῳ παραπλησίως ἀπὸ τῆς γῆς διακύψαντες ἤνθησαν*. *Vulgatus*: *et apparuerint*. – *שְׂחִיף, *tectorium*. Ez. XLI, 16. *ὥστε διακύπτειν*. Sine dubio hic legerunt הַשְׁקִיף.

ΔΙΑΚΩΛΥΩ, *prohibeo*. Iudith. XII, 6. *μὴ διακωλύειν αὐτήν*.

ΔΙΑΛΑΚΤΙΖΩ, *calce percutio*. מִתְרַפֵּס, part. Hithp. a רָפַס, *conculcari se faciens*, i. e. *se substernens* et *subiiciens*. *Symm.* Ps. LXVII, 31. Vid. *Schroeder Institutt. ad fundamenta l. hebr.* p. 35. Adde *Eurip. Cyclop.* 174. *Theocrit. Id.* XXIV, 25.

ΔΙΑΛΑΛΕΩ, *eloquor*, *divulgo*, *colloquor*, *enarro*. רִנֵּן, *canto*. *Symm.* Ps. L, 16. *διαλαλήσει*, *enarrabit*, *enuntiabit*. – *הִתְרוֹנֵן. *Symm.* Ps. LXXVII, 66. ubi *διαλαλεῖν* est *balbutire*, *delirare in loquendo*. Sermo enim ibi est de *ebrio*. – שִׂיחַ. *Symm.* Ps. LXXVI, 3. ubi legitur formula *διαλαλεῖν ἐν ἑαυτῷ*. Sic quoque *διαλαλεῖν* simpliciter apud eundem Ps. CXLII, 5. Substantivum *διαλάλησις* legitur apud *Schol. Soph. Electr.* v. 1114.

ΔΙΑΛΑΜΒΑΝΩ, *comprehendo*, *percipio*, *existimo*, *reor*. Iudith. VIII, 13. *λόγους τῆς διανοίας αὐτοῦ οὐ διαλήψεσθε*, verba mentis eius non *percipietis*. 2 Maccab. V, 11. *διέλαβεν ἀποστατεῖν τὴν Ἰουδαίαν*, *existimavit* deficere Iudaeam. 2 Maccab. VI, 29. *διελάμβανον ἀπόνοιαν εἶναι*, *existimabant* amentiam esse.

**ΔΙΑΛΑΝΘΑΝΩ*, *lateo*, *fallo*, *clam effugio*. In posteriore hac notione legitur 2 Sam. IV, 6. sec. *Vat.* pro hebr. נִמְלָט, *eripio me*, *liberor*. Praeterea legitur pro מָעַל, *praevaricor*, *tecte fraudulenter ago*. Num. IV, 27. sec. cod. 59. *Holm.* *διαλάθῃ*. Vide infra s. *λανθάνω*.

ΔΙΑΛΕ'ΓΟΜΑΙ, *colloquor*, *dissero*, *discepto*. אָמַר, *dico*, *loquor*. *Symm.* Ps. IV, 5. - דִּבֵּר, Pihel, *dico*, *loquor*. Ex. VI, 27. Ies. LXIII, 1. - הִתְרִיב, Hithp. a רִיב, *litigo*. *Al.* Iud. VIII, 1. διελέξαντο. - הֵשִׂיחַ Hiph. *Symm.* Iob. VII, 11. διαλεχθήσομαι τῷ παραπικρασμῷ τῆς ψυχῆς μου, colloquar cum amaritudine animae meae, h. e. loquar in animi mei dolore. - נוֹכַח, Niph. a יָכַח, *discepto*. Ies. I, 18. δεῦτε διαλεχθῶμεν, venite *disceptemus*. Legitur quoque pro הוֹכִיחַ apud *Inc.* Iob. XXII, 4. Sirac. XIV, 21. διαλεχθήσεται vel est *disseret*, vel *laudibus celebrabitur*, ut διαλέγεσθαι sit i. q. διαλαλεῖσθαι.

**ΔΙΑΛΕ'ΓΟΜΑΙ 'ΑΝΤΙΛΕ'ΓΩΝ*, *dissero contradicens*, h. e. *obloquor*, *murmuro*. הִשְׁתּוֹנֵן. *Symm.* Ps. LXX, 21. διελεγόμην ἀντιλέγων, ubi in textu hebr. est *aculeis pungebantur renes mei*, h. e. valde dolebam et indignabundus eram: sensu fere eodem.

ΔΙΑΛΕΙ'ΠΩ, *deficio*, *desino*, *intermitto*, *interpono*, *cesso*. דָּמָה, *quiesco*. Ier. XIV, 17. - הֹחִיל, Hiph. a חול, *exspecto*. 1 Sam. X, 8. ἑπτὰ ἡμέρας διαλείψεις, septem dies *interpones*, vel *exspectabis*. Vide infra s. v. יָחַל. Eodem sensu *Diodor. Sic.* l. I. pag. 73. ubi de Aegyptiis refert, quod clysteriis aliisque purgamentis corpora medicentur, scribit: ἐνίοτε μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐνίοτε δὲ τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας διαλείποντες. - הֵמִישׁ, Hiph. a מוּשׁ, *recedo*. Ier. XVII, 8. οὐ διαλείψει ποιῶν καρπὸν, non intermisit ferre fructum. Conf. Luc. VII, 45. - *הִפְרִיד, *separo*. *Aqu.* Prov. XVIII, 18. ubi διαλείπειν aeque ac διαστέλλειν apud *Symm.* ac *Theod.* est: *litem dirimere ac componere*. - חָדַל, *desisto*. *Inc.* et *LXX* sec. *Compl.* 1 Sam. XII, 23. LXX 1 Reg. XV, 21. διέλιπε τοῦ οἰκοδομεῖν, *desiit* aedificare. Ier. XLIV, 18. - *חִיל, *doleo*. *Theod.* Hos. VIII, 10. Habere חול hanc notionem, multis docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 521. - חָסֵר, *deficio*. *Symm.* Cohel. IX, 8. - חֹק, *modus*, *ratio*, *statutum*. Ies. V, 14. τοῦ μὴ διαλιπεῖν, ita ut non desineret, scil. aperire os suum. In textu hebr. legitur לִבְלִי־חֹק, h. e. *in immensum*. Sensum idem est. - יִחֵל, Pih. *exspecto*. 1 Sam. XIII, 8. διέλιπεν ἑπτὰ ἡμέρας, *exspectabat* septem dies. - *כֻּלֹּה, *omnis ipse*. Ierem. VIII, 6. Legerunt כָּלָה, *consumtus est*, *defecit*. - *כַּלֵּה, *finio*. *Aqu.* Ex. XXXI, 18. - מָנַע, *cohibeo*. Ier. XXXI, 16. διαλειπέτω ἡ φωνή σου ἀπὸ κλαυθμοῦ, *desistat* vox tua a planctu. - נִשְׁלָה, Niph. *erro*. 2 Par. XXIX, 11. - שָׁבַת, *quiesco*, *cesso*. *Aqu.* Gen. II, 2. sec. *Coisl.* Ex. XXXI, 18. - שׁוּב, *revertor*. Ier. VIII, 6. διέλιπεν ὁ τρέχων ἀπὸ τοῦ δρόμου αὐτοῦ, *destitit* currens a cursu suo.

ΟΥ' ΔΙΑΛΕΙ'ΠΩ, *non desino*. נִלְאָה, *defatigor*. Ier. IX, 5. οὐ διέλειπον τοῦ ἐπιστρέψαι, non intermiserunt retro-

gradi. Scil. נִלְאָה h. l. *laborare*, *strenue operam dare* notat Sensum itaque non male expresserunt.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΣ, *dialectus*. *לָשׁוֹן, *lingua*. Dan. I, 4. sec. *Chis.* ubi *Theodot.* γλῶσσα habet. – נִלְעַג לָשׁוֹן, *balbutiens*. *Symmach.* Ies. XXXIII, 19. Sec. *Cappellum* legerunt בְּלַעַן. *Buxtorfio* autem in *Anticritica* pag. 704. *Symmachus* potius ad לַעַג vel עִלֵּג respexisse videtur, quam, quam ad לַעַן. Nam לַעַג est *balbutire*, *blaesum esse*, *balbutiente lingua loqui*, et pro *balbutire* dixerunt διάλεκτον, *rationem pronuntiandi*. Neque לַעַן proprie significat *dialectum linguae*, sed *linguam barbaram et peregrinam*.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ, *dissertatio*, *sermocinatio*, *colloquium*. *מִדְבָּר, *eloquium*. *Symm.* Cant. IV, 3. διάλεξίς σου, *vox tua*. – שִׂיחַ, *sermo*, *colloquium*. *Symm.* Ps. CIII, 35. *Hesych.* διάλεξις, ὁμιλία.

ΔΙΑΛΕΥΚΟΣ, *subalbus*, vel secundum *Bochartum in medio albus*, *albo distinctus*, i. q. μεσόλευκος. טָלוּא, *maculosus*. Gen. XXX, 32. 33. 35. – עָקֹד, idem. Gen. XXX, 40. 41. XXXI, 10. 12. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. pag. p. 479. *Philonis* interpretationem huius vocis, sed procul dubio erroneam, vide in libro eius *de Somn.* p. 595.

ΔΙΑΛΗΨΙΣ, *opinio*, *suspicio*, *cogitatio*, *propositum*, *inceptum*. 2 Macc. III, 32. μήποτε διάληψιν σχῇ, ne forte suspicionem haberet.

ΔΙΑΛΙΜΠΑΝΩ, *intermitto*, *desino*. Iob. X, 5. νύκτας ὅλας οὐ διελίμπανε θρηνοῦσα τωβίαν, noctes omnes non cessabat deflere Tobiam.

ΔΙΑΛΛΑΓΗ, *reconciliatio*. רָצוֹן, *beneplacitum*. *Symm.* Ps. LXVIII, 16. (14. sec. *Eusebium* in *Comment.* ad h. l. pag. 376. ac *Theodor.* p. 1079.) Conf. *Opuscula Critica* p. 227. sq. *Aqu.* Ps. XXIX, 8.

ΔΙΑΛΛΑΤΤΩ, *permuto*, *reconcilio*. הֵסִיר, Hiph. a סוּר, *averto*. Iob. XII, 20. 21. διαλλάσσων καρδίας ἀρχόντων, mutans corda principum. – הֵפִיר, Hiph. a פּוּר, *irritum facio*. Iob. V, 12. διαλλάσσοντα βουλὰς πανούργων, *irrita facientem* consilia astutorum. Ita transtulit haec verba *Bielius*. Sed admodum suspecta mihi est vox διαλλάσσοντα. Sive enim διαλλάσσειν in *permutandi* sive in *reconciliandi* notione accipias, tamen notio *irrita reddere consilia*, quam h. l. contexta oratio postulat, nullo modo formulis *permutare* aut *reconciliare consilia* exprimi poterat. Suspicor igitur, mendum h. l. subesse, ac reponendum esse διαλύοντα, quae vox praeter h. l. etiam Cohel. XII, 5. apud *Symmach.* respondet hebr. הֵפִיר. – הֵשִׁיב, Hiph. a שׁוּב, *redire facio*. Iudic. XIX, 3. τοῦ διαλλάξαι αὐτὴν αὐτῷ, ubi auctor versionis διαλλάξαι in mente habuit formulam שָׁב אַף, *resedit ira*, quando placatur (v. c. Gen. XXVII, 45. Ex. XXXII, 12.), aut vocem hanc de suo addidit,

quia reditus in domum erat effectus reconciliationis. – הִתְרַצָּה, Hithp. *benevolentiam concilio.* 1 Sam. XXIX, 4. *ἐν τίνι διαλλαγήσεται τῷ κυρίῳ αὐτοῦ;* quanam re *reconciliabitur* domino suo? Confer 3 Esdr. IV, 31. et *Lex. N. T.* s. h. v. *Suidas: διαλλαγῆναι τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι.* – קְדֵשָׁה, *meretrix. Aqu.* Gen. XXXVIII, 21. *διηλλαγμένη.* Scortum ita dictum est, *quod habitus eius a caeteris foeminis mutatus est*, ut *Hieronymus* interpretatur, aut quia scorta vestes mutare solebant, ubi ad prostibula vel locum condictum ibant. Cf. *Drusium* in *Fragm.* p. 52. Adde *Aqu.* Hos. IV, 14. et confer infra s. *ἐναλλάσσω* et *ἐνδιαλλάσσω*. Praeterea legitur apud LXX Iob. XXXVI, 28. *οὐδὲ διαλλάσσεταί σου ἡ καρδία ἀπὸ σώματος, nec separatur anima tua a corpore,* qua formula (cui nihil respondet in textu hebraico), ut antecedentia docent, *ἔκστασις, stupor animi* s. *summa admiratio*, describitur: ubi, si lectio sana est, *διαλλάσσειν* seq. praep. *ἀπὸ separare* notat. Fortasse tamen LXX scripserant *διαλύεται.* Sap. XV, 4. *εἶδος σπιλωθὲν χρώμασι διηλλαγμένοις, species tincta coloribus commutatis*, h. e. *variis, distinctis.* Ib. XIX, 17. 2 Macc. VI, 27. *ἀνδρείως μὲν νῦν διαλλάξας τὸν βίον; commutans vitam*, sc. *cum morte*, h. e. *moriens.*

ΔΙΑ'ΛΛΟΜΑΙ, salio, transilio. קִפֵּץ, Pih. *subsilio.* Cant. II, 8. *διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνοὺς*, transiliens super colles.

ΔΙΑΛΟΓΗ', dissertatio, colloquium, eloquium. שִׂיחַ, *meditatio.* Ps. CIII, 34. *ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου*, placeat ei meus *sermo.* Eandem vocem ibidem etiam *Symmacho* tribuit in *Hexaplis Montfauconius*, quem tamen voce *διάλεξις* usum esse ex *Theodoreti* pag. 134. et *Heracleotae* (in *Catena PP. GG.* Tom. III. p. 65) commentariis luculenter apparet. Significat autem h. l. שִׂיחַ *carmen in laudem Dei compositum, hymnum. Suidas* (ad Ps. l. l. ubi *Symm. διάλεξις, Aqu. ὁμιλία*): *διαλογὴ, διάλεξις, ὁμιλία.*

ΔΙΑΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, cogito, ratiocinor, delibero. *הִשְׁבִּית, *cessare facio. Aqu.* Ps. CXVIII, 119. Legit חָשְׁבָה. Confer s. v. *λογίζομαι.* – זָמַם, *cogitatio scelerata.* Ps. CXXXIX, 9. *διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ, deliberant* adversus me. Legerunt זָמְמוּ. – חָשַׁב, *cogito.* 2 Sam. XIX, 19. ubi tamen lectio *μὴ διαλογισάσθω*, quam Cod. *Alex.* habet, ex *μὴ δὴ λογισάσθω*, quod legitur in *Vatic.*, orta esse videtur. Ps. XX, 12. *διελογίσαντο βουλὰς*, consilia *inierunt.* Ps. XXXV, 4. *ἀνομίαν διελογίσατο*, iniquitatem *meditabatur.* Ps. LXXVI, 5. *διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας, recordabar* dies antiquos. Praeterea quoque legitur Prov. XVII, 12. ubi in textu hebraico nihil habere videtur, quod ei respondeat, nisi fortasse τὸ אַל, *non*, pro quo אֵל legerint. Conf. *Iaegerum* ad h. l. 1 Macc. XI, 8. *διελογίζετο περὶ Ἀλεξάνδρου λογισμοὺς πονηροὺς*, consilia mala *agitabant*

adversus Alexandrum. 2 Macc. XII, 43. ὑπὲρ ἀναστάσεως διαλογιζόμενος, de resurrectione *cogitans*. Sic *Aelian. V. H.* XIV, 43. ὑπὲρ ἀνθρώπου ψυχῆς διαλογίζεσθαι.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ, *cogitatio*, *ratiocinatio*, *deliberatio*. חִקְקִים, plur. *statuta*. *Aqu.* Iud. V, 15. διαλογισμοί. *Montf.* suspicatur, hoc non esse *Aquilae*, sed potius ἀκριβασμοί, quod LXX h. l. habent, ad *Aquilam* pertinere, qui sic perpetuo vertat vocem חָקַק. – מְזִמָּה, *cogitatio scelesta* s. *prava*. *Theodot.* et LXX Ps. CXXXVIII, 20. – מַחֲשָׁבָה. Ps. XXXIX, 7. LV, 6. Prov. XX, 21. Ies. LIX, 7. – עֶשְׁתֹּנוֹת, plur. *cogitationes magnificae*. Ps. CXLV, 5. – רֵעַ, *amicus*, it. *cogitatio*, e Chaldaismo. רָעָה, *cogitavit*, *voluit*. Ps. CXXXVIII, 2. – רַעְיוֹן chald. Dan. II, 29. 30. IV, 6. V, 6. 10. VII, 28. – *רֵאשׁ, *caput*. Dan. VII, 15. sec. *Chis.* ubi sensum expresserunt. Nam visiones capitis sunt ibi, quas aliquis mente percipit visiones. Sir. IX, 20. μετὰ συνετῶν ἔστω ὁ διαλογισμός σου, cum prudentibus sit deliberatio tua. Ibid. XXVII, 6. πειρασμὸς ἀνθρώπου ἐν διαλογισμῷ αὐτοῦ, vera indoles animi ex *sermonibus* eius cognosci potest. Hinc διαλογισμὸς etiam *disceptationem* notat. Conf. *Spicilegium* meum I. p. 30.

ΔΙΑΛΟΙΔΟΡΗΣΙΣ, *maledictio*, *convicium*, *conviciatio*. Sir. XXVII, 15. διαλοιδόρησις αὐτῶν ἀκοὴ μοχθηρά, conviciatio eorum auditu est gravis et molesta.

ΔΙΑΛΥΣΙΣ, *dissolutio*, *corruptio*. חֲבֹל, infin. *corrumpendo*. Nehem. I, 7. – מִפְרָצִים, plur. *rupturae*. *Inc.* Iud. V, 17. διαλύσεις. *Hesychius*: διάλυσις, διάκρισις, φθορά, διαχωρισμός.

ΔΙΑΛΥΩ, *dissolvo*, *corrumpo*. אָבָה, *volo*. Prov. VI, 35. οὐδὲ μὴ διαλυθῇ πολλῶν δώρων, pro ἀντὶ πολλῶν δώρων, neque multis etiam donis *in gratiam cum illa redibit*. Notat hic διαλύειν *reconciliare certantes* s. *litigantes*, quo sensu saepius legitur apud scriptores exteros, v. c. *Xenoph.* de rep. *Laced.* IV, 6. *Plutarchus* περὶ φιλαδελφίας p. 488. Πυθαγορικοὶ γένει μηδὲν προσήκοντες, ἀλλὰ κοινοῦ λόγου μετέχοντες, εἴποτε προαχθεῖεν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβάλλοντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι διελύοντο. *Diod. Sic.* lib. I. p. 272. ὕστερον δὲ διαλυθέντων αὐτῶν. Vide et *Aelianum V. H.* XII, 3. – הֵמַסָּה, Hiph. *liquefacio*, *dissolvo*. *Symm.* Ps. XXXVIII, 12. διαλύεις, *dissolvis*. – הֵפִיר, Hiph. a פּוּר, *frango*, *irritum facio*. *Symm.* Cohel. XII, 5. et Iob. XII, 5. – *הִשָּׁבֵר, *confringi*, *conteri*. *Inc.* Ion. I, 4. διαλυθῆναι. Bene. Sermo enim ibi est de navi in mari procelloso fluctuante ac periclitante. – *הִשְׂתָּרֵעַ, Hithp. *me extendo*. *Theod.* Ies. XXVIII, 20. מֵהִשְׂתָּרֵעַ, *quam ut se extendere possit*, τοῦ διαλυθῆναι, ubi partim ante τοῦ διαλυθῆναι inserendum est μή, partim διαλύεσθαι habet h. l. hanc notionem, ut de eo dicatur, *qui membra sua extendit in lecto*, in quo

est quaedam dissolutio. - הַתִּיר, Hiph. a נָתַר, *exilire facio.* Ies. LVIII, 6. *διάλυε στραγγαλιάς*, solve vincula. - *הִתְנַעֲרִי, *excutio me. Theod.* Ies. LII, 2. - חָבַל, *corrumpo. Aqu.* Coh. V, 5. LXX Nehem. I, 7. *διαλύσει διελύσαμεν* (subaudiendum videtur *ἡμᾶς*) *πρός σε*, corruptione corrupimus (nos) adversus te, h. e. *perdite nos gessimus.* - חוֹלֵל, Pih. a חָלַל, *confodio. Theod.* Ies. LI, 9. מְחוֹלֶלֶת, *διαλύσασα δράκοντα.* Scilicet arab. حلّ *solvere* notat. - *חוֹלֵל, Pih. a חוּל, *parturio. Symm.* Prov. XXV, 23. ubi *διαλύειν* significare mihi videtur *fluere facere, effundere*, quemadmodum nos dicere solemus de vento aut nebula: *Er löset sich in Regen auf.* Tunc non opus erit confugere ad varietatem lectionis. *Vulgatus* habet: *dissipat* pluvias. Fortasse tamen respexit notionem arabicam vocis חָלַל, حَلَّ, *solvit.* - *מָאַס pro מָסַס, *defluo, imminuor. Symm.* Ps. LVII, 9. coll. Iob. VII, 5. - נָמַס, Niph. a מָסַס. *Al.* Iud. XV, 14. - פּוּק, *titubo, vacillo. Symm.* Ies. XXVIII, 7. ubi formula hebr. *impingere in iudicio* expressa est per *διαλύειν κρίσιν*, *dissolvere iudicium*, quae formulae quoad sensum parum differunt. Pro *διέλυσαν* legendum h. l. esse *ὑπέλυσαν*, coll. Nah. II, 10., iudicavit *Semlerus* ad h. l. - פּוֹרֵעַ, part. *abstrahens, reiiciens. Symmach.* Prov. XIII, 18. Non legisse videtur פּוֹרֵק, ut nonnulli statuerunt. Nam פָּרַע habet eandem notionem ex usu l. arab., ut docuit *Simonis* in *Lex. hebr.* s. h. v. Fortasse autem loco *διαλύει* apud *Symmachum* legendum est *διαλύοντι*, h. e. *ἀνηκόῳ τῇ παιδείᾳ.* - פָּרַק, *perfringo, dissolvo.* 1 Reg. XIX, 11. *πνεῦμα διαλῦον ὄρη.* - לֹא שָׁכַב, *non cubo.* Iob. XXX, 17. - שְׁרָא chald. Dan. V, 6. In notione *finiendi* legitur 3 Maccab. I, 3. *διαλῦσαι πόλεμον. Aelian. V. H.* III, 19. *διαλυθείσης συνουσίας*, *finito* colloquio. *Polyb.* V, 103. *διαλύσασθαι τὸν πόλεμον.*

**ΔΙΑΛΥΤΟΣ*, *dissolutus.* Ex. XXXVI. lin. 82. *Breit.* ubi alii *ἀδιάλυτον* habent.

ΔΙΑΜΑΡΤΑΝΩ, *aberro, non collineo, scopum non ferio, pecco.* הַחֲטִיא, Hiph. *aberrare facio.* Iud. XX, 16. ubi aeque ac *ἐξαμαρτάνω*, cum quo h. l. permutatur in codd., *aberrare a scopo* notat. Adde *Aqu.* Iob. V, 14. sec. unum cod. *Reg. καὶ οὐ διαμαρτήσῃ.* - שָׁגָה, *erro, aberro a via.* Num. XV, 22. ubi *διαμαρτάνειν violare praecepta divina* notat. *Hesych. διαμαρτάνει, διατυγχάνει.*

ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΕΌΜΑΙ, *obtestor*, it. *acriter iniungo.* הוֹדִיעַ, Hiph. a יָדַע, *scire facio.* 1 Sam. XXI, 2. *τοῖς παιδαρίοις διαμεμαρτύρημαι ἐν τῷ τόπῳ*, pueris *iniunxi*, ut venirent ad locum.

ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΙ΄Α, testificatio. הָעֵד, infin. Hiph. a עוּד. *testari* seu *attestari facio, testes adhibeo.* Genes. XLIII, 3. *διαμαρτυρίᾳ μεμαρτύρηται ἡμῖν.* - *עֵדוּת, *testimonium. Symm.* Psalm. LXXVII, 5. ubi LXX *μαρτύριον* posuerunt. 4 Macc. XVI, 16.

ΔΙΑΜΑΡΤΥ΄ΡΟΜΑΙ, testor, attestor, testificor, annuncio, doceo. הוֹדִיעַ, Hiph. a יָדַע, *scire facio.* 1 Sam. XXI, 4. ubi nonnullis legisse videntur יוֹעַדְתִּי, derivantes ab עוּד. Ezech. XVI, 2. *διαμαρτύρου τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας, ostende* Hierosolymae sua scelera, nempe epistola ad eam missa. Ibid. XX, 4. - הִזְהִיר, Hiph. *moneo.* Ex. XVIII, 20. *διαμαρτύρῃ αὐτοῖς τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, docebis* illos praecepta Dei. - הֵעִיד, Hiph. a עוּד. *testari facio, testes adhibeo.* Deut. IV, 26. *διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν,* contra vos hodie coelum et terram *testor*, seu: tanquam testes provoco et adhibeo. Ibid. XXXII, 46. *λόγους, οὓς ἐγὼ διαμαρτύρομαι ὑμῖν,* praecepta, quae vos *docui.* Neh. IX, 26. *οἳ διεμαρτύροντο ἐν αὐτοῖς ἐπιστρέψαι,* qui *obtestabantur* illos, ut se converterent. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v. Ps. XLIX, 8. et LXXX, 7. quae loca respiciens *Suidas* habet: *διαμαρτύρωμαί σοι, ἀντὶ τοῦ βεβαιώσω σε. μέλλοντα σημαίνει. ἐπὶ δὲ ἐνεστῶτος διὰ τοῦ ο μικροῦ. ὡς ἐν τῷ· ἄκουσον λαός μου καὶ λαλήσω σοι Ἰσραὴλ καὶ διαμαρτύρομαί σοι.* - *עֵד, *testis. Symm.* Ps. LXXXVIII, 38. *ὁ διαμαρτυρόμενος,* i. q. *μάρτυς.*

ΔΙΑΜΑΣΆΟΜΑΙ et *Διαμασσάομαι, manduco, devoro.* Sir. XXXI, 18. *μὴ διαμασῶ,* ne *esto avidus cibi,* aut *immodice edas.*

ΔΙΑΜΑΧΙ΄ΖΟΜΑΙ, decerto, depugno. חָרָה, *ira exardeo. Symm.* Cant. I, 6. *διεμαχίσαντο.* Sir. LI, 25. *διαμεμάχισται ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῇ, decertavit* anima mea in illa: ubi tamen libri alii rectius, ut opinor, *διαμεμάχηται* habent.

ΔΙΑΜΆΧΟΜΑΙ, decerto, depugno. *הִלָּחֵם, *pugno, bellum gero.* Dan. X, 20. sec. *Chis.* - הָרִיב, *litigo. Aqu. Symm.* Ex. XXI, 18. *διαμάχονται, decertant.* - הִתְחָרָה, Hithp. *accendo me, exardesco. Aqu.* Ps. XXXVI, 1. *Aqu. Theod.* Prov. XXIV, 17. *Vulgat. ne contendas cum impiis.* - *נִחַר, Pih. a נָחַר, aut Niph. a חָרָה, *ira accendor. Symm.* Cant. I, 6. *διεμαχέσαντό με.* - נִצָּה, Niph. *alter cum altero contendit,* seu *rixatus est. Aqu. Symm.* Ex. II, 13. LXX 2 Sam. XIV, 6. ubi cum *μάχεσθαι* in codd. permutatur, atque incertum est, an *διαμάχεσθαι* de *rixa,* aut *certamine singulari* explicandum sit. Sir. VIII, 1. *μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυναστοῦ,* ne *litiges* cum homine potente. Ibid. XXXVIII, 34. *ἐν θέρμῃ καμίνου διαμαχήσεται,* cum calore fornacis *decertabit.*

ΔΙΑΜΕΛΕΤΆΩ, meditor, mecum reputo. הָגָה, idem. *Symm.* Ps. LXXVI, 13. *διεμελέτων, meditabar. Plato Legg.* VIII. p. 850. B.

**ΔΙΑΜΕΛΙ'ΖΩ*, *membratim concido, contrunco. Διαμελίζομαι, membratim concidor, in frusta dissecor.* הַדָּמִין הִתְעֲבֵד, *in frusta fio.* Dan. III, 29. (sec. graec. 96.) sec. *Chis.* Vide iusta s. v. *παραδειγματίζω. Ioseph. Ant. Iud.* III, 9. 1. p. 169. ult. *Diod. Sic* p. 139, 2.

ΔΙΑΜΕ'ΝΩ, *permaneo, stabilis sum.* *הָיָה, *sum. Symm.* 1 Reg. XI, 36. *Vulg.* h. l. *Symmachum* secutus transtulit: *ut remaneat. Symm.* Cohel. III, 14. *Vulg. ut perseverent.* Bene quoad sensum. - יִנּוֹן fut. Niph. a נִין, *sobolescet.* Ps. LXXI, 17. *πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Sine dubio legerunt cum *Chaldaeo* יִכּוֹן, quod quoque reperitur in loco parallelo Ps. LXXXIX, 38. et quam lectionem *Michaelis* quoque textuali praeferendam iudicavit. In dubium vero hanc varietatem lectionis vocavit *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 612. monens, נוּן et נִין etiam *perdurare* posse significare, quia per sobolis procreationem genus humanum perdurat. - יָשַׁב, *sedeo.* Ps. LX, 7. *Symm.* Ps. CXXXIX, 14. - *לָעַד, *in perpetuum. Inc.* Ps. CXLVIII, 6. *διαμένειν*, ubi vel sensum expressit, vel legit לַעֲמֹד. - נֶאֱמַן Niph. *confirmor. Symm.* Ies. VII, 9. *οὐ διαμενεῖτε*, h. e. *salvi et incolumes non permanebitis, s. nulla vobis liberatio ex hac calamitate continget.* Vox hebr. significat interdum *felicem esse et manere.* Conf. 2 Paral. XX, 20. - נָצַר, *custodio.* Ier. III, 5. - *נָכוֹן, *stabile. Symm.* Iob. XXI, 6. *διαμένει.* - נִצָּב: הִתְיַצֵּב, Niph. et Hithp. a יָצַב, *consisto. Aqu. Symm. Theod.* LXX Ps. V, 5. *οὐ διαμενοῦσι. Vulg. neque permanebunt.* Ps. CXVIII, 89. - עָמַד, *sto, maneo*, etiam *permaneo, perduro.* Ps. XVIII, 10. CI, 27. CXVIII, 90. Ier. XXXII, 14. - *קָוָה, *exspecto. Inc.* Ps. CXXIX, 5. ubi *διαμένειν* est i. q. *ὑπομένειν.* Vide ibi *Hexapla.* Sir. XII, 19. *διαμενεῖ, permanebit tecum*, sc. tempore prosperitatis. Ibid. XXII, 25. *διάμενε αὐτῷ, ne te ei subducas.* Ib. XL, 19. *ἐλεημοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα διαμενεῖ*, eleemosyna in aeternum *fructus dabit*, seu: aeterna praemia habebit.

ΔΙΑΜΕΡΙ'ΖΩ, *divido, distribuo, partior.* הַנְחִיל Hiph. *possidere facio.* Deut. XXXII, 8. - חָלַק, *divido, partior.* Gen. XLIX, 7. Iud. V, 30. Ps. XXI, 19. - חֵלֶק, *pars, portio.* Psalm. XVI, 15. *διαμέρισον αὐτούς.* Legerunt verbaliter חַלְּקֵם, aut חַלְּקֵם, ut sit imper. Pihel. Ps. LIV, 23. pro חֶלְקִי legerunt חַלֵּק. - חָצָה, *dimidio. Symm.* Iob. XL, 25. *διαμερισθήσονται.* - נִפְלַג Niph. Gen. X, 25. *Inc.* et LXX 1 Par. I, 19.

ΔΙΑΜΕΡΙΣΜΟ'Σ, *divisio, distributio.* מַחְלֹקֶת, *classis.* Ez. XLVIII, 29. - מִנִּי (pro מִן), *a, ab.* Mich. VII, 12. Acceperunt, quasi esset מְנִי formae פְּרִי a מָנָה, *dividere, partiri.* Certe hoc magis placet, quam quod *Bielius* praeeunte *Trommio* statuit, eos legisse מָנָה, *portio.*

ΔΙΑΜΕΤΡΕ'Ω, *dimetior*. *חָלַק, *divido*. Mich. II, 4. sec. cod. *Alex.* διεμετρήθησαν: cuius loco non opus est ut διεμερίσθησαν reponatur, nam διαμετρεῖν adiunctam habet notionem *dividendi* ac *distribuendi*. Vide *Xenoph. Cyrop.* VII, 5, 5. - מָדַד, *metior*. *Inc.* Hab. II, 6. *Symm. et LXX* 2 Sam. VIII, 2. LXX Ps. LIX, 6. CVII, 7. Ez. XL, 5. 6. - פסג Pih. *extollo*. *Symm.* Ps. XLVIII, 12. διαμετρήσατε. Ita vertit e lingua chald. ac arab., in qua haec vox *distribuere* notat. Vide *Simonis* et *Clodii Lex. hebr. selectum* s. h. v. *Agellius* in *Comm.* ad h. l. putat, *Symmachum* scripsisse διαμερίσατε, quod cum καταδιελέσθαι LXX admodum conveniat. Sed hac correctione opus non esse vel ex iis apparet, quae s. v. חָלַק a me notata sunt. - חִמֹּרָה, *palma*. Ezech. XLI, 26. διεμέτρησεν. Legit sine dubio יִמַּד, *mensus est*, a מָדַד.

ΔΙΑΜΕ'ΤΡΗΣΙΣ, *dimensio*. מִדָּה, *mensura*. 2 Par. III, 3. Ez. XLII, 15. XLV, 3. - קַו מִדָּה, *linea mensoria*. Ier. XXXI, 39. ubi fortasse loco διαμέτρησις reponendum est διαμετρητής, nisi statuere malimus, etiam διαμέτρησιν *instrumentum* notare, *quo mensores in dimetiendo uti solent*.

ΔΙΑΝΑΠΑΥ'Ω, *requiescere facio*. נחם Pih. *consolor*. Gen. V, 29. οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, hic requiescere (Sic filius *requies senectae* dicitur *Virgilio Aen.* IX, 482. et XII, 58.) nos faciet a laboribus nostris: ubi mihi videntur sensum nec male expressisse. *Cappellus* putat, LXX legisse יְנִיחֵנוּ, quam lectionem ob nomen נֹחַ praeferendam quoque iudicavit *Houbigantius*. Sed vide, quae contra *Cappellum* copiose disputavit *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 627. et contra *Houbigantium Dathius* ad h. l. Non male quoque *Weplerus* in *fragmentis philoll. et critt.* P. IV. p. 56. contulit arab. نَحَمَ, quod sec. *Golium* notat: *cum vehementia et in pectore spiritum duxit*, unde apparere existimavit, נָחַם generatim quoque notare *spiritum ducere*.

**ΔΙΑΝΕΜΕ'Ω*, *divido*, *distribuo*. Vox haec, qua locupletanda sunt Lexica Graeca, legitur apud *Symm.* Psalm. LIX, 8. pro hebr. חָלַק, διανεμήσω Σικιμά. Hinc διανέμησις et διανεμητικός.

ΔΙΑΝΕ'ΜΩ, *distribuo*, *divido*. חָלַק, idem. Deut. XXIX, 26. διένειμεν.

ΔΙΑΝΕΥ'Ω, *annuo*, *nicto*, *agito*, *motito*. קָרַץ, idem. Psalm. XXXIV, 22. διανεύοντες ὀφθαλμοῖς, nictantes oculis. Eadem formula reperitur quoque Sir. XXVII, 22. *Hesych.* διανεύει, στρέφει, κυκλεῖ.

ΔΙΑΝΗ'ΘΩ, *neo*, *fila traho*. מָשְׁזָר, *contortum*, *duplicatum*. *Inc.* Ex. XXVII, 16. διανενησμένα (Sic enim legendum loco editi διανενισμένα.), *texta* vel *neta*.

**ΔΙΑΝΘΙ'ΖΩ*, *floridum reddo*, *floridis coloribus pingo*, *variego*. Esth. I, 6. στρωμναὶ διαφανεῖς ποικίλως διηνθισμέναι. *K. Phavor.* 489, 29. διανθίζω, τὸ τὰ ἄνθη συλλέγω. καὶ διηνθισμένας.

**ΔΙΑΝΙ'ΠΤΩ*, *perluo*, *eluo*, *abluo*. שָׁטַף, *inundo*. Lev. XV, 11. διένιπται ὕδατι sec. *Compl.* aut potius *Inc. Int.* ubi reliqui libri νένιπται habent. Vsus est hac voce quoque *Eubulus* apud *Athenaeum* lib. XI. c. 42. ac *Pollux Onom.* VI, 95. Substantivum διάνιψις legitur apud *Hippocrat.* de *humor.* p. 47, 18.

ΔΙΑΝΙ'ΣΤΗΜΙ, *assurgo*. קוּם, *surgo*. Deut. XI, 19. *Al.* Deut. VI, 7. *Aqu. Symm. Theod.* Num. XI, 19. διανίστασθαι. Adde Iudith. XII, 15.

ΔΙΑΝΟΕ'ΟΜΑΙ, *cogito*, *mente agito*, *doleo*, *poenitet me*. אֶל לֵב, *apud animum*, *in corde*. Gen. VIII, 21. διανοηθεὶς, *poenitentia ductus*. *Hesych.* διανοηθεὶς, μεταμεληθεὶς, ἐνθυμηθείς. – הִתְעַצֵּב אֶל לֵב Hithp. *doleo in corde*. Gen. VI, 6. ἐνεθυμήθη ὁ θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διενοήθη, et *dolebat* Deus, quod creaverat hominem in terra, et *poenitebat* ipsum. Non tamen admodum repugnarem, si quis in priore loco διαπονηθεὶς, ac in posteriore διεπονήθη legere mallet, quod etiam bene responderet textui hebraico. – אָמַר, *dico*, etiam *cogito*. 2 Sam. XXI, 16. διενοεῖτο τοῦ πατάξαι τὸν Δαβὶδ, *cogitabat percutere Davidem*. – *בִּינָה, *intellegentia*, *prudentia*. Dan. VIII, 15. sec. *Chis.* – הֵבִין Hiph. a בִּין, *intellego*. Dan. I, 4. διανοουμένους φρόνησιν, h. e. *varia eruditione instructos*, aut *prudentia pollentes*. Ib. VIII, 5. et XII, 10. sec. *Chis.* – הֵמִיק Hiph. a מוּק, *contabesco*. Ps. LXXII, 8. διενοήθησαν καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ. Sumitur hic διανοεῖσθαι sensu malo, ut sit *delabi in perversas cogitationes*, *infatuari*, *dementari*. Arab. ماق notat *vecors*, *fatuus fuit*. Confer *Syrum*. – *הִנָּחֵם Niph. Gen. VI, 6. διενοήθη. Forte legendum διεπονήθη. – *הִשְׂכִּיל. Dan. IX, 13. et XII, 10. sec. *Chis.* – הִתְנַחֵם Hithp. *consolor me*, it. *poenitet me*. *Inc.* Gen. XXVII, 42. διανοεῖται κατά σου, *cogitat* contra te. – זָמַם, *cogito*, *meditor*. Zach. VIII, 14. 15. – חָשַׁב, idem. Ex. XXXI, 4. 2 Par. II, 14. – יֵצֶר מַחְשְׁבוֹת, *figmentum cogitationum*. Gen. VI, 5. διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ πονηρὰ, *animum* suum studiose *intendit* ad mala. – *כָּשַׁל, *corruo*. Dan. XI, 35. sec. *Chis.* ubi literis transpositis legerunt שָׂכַל. – עָלָה, *ascendo*. Ier. VII, 29. (31.) XIX, 5. In textu hebr. reperitur formula satis nota: *ascendere super cor*. In notione *pervestigandi* ac *perscrutandi* legitur Iudith. IX, 15. (al. 7.), τὰ πρότερα, τὰ νῦν, καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης. Sir. III, 28. ubi notionem *perpendendi* habet. Sir. III, 29. διανοηθήσεται, *meditabitur*,

coll. VI, 39. et Gen. VI, 5. Sir. XVI, 24. οὐ διανοηθήσεται ἡ καρδία: ubi *Vulgatus: insensatum est cor*, h. e. *non pro dignitate aestimat ac ponderat.* Ibid. XXI, 17. διανοηθήσεται, sc. ἡ ἐκκλησία, quilibet dicta ipsius *perpendit animo.* Sir. XXVII, 12. διανοούμενοι opponuntur τοῖς ἀσυνέτοις.

ΔΙΑΝΟΗΜΑ, *cogitatio, excogitatum.* גִּלּוּלִים plur. *idola, dii stercorei.* Ez. XIV, 2. 4. τὰ διανοήματα αὐτῶν, ubi aut voci גלולים hanc notionem subiecerunt, a גָּלַל, *volvere, volutare*, quia cogitationes animo quasi volvuntur, aut διανοήματα sunt h. l. *idola ab hominibus excogitata et artificiose effecta.* Vide infra s. v. ἐνθυμήματα. *Vulg.* habet *immunditias.* Vide infra s. διάνοια. – לְמַעְלָה, *sursum, supra.* Prov. XV, 24. Sine ל legerunt מַעְלָה, quod notat *cogitationes, quae* ex usu loquendi SS. *e corde*, seu *super cor ascendunt.* Conf. Ez. XI, 5. et Ier. VII, 31. – *מֵעָלָיו, *ex se ipso.* Prov. XIV, 14. ἀπὸ τῶν διανοημάτων αὐτοῦ. Sec. *Cappellum* in *Critica S.* p. 735. legerunt וּמִמַּעֲלָלָיו vel וּמִמַּעַלְלָיו, quae lectio ei sensum longe planiorem reddere videtur. Idem statuit quoque *Iaegerus* ad h. l. Sed, ut *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 579 sequ. monuit, עֲלָלִים non reperitur in l. hebraea, et nunquam מַעֲלָלִים a LXX redditur per διανοήματα. Hinc non dubitat, quin LXX legerint in suo codice ut nos, et vocem hebr. מֵעָלָיו hoc sensu acceperint: *et ab eo, quod penes se est vir bonus.* Vide tamen notata a me s. v. לְמַעְלָה. – מַחֲשָׁבָה. Ies. LV, 9. Sir. XXII, 17. διανόημα βουλῆς, *captum consilium.* Ib. XXII, 21. διανόημα non est *cogitatio*, sed *consultatio*, ut *Tigurina* recte transtulit. Sir. XXV, 5. διανόημα, *cogitatio matura et praevia*, quae est mater consilii et iudicii.

ΔΙΑΝΟΗΣΙΣ. idem. מַחֲשֶׁבֶת, idem. 2 Par. II, 14.

ΔΙΑΝΟΙΑ, *mens, cogitatio.* *בִּינָה, *intellegentia.* Dan. IX, 22. sec. *Chis.* – גִּלּוּלִים, *idola, dii stercorei.* Ez. XIV, 4. Vide supra s. v. διανόημα. – *לֹא־דֶרֶךְ, *non via, seu absque via.* *Symm.* Ps. CVI, 40. *Semlerus* pro διανοίας reponere mavult ἀνοδίας, ut alibi *Symmachus* Iob. XII, 24. Mihi autem libere pro more suo transtulisse videtur. – לֵב, *cor. Theod.* Ps. LXIII, 7. LXX Gen. XVII, 17. εἶπεν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ, dicebat in *mente* sua, h. e. *cogitabat.* Cf. Gen. XXIV, 45. XXVII, 41. Gen. XXXIV, 3. ἐλάλησε κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου, loquebatur ad *mentem* virginis. Ex. XXXV, 9. σοφὸς τῇ διανοίᾳ, sapiens *mente.* – לֵבָב, idem. Lev. XIX, 17. Num. XV, 37. οὐ διαστραφήσεσθε ἔτι ὀπίσω τῶν διανοιῶν ὑμῶν, non sequemini amplius *pravas vestras cogitationes.* Ios. V, 1. κατέβησαν αἱ διάνοιαι αὐτῶν, *summo terrore percussi sunt.* Ies. XIV, 13. – מַחֲשָׁבָה, *cogitatio.* Ies. LV, 9. – יֵצֶר מַחְשְׁבוֹת, *figmentum cogitationum.* 1 Par XXIX, 18. φύλαξον ταῦτα ἐν διανοίᾳ καρδίας, conde haec *memori pectore.* Conf. Bar. I, 15. – קֶרֶב, *intimum, animus.* Ier.

XXXI, 33. *Theodot.* Ps. LXIII, 7. - *רַבִּים, *multi.* Dan. XI, 14. διάνοιαι ἀναστήσονται secundum *Chis.* Num fortasse legit קְרָבִים, coll. Ps. CIII, 1. et Ier. XXXI, 33.? aut לִבִּים, ut *Michaelis* voluit? - *שֶׂכֶל et שֵׂכֶל, *intellectus.* Dan. VIII, 25. sec. *Chis.*

ΔΙΑ'ΝΟΙΑ 'ΑΓΑΘΗ', *mens bona.* בִּינָה, *intellegentia.* Prov. IX, 10.

ΔΙΑΝΟΙ'ΓΩ, *aperio.* הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio.* Iob. XXXVIII, 32. διανοίξεις μαζουρώθ. Vsi sunt h. l. LXX voce διανοίγειν sine dubio ideo, quia μαζουρώθ de ventis nubes dispergentibus et coelum serenantibus intellegebant, quibus apud veteres poetas *claustra* et *carceres* tribuuntur, uti vel ex *Virgilio* constat. - הֵפִיץ Hiph. a פּוּץ, *dispergo.* Hab. III, 14. לַהֲפִיצֵנִי, *ad dispergendum me*, ἐν αὐτῇ διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν. Vocem hebraicam diviserunt in duas. Pro לה, quod a LXX redditur ἐν αὐτῇ, legerunt בָּה, פִּיצְנִי autem derivarunt a פָּצָה, quod notat *aperire.* Caeterum pro χαλινοὺς legendum coniectat *L. Bos. Proleg. in LXX Intt.* c. III. χλαίνας, *laenas*, ubi etiam observat, quod apud *Achillem Tatium* lib. V. p. 321. χιτῶνα ἀνοίγειν simpliciter dicatur *de eo, qui se detegit.* - פֶּטֶר, *apertio.* Ex. XIII, 11. 12. 13. 15. Num. III, 12. XVIII, 15. Ez. XX, 26. In omnibus his locis occurrit formula τὸ διανοῖγον μήτραν, h. e. *primogenitus.* - פִּטְרָה, idem. Num. VIII, 16. - פָּטַר, *distendo.* Ies. V, 14. διήνοιξε τὸ στόμα. - פָּצָה, *dilato.* Thren. II, 16. III, 45. - פָּקַח, *aperio.* Gen. III, 5. διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, aperientur oculi vestri, coll. v. 7. 2 Reg. VI, 17. 20. Iob. XXVII, 19. - פָּרַשׂ, *extendo.* Prov. XXXI, 20. - פָּתַח, *aperio.* Iob. XI, 5. *Theod. et LXX* Iob. XXIX, 19. Prov. XXXI, 26. - פֶּתַח, *ianua.* Hos. II, 15. διανοῖξαι. Legerunt לְפַתֵּחַ inf. Pihel. 2 Macc. I, 4. διανοίξαι τὴν καρδίαν ὑμῶν ἐν νόμῳ, *promptos vos reddat* ad obediendum legi.

ΔΙΑΝΥΚΤΕΡΕΥ'Ω, *pernocto.* In additam. apocr. ad librum Iobi Iob. II, 9. σύ τε αὐτὸς διανυκτερεύων αἴθριος.

ΔΙΑΝΥ'Ω, *pervenio.* 2 Macc. XII, 17. διήνυσαν εἰς τὸν χάρακα, *pervenerunt* in Characa. *Hesych.* διήνυσαν, διῆλθον.

ΔΙΑΠΑΛΑΙ'Ω, *concerto*, *colluctor.* הִתְרֹצֵץ Hithp. *collido me.* *Symm.* Gen. XXV, 22. διεπάλαιον, *colluctabantur.* *Hieronymus* legit διεπλέον, h. e. ut ipse transtulit: *in similitudinem navis in superficie ferebantur.* Sed, ut iam recte monuit ad h. l. *Montf.*, vera lectio est διεπάλαιον, quam ed. *Rom.* exhibet, et quae apprime quadrat ad hunc locum. Caeterum vox διαπαλαίω occurrit quoque apud *Iosephum A. I.* I, 10, 12. p. 57, 10. atque *Plutarchum* T. III. p. 578, 7. *Reisk.*

ΔΙΑΠΑΝΤΟ'Σ, pro διὰ παντὸς χρόνου, *per omne tempus, semper.* יוֹם יוֹם, *die die*, h. e. *singulis diebus, cotidie.* Prov. VIII, 34. – כָּלִיל, *perfectum.* Deut. XXXIII, 10. – כְּלִיל constr. pro כַּלַּיִל, *sicut nocte.* Ies. XXX, 29. Videntur legisse כָּלִיל, h. e. *penitus, prorsus.* Adde Ies. XVI, 3. – לָנֶצַח, *in aeternum.* Ies. LVII, 16. – עֵקֶב, *finaliter.* Ps. CXVIII, 33. – בְּקֶרֶב, *in medio.* Ios. IV, 6. Sensum spectarunt. – שָׂמַח, *laetor.* Prov. XIII, 9. φῶς δικαίοις διαπαντός, ad quem locum *Iaegerus:* διαπαντὸς conformatum ad sequens σβέννυται, neglecto tropo, quem *Vulg.* emollivit in יִשְׂמַח, *laetificat.* Graeca tamen ita abrupta sunt, ut aliquid excidisse credam, e. g. χαρτόν. Sed שָׂמַח h. l. de *augmento* adhiberi observatum iam est a *Castello Lex. hebr.* s. h. v. et ex analogia linguarum Orientalium probari potest. – תָּמִיד, *iugiter.* Ex. XXV, 30. XXVII, 20. XXVIII, 29. 30. 34. – תָּמִיד כָּל־הַיּוֹם, *iugiter toto die.* Ies. LII, 5. – Vide Ἐνδελεχισμός.

ΔΙΑΠΑΡΑΚΥ'ΠΤΩ, *inclinato capite prospicio, in obliquum adspicio*, i. q. παρακύπτω. שְׁקֻפִים plur. *prospectus.* 1 Reg. VI, 4. ἐποίησε θυρίδας διαπαρακυπτομένας, fecit fenestras, per quas aliquis inclinans se prospicere poterat. Videtur autem, ut ingenue fatear, lectio διαπαρακυπτομένας originem suam debere varietati lectionis. Secundum *Hexapla* enim *Theodot.* et LXX habent διακυπτομένας, ac ed. *Rom.* παρακυπτομένας. Facile itaque fieri potuit, ut utraque lectio in διαπαρακυπτομένας coaluerit.

ΔΙΑΠΑΡΑΤΗΡΕ'ΟΜΑΙ, *intente observo.* הָרַג, *occido.* 2 Sam. III, 30. διεπαρατηροῦντο τὸν Ἀβεννήρ, *observabant* Abnerum, ubi *Compl.* διετηροῦντο habet. Suspicor, post utramque vocem excidisse καὶ ἀπέκτειναν, eamque de suo addidisse interpretem, ut significaret, occisum esse Abnerum non bello aut vi aperta, sed a tergo et insidiose. Conf. v. 33. et 34. Sumi quoque potest, הָרַג h. l. notare *vitae alicuius insidias struere.*

ΔΙΑΠΑΡΘΕΝΕΥ'Ω, *devirgino, constupro.* עִשּׂוּ דַּדֵּי בְּתוּלִים, *subigo mammas virginitatis.* Ez. XXIII, 3. ἐκεῖ διεπαρθενεύθησαν, quibus verbis in MS. Ies. additur τιτθοὶ παρθενειῶν αὐτῶν. Ibid. v. 8. διεπαρθένευσαν αὐτήν. Confer *Pollucem* lib. III. c. 3. segm. 42. 43. – דּוֹדִים plur. a דּוֹד, *amores.* *Hebraeus* sec. *Theodoretum* Ez. XVI, 8. καιρὸς τοῦ διαπαρθενευθῆναί σε, tempus, ut *ex virginibus excedas.* Ita reddit *Drusius* in *Fragm.* p. 596. *Hesychius:* διαπαρθενεύει, φθείρει κόρας. *Phav.* διαπαρθενεύεται, τὴν παρθενίαν ἀπόλλυσιν. Idem haec subiicit ex *Herodoto:* ἡ δὲ ὑπὸ τούτου διαπαρθενεύεται.

ΔΙΑΠΑΥ'Ω, *cessare facio.* גָּהָה, *sano.* Hos. V, 13. οὐ μὴ διαπαύσῃ ἐξ ὑμῶν ὀδύνην, non *cessare faciet* ex vobis dolorem. גָּהָה *Chaldaeis* et *Syris* est *liberare.* – הִשְׁבִּית Hiph.

cessare facio. Lev. II, 13. *οὐ διαπαύσεται ἅλας διαθήκης ἀπὸ θυσιασμάτων*, non cessabit sal foederis a sacrificiis; ubi alii libri convenientius textui hebr. habent: *οὐ διαπαύσετε ἅλα κ. τ. λ.*, *non cessare facietis* salem etc.

ΔΙΑΠΕΙΛΕΩ, *minor, minitor.* הִזְהִיר Hiph. *moneo.* Ez. III, 17. *διαπειλήσῃ αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ*, *minaberis* ipsis meo nomine. 3 Macc. VI, 23. et VII, 6.

**ΔΙΑΠΕΙΡΑΖΩ*, *tento, exploro.* 3 Macc. VI, 40. *μέχρι τίνος ὡς ἀλόγους ἡμᾶς διαπειράζεις;* usque quo tanquam stolidos nos *tentas? Syrus* verbo ܡܢܣܐ usus est. Notatum quidem est hoc verbum a *Stephano*, sed sine ulla auctoritate.

**ΔΙΑΠΕΙΡΩ*, *transfigo, transadigo*, i. q. *πείρω*. פָּלַח, *scindo. Theod.* Prov. VII, 23. *διαπαρῇ*, *transfigatur. Hesych.* *διαπείραντες, διακεντήσαντες. Zonaras Lex.* col. 538. *διαπείρεται, κεντᾶται, σουβλίζεται.*

ΔΙΑΣΤΡΩ'ΝΝΥΜΙ, *sterno.* אֵטוּן, *funiculus*, *linteum.* Prov. VII, 16. *ἀμφιτάποις διέστρωσα τοῖς ἀπ' αἰγύπτου* sec. *Ald.* et *Compl.* Cum *Chald.* et *Syro* אטין pro verbo habuerunt, cuius tamen nulla in linguis orientalibus reperiuntur vestigia - דִּבֵּר, Pih. *dico.* 1 Sam. IX, 26. *διέστρωσαν* (sc. *κλίνην.* Conf. Act. IX, 34 et *L. Bos. Ellips. gr.* p. 94.) *τῷ Σαοὺλ ἐπὶ τῷ δώματι*, sternebant Sauli lectum in tecto. Pro דִּבֵּר sine dubio legerunt רָבַד, *stravit tapetibus*, aut רָפַד: nam lectionem graecam ipsam vitiosam, et legendum esse *διελάλησεν* aut *ἐλάλησεν*, partim ob librorum veterum consensum, partim ob additum *καὶ ἐκοιμήθη*, mihi nullo modo est probabile. Simul autem monendum est, loco *διέστρωσαν τῷ Σαοὺλ* legendum esse *διέστρωσε μετὰ Σαοὺλ*, quam emendationem ratione vocis prioris commendat *Vulgatus.* Vide quoque s. *στρωννύω.* - הִטָּה, Hiph. a נָטָה, *extendo.* 2 Sam XXI, 10. *διέστρωσεν αὐτὸν ἑαυτῇ ἐπὶ τὴν πέτραν*, super petra *extendit.* - פִּלֵּס *libro. Symm.* Ps. LXXVII, 50. *Ponderare viam* est i. q. *sternere viam*, et h. l. notat *non coercere*, *non impedire*, quasi *liberum cursum dare*

ΔΙΑΣΥΡΙ'ΖΩ, *sibilo*, *sibilum edo. Cant. tr. puer.* 26. *ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον*, ut spiritum roris *sibilantem ac leniter spirantem:* quae refrigeratio ad tollendum ardorem ignis peropportuna erat.

ΔΙΑΣΥ'ΡΩ, *distraho*, *detraho*, *illudo*, *irrideo*, it. *obtrecto*, *calumnior.* נִאֵץ, *sperno. Aqu.* 1 Sam. II, 17. 2 Sam. XII, 14. ubi aut legit נִאֵץ, aut voci *διασύρειν* h. l. tribuit notionem hiphilicam. Posterius statuisse videtur *Montf.* qui verba *διασύρων διέσυρας τοὺς ἐχθροὺς κυρίῳ* transtulit: *qui convitians convitiari fecisti inimicos Domini*, consentienti-

bus reliquis interpretibus. Prius mihi magis placet. *Aqu.* Prov. I, 30. Psalm. X, 5. *Symm.* Ies. I, 4. *Inc.* Prov. XV, 5. *Hesych.* διασύρει, διαπαίζει, χλευάζει.

ΔΙΑΣΦΑΓΗ', *hiatus*, *qui est in iugulo dissecto*, it. generaliter *quivis hiatus*, v. c. *in petra vel muro interrupto*. פָּרִיץ, part. Pah. *ruptum*. Neh. IV, 7. ἤρξαντο αἱ διασφαγαὶ ἀναφράσσεσθαι, *hiatus* in muris incipiebant *suppleri*. Ita in *Vat.* et *Alex.* In *Francof.* pro διασφαγαὶ legitur διαφραγαί. Sed prior lectio est praeferenda. Nam διαφραγὴ est a διαφράσσω, *intersepio*, διασφαγὴ vero a διὰ et σφαγὴ, *mactatio*. Et eodem sensu alias διασφὰξ legitur. *Suidas*: Διασφὰξ, διατομὴ ὄρους· καὶ διασφάγες, διεστῶσαι πέτραι. *Hesychius*: διασφάγες, αἱ διεστῶσαι πέτραι τῶν ὀρῶν. Adde *Herodot.* II. c. 158. p. 150, 9.

**ΔΙΑΣΦΑ'ΛΛΩ*, *aberrare facio*, *fallo*, et:

**ΔΙΑΣΦΑ'ΛΛΟΜΑΙ*, i. q. simplex σφάλλομαι, *fortuna adversa utor, infeliciter gero rem*, *fallor*, *excido spe vel consilio*. 3 Macc. V, 12. τῆς προθέσεως πολὺ διεσφαλμένος, multum *lapsus* consilio. *Lucian. Samos.* T. I. pag. 465. σφαλεὶς ταύτης τῆς ἐλπίδος. *Polyb.* III, 81, 12. διεσφάλη τῆς ἐπιβολῆς. *Dio Cass.* pag. 47. ed. *Reim.* πάνυ ἐν τούτῳ διεσφάλη, multum *erravit*.

ΔΙΑΣΧΙ'ΖΩ, *diffindo*, *disseco*, *divido*, *intercludo*. בָּקַע, *findo*, *rumpo*. Ex. XIV, 21. *Aqu.* Ps. CXL, 7. – קָרַע, *scindo*, *rumpo*. Ps. XXXIV, 19. (15.) διεσχίσθησαν, *discissi sunt*, quia, cum ad dolorem ostentandum vestem scinderent, non tamen dolore ullo ipsi interius commovebantur. Fortasse διεσχίσθησαν quoque reddi potest: *aperuerunt ora sua*, quasi aperto rictu leones devorare cupientes, nam et hoc significat aliquando קָרַע. Sap. XVIII, 23. διέσχισεν τὴν πρὸς τοὺς ζῶντας ὁδὸν, *interclusit*, quae ad viventes, viam.

ΔΙΑΣΧΙ'ΖΟΝ, scil. ὄργανον, *instrumentum dissecans*. מְגֵרָה, *serra*, it. *securis*. 1 Par. XX, 3. ἐν διασχίζουσι.

ΔΙΑΣΩ'ΖΩ, *salvo*, *servo*, *libero*. אָגַר, *congrego*, *colligo*. Prov. X, 6. διεσώθη ἀπὸ καύματος. Legerunt vel אָגַר, *se colligit*, vel עוּר, ut recte ad h. l. observavit *Iaegerus*. – הוֹשִׁיעַ: נוֹשַׁע, Hiph. et Niph. a יָשַׁע. Num. X, 9. διασωθήσεσθε ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, *liberabimini* ab inimicis vestris. Deut. XX, 4. Ier. VIII, 20. *Inc.* 2 Sam. X, 9. ubi διασώζειν est *auxilium praebere*, *opem ferre*, nempe pugnantibus ac in proelio constitutis, ac ita conferre aliquid ad victoriam reportandam: i. q. et docet particula ἔτι addita. – הֵנִיס, Hiph. a נוּס, *confugere facio*. *Symm.* Ex. IX, 20. διέσωσεν, *servavit*. – הִתְעַשֵּׁת, Hithp. *cogitationem suscipio*, sec. alios: *benevole me exhibeo*. Ion. I, 6. εἴπως διασώσῃ ὁ θεὸς ἡμᾶς. – חִיָּה, Pih. *vitam conservo*. *Inc.* sec. *Theodor.* et *Cod. Norimb.* Ier. XLIX, 11. καὶ ἐγὼ διασώσω αὐτούς. LXX Gen. XIX, 19. et 20. ubi cum σώζω

permutatur in codd. Ios. IX, 15. - חָלַק, Pih. *partior.* Gen. XLIX, 27. εἰς τὸ ἑσπέρας διασώσει τροφὴν, sec. *Ald.* Sed quanquam lectio haec excusari quodammodo potest ipsa orationis serie, quae ei mirifice favet, tamen legere mallem διαδώσει, quod habet *Alex. Oxon.* et *Complut.* - מלט : בְּמִלְּט, Pih et Niph. *Symm.* Iob. XX, 20. οὐ διασώσει. Admodum ambigua est h. l. huius vocis significatio. Vel enim verti potest: *non servabit,* sc. *sibi*, seu, ut *Vulgatus* transtulit: *possidere non poterit;* vel supplendum ἑαυτὸν, *non possessione earum felix evadet.* Posterior interpretandi ratio commendatur vers. Alex. quae habet: οὐ σωθήσεται. Confer v. 21. *Theod.* Iob XXII, 29. LXX Gen. XIX, 19. οὐ δυνήσομαι διασωθῆναι (alii σωθῆναι) εἰς τὸ ὄρος, non potero *salvus evadere* in montem. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. 1 Sam. XIX, 10. διασώζεσθαι, *eripi periculo, liberari, salvari.* Ib. XX, 29. sec. cod. *Alex.* Ibid. XXVI, 10. διασώζεσθαι *salutis causa fugere* notat, et cum σώζεσθαι in codd. permutatur. Ies. XXXVII, 38. διεσώθησαν εἰς Ἀρμενίαν, *recipiebant se* in Armeniam. Vide et 1 Sam. XXVII, 1. Iob. XXIX, 12. διέσωσα πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, *liberabam* pauperem ex manu potentis. - *נָסַךְ, *ungo*, metaph. *constituo. Aqu.* et *Ed. Quinta* Psalm. II, 6. διεσωσαμην sec. *Colbert.* quae lectio *Fischero* in *Clavi Verss. GG.* p. 40. nihili, et profecta esse videtur ab homine imperito, cuius loco reponendum sit ἰδιωσάμην. *Semlerus* in *Ep. Crit.* p. 5. legere mavult διεζωσάμην, alio ritu: *cinxi diademate.* Sed tunc scribendum fuisset διέζωσα. *Ernesti* coniicit legendum ἐδίηνα τὸν s μὲν β. μ. et addit: haec enim est propria significatio vocis נָסַךְ. - *פָּלַח, *findo, seco,* Pih. פִּלַּח, quae vox etiam notat *pario, excludo violentiori nisu. Theod.* Iob. XXXIX, 3. ubi sensum mihi expressisse videtur. Sermo enim ibi est de facili partu ferarum. - פלט: הִפְלִיט, Pih. et Hiph. *Aqu.* Ps. XVII, 44. *Aqu. Symm. et LXX* Mich. VI, 14. LXX Iob. XXI, 20. Mich. VI, 14. - פָּלִיט, *profugus.* Num. XXI, 29. Iud. XII, 4. 5. - פְּלֵיטָה, *reliquiae.* Iud. XXI, 17. 2 Reg. XIX, 30. Esdr. IX, 14. 15. Dan. XI, 4 . sec. *Chis.* - *רָפָא, *sano.* Hos. V, 13. sec. *Compl.* ubi διασῶσαι est sine dubio alius interpretis. - *שְׂגוּב, nomen proprium. Ios. VI, 26. coll. 1 Reg. XVI, 34. pro nomine proprio eius aliquam interpretationem substituentes. Vox enim hebr. notat *exaltatum et per exaltationem quasi in tuto positum.* - שָׂרַד, *supersum.* Ios. X, 20. - שָׂרִיד, *superstes.* Ios. X, 20. 28. 30. XI, 8. *Symm.* Abd. 18. διασωζόμενος. 2 Macc. XI, 12. γυμνοὶ διεσώθησαν, nudi *evaserunt.*

ΔΙΑΣΩΣΜΟ'Σ, *evasio.* מִפְלָט, *evasio. Aqu. Theod.* Ps. LIV, 9.

ΔΙΑΤΑΓΗ', *dispositio, ordinatio.* פַּרְשֶׁגֶן, *exemplar.* Esdr. IV, 11. αὕτη ἡ διαταγὴ τῆς ἐπιστολῆς, haec *dispositio,*

vel *constitutio* epistolae, h. e. ita epistola sese habebat. *Vulg. hoc est exemplar epistolae.*

ΔΙΑΤΑΓΜΑ, praeceptum, edictum, decretum. לִמֻּדִים plur. *docti, discipuli, praecepta. Symm.* Ies. VIII, 16. διατάγματα, *praecepta.* – נִשְׁתְּוָן, chald. *epistola, quae* scil. *decretum continet.* Esdr. VII, 10. αὕτη ἡ διασάφησις τοῦ διατάγματος, hoc est exemplar *decreti.* Sap. XI, 8. νηπιοκτόνου διατάγματος.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ, dispositio, ordinatio, edictum. חֻקָּה, *decretum, statutum. Symm.* Iob. XXXVIII, 33. – *מוֹעֵד, *conventus. Inc.* 2 Sam. XX, 5. *Vulg. extra placitum.* Videtur διάταξις h. l. *id quod est constitutum et decretum*, speciatim *tempus ad conveniendum constitutum* significare, quam notionem etiam מוֹעֵד, ut arab. مَوْعِد, haud raro habet. Vide *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. – מַחְלֹקֶת, *partitio.* 2 Par. XXXI, 16. 17. – מִשְׁפָּט, *iudicium*, et omnino *omne quod certum est et constitutum.* Ps. CXVIII, 91. – נוֹעַד Niph. *condico, convenio. Inc.* 2 Sam. XX, 5. διατάξεως. Ita *Bielius.* Sed in textu ibi legitur מוֹעֵד, quod vide supra. – *צָבָא, *exercitus. Symm. Theodot.* 2 Reg. XXIII, 4. πάσῃ τῇ διατάξει τοῦ οὐρανοῦ, universo *ordini* coeli, h. e. omnibus corporibus coelestibus: unde iterum apparet, διάταξιν non solum *ordinationem* et *constitutionem*, sed etiam *id quod bene constitutum et ordinatum est* significare, qualia sunt corpora coelestia. Vide s. v. τάξις. – שְׂדֵרָה (שׂ pro ס), *dispositio, ordinatio.* 1 Reg. VI, 9. – תָּכְנִית, *forma.* Ez. XLIII, 10. Iudith. I, 4. VIII, 36. digressi a tentorio ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὰς διατάξεις αὐτῶν, abierunt ad *functiones* demandatas. Explicari quoque potest, ut *Bretschneiderus* observavit, de *loco certo, quem quisque in defendenda urbe tenere debebat. Hesych.* διατάξεων, διοικήσεων.

ΔΙΑΤΑΡΑΣΣΩ, perturbo. נִכְמַר, Niph. *flagro. Inc.* Hos. XI, 9. διεταράχθη. Vox hebr. h. l. notat *summo commiserationis affectu commoveri.* – סַר, *contumax, immoriger. Symm.* 1 Reg. XX, 43. διατεταραγμένος ex Arabismo. Scil. سَرَّ in Coniug. IVta notat: *perturbatus est*, quae notio et convenit locis ib. XXI, 4. 5. Quodsi autem a סור derivatur, plena formula esset: *recedens a sana mente*, quod eundem sensum habet.

ΔΙΑΤΑΣΣΩ, ΤΤΩ, dispono, ordino, praecipio, constituo. אָמַר, *dico, praecipio.* 1 Reg. XI, 18. ἄρτους διέταξεν αὐτῷ, panes seu victum *constituit* illi. – בָּרָא, *eligo.* Ez. XXI, 19. – הֵכִין, Hiph. a כּוּן, *statuo. constituo. Theod.* Iob. XXVIII, 27. διέταξεν αὐτὴν, *ordinavit* illam. – הֵשִׂים, Hiph. a שׂוּם, *pono.* Ez. XXI, 19. 20. – הִטְרִיף, Hiph. *alo, cibo. Symm.* Prov. XXX, 9. διάταξον. Vide s. v.

συντάσσω, et paulo post s. v. מָנָה. - חֹקֵק, part. *decernens, legislator.* Iud. V, 9. ἡ καρδία μου εἰς τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰσραήλ, cor meum advertit illis, quae *praecepta sunt* Israeli. Legerunt sine dubio לְחֻקֵּי. - *יָעַד. *Inc.* 2 Sam. XX, 5. *Vulg. constituit.* כִּכָּר, *tracta, planities. Inc.* 2 Sam. XVIII, 23. διατεταγμένην, *constitutam.* Versio haec cum textu hebr. conciliari nequit, nec apparet, a quonam fuerit haec via constituta? Quid si legeretur διατεταμένην, *viam extensam?* aut etiam τὴν διατετμημένην? nam *via compendiosa* eodem iure διατετμημένη quo διατέμνουσα dici potest. Vide s. v. διατέμνω. - מִנָּה, Pih. *determino, definio.* Dan. I, 5. διέταξεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ἡμέρας (sc. μέρος) καθ' ἡμέραν, *constituit* illis rex portionem diurnam cotidie. - מִסְדְּרוֹנָה, *vestibulum, porticus.* Iud. III, 23. ἐξῆλθε τοὺς διατεταγμένους, exibat per *ordinatos*, sive, ut latinae versiones habent, *satellites*, vel *observantes*. In Cod. *Alex.* haec verba desunt, et nonnullis ex alio interprete inserta esse videntur, qui מִסְדְּרוֹנָה credidit esse *praesidium ordine militari instructum*, aut *milites ad excubias positos.* Non reticenda autem est sententia admodum probabilis *Bonfrerii* in *Commentario* ad h. l. pag. 238. qui per τοὺς διατεταγμένους ipsam *porticum* seu στύλους διατεταγμένους, *columnas ordinatas*, *quae porticum efficiunt*, intellegit. - פָּטַר, *dimitto. Inc.* ac LXX 1 Par. IX, 33. Non aliter legerunt, sed ita hanc vocem explicandam esse h. l. putarunt. - *שׂוּם, *pono*, etiam *dispono.* 1 Sam. XI, 11. διέταξε, *disposuit*, (*sensu* sc. *militari*) sec. *Compl.* ubi cum τιθέναι et διατιθέναι in codd. permutatur. - שָׁמַר, *servo.* 2 Par. V, 10. οὐκ ἦσαν διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίαν, non erant *ordinati* ad ministerium diurnum. 2 Macc. XII, 20. διατάξας τὴν ἑαυτοῦ στρατιὰν, cum *ordinasset* exercitum suum in cohortes. Iudith. X, 3. de *artificiosa crinium compositione* dicitur. Verba sunt: διέταξε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. *Vulgatus*: *et discriminavit crinem capitis sui.* Verbum *discriminare* est in hac re proprium, unde *discriminale*, quod Ies. III, 20. occurrit, *acus* dicitur, *quae crines dividit ad concinnandum caput.* Vide *Hieron. adv. Rufinum* III. c. ult.

ΔΙΑΤΕΙ'ΝΩ, *extendo*, *distendo*, *pertingo*, et διατείνομαι, *intentor.* דָּרַךְ, *calco.* Ies. XXI, 15. τῶν τοξευμάτων τῶν διατεταμένων, arcuum tensorum. Conf. *Perizon.* ad *Ael.* V. H. VI, 14. - מָשַׁךְ, *protraho.* Ps. LXXXIV, 5. διατενεῖς τὴν ὀργήν σου, *extendes*, vel: *prolongabis* iram tuam. - מָתַח, *extendit.* Ies. XL, 22. - פָּרַשׂ, *expando.* Ps. CXXXIX, 6. διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου, *expanderunt* rete pedibus meis. Sap. VIII, 1. διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας, *pertingit* autem a fine usque ad finem. Fortasse autem legendum est διαπνεῖ, *perspirat*, ut iam *Budaeus* in *Comment. gr. l.* legit.

ΔΙΑΤΕΛΕ'Ω, *perficio*, it. *persevero*, *permaneo*. *בָּחַר, *eligo*. *Symm.* Cohel. IX, 4. qui pro verbis hebr. *quia quisquis eligatur ad omnes viventes*, habet: *τίς γὰρ ἀεὶ διατελέσει ζῶν;* ubi non solum sensum expressit, sed etiam secutus est lectionem marginalem יחבר, *coniunxit, associavit: Quis est, qui socius sit omnium viventium? Vulgat. nemo est, qui semper vivat.* Sic et *Syrus* ac *Chaldaeus*. – הָיָה, *sum.* Deut. IX, 7. *ἀπειθοῦντες διετελεῖτε τὰ πρὸς Κύριον*, inobedientes *permansistis* Domino. Conf. Act. XXVII, 33. ac *Lex. N. T.* s. h. v. – כָּלָה, *deficio*, *consumor* Ier. XX, 7. *πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος*, totum diem *consumsi* subsannatus. Ier. XX, 18. *διετέλεσαν ἐν αἰσχύνῃ αἱ ἡμέραι μου*, *consumti sunt* dies mei in ignominia. – עוֹד לָנֶצַח, *adhuc in aeternum. Symm.* Ps. XLVIII, 8. *ἀεὶ διατελέσει*. – שָׁלַם, *compleor*, *perficior*. *Symm.* Iob. IX, 4. Ps. LXXII, 14. et 25. 2 Maccab. V, 27. *τὴν χορτώδη τροφὴν σιτούμενοι διετέλουν*, victum ex herbis *semper* capiebant.

**ΔΙΑΤΕ'ΛΟΥΣ*, *semper*, *perseveranter*, i. q. *διατελῶς*. *Addit. Esther.* XIII, 4. *ἀτάραχα παρέχωσιν ἡμῶν διατελοῦς τὰ πράγματα*. Fortasse tamen scribendum est *διατελῶς* contracte pro *διατελέως*, quod legitur apud *Hippocr. Coac. praenot.* p. 210. F. Similis tamen est vox *διατάχους*. Vide *Etymol. M.* 271, 1.

ΔΙΑΤΕ'ΜΝΩ, *disseco*. כִּכָּר, *tracta, planities. Tres Intt. incerti* 2 Sam. XVIII, 23. *ὁδὸς διατέμνουσα*, via *dissecans*, *dividens*, vel *compendiosa*. *Vulgat. per viam compendii.* Non male quoad sensum: nam via compendiosa uti debebat, si cursu ipsum superare volebat. Iure autem quaeritur, quomodo cum textu hebr. conciliari possit haec versio. כִּכָּר, quod pro nomine proprio a LXX acceptum est (*τὴν ὁδὸν τὴν τοῦ Κεχάρ, per viam, quae ad Cechar ducit*), in genere *omne* notat, *quod rotundum est et in gyrum ambit*, a כור, quod, ut arab. كر, eandem significationem habet, unde mox de *massa panis rotunda*, mox de *mensurae genere rotundo* dicitur. Sed via, quae in gyrum ambit, non est via compendiosa, sed ea, quae recta dissecat terram, vitatis omnibus ambagibus, quas via strata vulgo habere solet. Tribuisse itaque videntur *οἱ Γ'* voci כִּכָּר notionem novam ac insolitam, e reliquis linguis orientalibus adhuc confirmandam. Liceat tamen mihi hac data opportunitate nonnullas de hac versione coniecturas proferre, quae mihi de l. c. dilegentius cogitanti in mentem venerunt. Num fortasse *τὴν διατέμνουσαν* de suo addiderunt, ut lectores docerent, viam ad Cechar ducentem, qua usus fuit Achimahas, filius Sadoci, ut nuntium perferret ad Davidem, fuisse longe compendiosiorem ea, qua Chusi usus fuit? Aut legerunt fortasse כרב, quod

in reliquis linguis OO. *incidere*, *arctius constringere* notat? *Via incisa et arctius constricta* metaphorice recte dici potest *via compendiosa*. Aut denique in suo codice invenerunt כִּבְרָה, *milliare*, ut דֶּרֶךְ הַכִּבְרָה sit *via per totum milliare brevior?* Vide tamen s. v. διατάσσω a me notata.

*ΔΙΑΤΗ'ΚΩ, *liquo*, *liquefacio*. הִתִּיר, Hiph. a נָתַר, *transire*, *exsilire facio*. Hab. III, 6. ex usu l. Chald. in qua *defluere* notat. *Vulg. dissolvit*.

ΔΙΑΤΗΡΕ'Ω, *conservo*, *observo*, *custodio*, *tueor*. הֵילִיךְ, Hiph. a יָלַךְ, *abduco*. Ex. II, 9. διατήρησόν μοι τὸ παιδίον τοῦτο. In textu hebr. legitur: *sume tecum hunc puerum*, sensu fere eodem. - הֶעֱמִיד, Hiph. *constituo*, *superesse facio*. Ex. IX, 17. ἕνεκεν τούτου διετηρήθης ἕως τοῦ νῦν. Bene quoad sensum. - *הָרַג, *occido*. 2 Sam. XXX, 10. sec. *Compl.* διετηροῦντο. Vide sub v. διαπαρατηρέω. - מִשְׁמֶרֶת, *conservatio*. Exod. XII, 6. διατετηρημένον. - נָצַר, *custodio*. *Aqu. Symm.* Prov. XXVII, 18. ubi διατηρεῖν de arbore usurpatum notat *diligenter curare*, *bene colere*. *Aqu.* Ps. LX, 8. LXX Ex. XXXIV, 7. ubi cum τηρεῖν in codd. permutatur. Ps. XI, 8. διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, *custodies* nos ab hac generatione. Prov. XXII, 11. - פִּלֵּס, *libro*, *expendo*, *pondero*. *Symmach.* Prov. IV, 26. διατήρησον. Sensum expressit. Qui enim vitae suae rationem diligenter observat, is e stilo SS. *viam suam ponderare* dicitur. - שָׁמַר, *custodio*. Genes. XVII, 9. 10. XXXVII, 11. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρησε τὸ ῥῆμα, pater vero eius illud somnium *alta mente repostum servavit*. Num. XVIII, 7. διατηρήσετε τὴν ἱερατείαν ὑμῶν, *fungemini dilegenter* sacerdotio vestro. Ib. XXVIII, 2. διατηρήσετε, *dilegenter curate*. Deut. VII, 8. διατηρεῖν τὸν ὅρκον, *servare* iusiurandum. Prov. XXI, 23. διατηρεῖ ἐκ θλίψεως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, *custodit* ab afflictione animam suam: coll. Act. XV, 29. Ies. LVI, 2. διατηρῶν τὰς χεῖρας αὐτοῦ μὴ ποιεῖν ἄδικα, *custodiens* manus suas, ne faciant iniqua. Sap. XI, 26. ubi διατηρεῖσθαι est *in vita conservari*, i. q. μένειν. Sirac. I, 23. διατήρησον τὰς ἐντολάς, *observa* praecepta. Ibid. XXVIII, 5. διατηρεῖν μῆνιν, *retinere*, i. e. *fovere iram*, et ibid. v. 1. διατηρῶν διατηρήσει, *sedulo asservabit in memoria*, *ut puniat*. Iudith. II, 10. coll. Iac. I, 6.

ΔΙΑΤΗ'ΡΗΣΙΣ, *conservatio*, *custodia*. מִשְׁמֶרֶת, idem. Ex. XVI, 33. 34. Num. XVII, 10. XIX, 9. εἰς διατήρησιν. *Ioseph. A. I.* I. p. 13, 15.

*ΔΙΑΤΙ', *quare*, pro διὰ τί. Καὶ διατί pro ו. 1 Reg. I, 27. Bene quoad sensum.

ΔΙΑΤΙ'ΘΗΜΙ, *dispono*, *constituo*, et in medio

ΔΙΑΤΙ'ΘΕΜΑΙ, *paciscor*. אֻמְלָה, part. Pah. foem. *languidum*. *Theod.* LXX Ez. XVI, 29. τί διαθῶ τὰς θυγατέρας σου. Non male quoad sensum. Scil. διατιθέναι, *disponere*,

sumitur h. l. sensu morali. *Disponere cor est emendare animum. Cor infirmum* autem dicitur, *quod non facile a vitiositate purgari s. emendari potest.* – הֵקִים Hiph. a קוּם, *erigo.* Gen. IX, 7. διαθήκης ἣς διεθέμην, foederis, quod *pepigi.* – הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono.* 1 Sam. XII, 11. διέθετο Σαοὺλ τὸν λαὸν εἰς τρεῖς ἀρχὰς, *disponebat* Saul populum in tres turmas. – *הִשְׁלִים, *pacem facio.* 2 Sam. X, 19. διέθεντο διαθήκην sec. *Compl.* – כָּרַת, *seco, scindo,* et, si de foedere sermo est, *pango. Theod.* Ies. LVII, 8. διέθου, h. e. *foedere te obstrinxisti. Vulg. pepigisti cum eo foedus. Montf.* minus bene transtulit: *disposuisti te ipsam in eo.* LXX Gen. XV, 18. διέθετο Κύριος τῷ Ἀβραὰμ διαθήκην, *pepigit* Dominus foedus cum Abrahamo. Vide et Deut. V, 5. Ios. IX, 6. Sic et *Aristoph. Av.* v 439. ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί. Deut. V, 2. διέθετο πρὸς ἡμᾶς διαθήκην, *pepigit* nobiscum foedus. Vide et Deut. VII, 2. XXIX, 12. – נָתַן, *do.* Hos. XI, 9. τί σε διαθῶ, Ἐφραΐμ; quid tibi *faciam*, aut: quomodo te tractem (coll. 2 Macc. IX, 28.), o Ephraim? – עָבַר, *transeo.* Ps LXXXIII, 6. ubi pro עָבַר legisse videntur עָרַךְ, *disponere, ordinare.* – צִוָּה Pih. *iubeo.* Ios. VII, 11. Sap. XVIII, 9. τὸν τῆς θειότητος νόμον ἐν ὁμονοίᾳ διέθεντο, legem divinam unanimiter *constituebant.* 2 Macc. IX, 28. ὡς ἑτέρους διέθηκεν, quemadmodum alios *tractaverat.* – Vide alibi Εἰρήνη et Ὀργίλως.

*ΔΙΑΤΙ'ΛΛΩ, *pervello, evello, divello.* Vox haec in *Thesauro Bieliano* omissa reperitur apud LXX pro hebr. פִּיץ, *distringo.* Iob. XVI, 13. λαβών με τῆς κόμης διέτιλε. *Vulg. confregit me.*

ΔΙΑΤΙΜΑ'Ω, *aestimo, probo, in honore habeo.* הֶעֱרִיךְ Hiph. ab עָרַךְ, *taxo, aestimo. Hebr.* Lev. XXVII, 14. διατιμήσεται.

*ΔΙΑΤΙ'ΜΗΣΙΣ, *aestimatio.* עֵרֶךְ, *ordinatio. Inc.* Lev. XXVII, 8. ἐλάσσων τῆς διατιμήσεως. Incertum hunc interpretem esse τὸ Σαμαρ. satis probabiliter ex v. 14. colligitur. *K.*

ΔΙΑΤΙΝΑ'ΣΣΩ, *quatio.* פִּצֵּץ Pih. a פָּצַץ, *frango, concutiendo dissilire facio, dissipo. Hebr. Int.* Iob. XVI, 13. διετίναξε. – מְפַזֵּז part. Pih. *subsiliens, saltans. Aqu.* 2 Sam. VI, 16. διατιναασσόμενος, *quatiens se, corpus huc et illuc iactans, ac contra decorum movens. Vulg. subsilientem. Symm.* σκιρτῶντα. Adde *Eurip. Iphig. in Taur.* v. 281. *Bacch.* 586.

ΔΙΑΤΌΝΙΟΝ, *fibula, annulus.* קְרָסִים plur. *ansulae.* Ex. XXXV, 10. *Hesych.* διατόνια, κρίκους. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τὰ διατόνια, τοὺς κρικέλλους. Conf. *Casaub.* in *Athen.* p. 359.

ΔΙΑΤΟ'ΡΕΥΜΑ, *tornatura*, *opus tornatile*. מִקְלַעַת, *tornatura*, *sculptura*. *Inc.* 1 Reg. VII, 31. *διατορεύματα*.

ΔΙΑΤΟΡΕΥ'Ω, *torno*, i. q. *διατορνεύω*, apud *Aeschyl. Prom.* v. 76. מִקְלַעַת, *tornatura*, *sculptura*. *Aqu. Theod.* 1 Reg. VI, 18. *διατετορευμένα*, *tornata*.

ΔΙΑΤΡΕ'ΠΩ, *dimoveo*, *perverto*, *perturbo*, *dissuadeo*, *pudore iniecto deterreo*, *ad erubescentiam deduco*, *erubescere cogo*, *perterreo*. *הִכְלִים Hiph. a כָּלַם, *ignominia afficio*. Iud. XVIII, 7. *οὐκ ἔστι διατρέπων ἢ καταισχύνων*: ubi duae versiones coaluerunt, nisi quis verba *ἢ καταισχύνων* pro mero glossemate habere velit. Sensus est: nemo eis adversabatur, aut, ut *Vulgatus* vertit: *nullo ei penitus resistente*. Vide ad h. l. *Scharfenb.* - *זָעַף, *indignor*. Dan. I, 10. sec. *Chis.* ubi זֹעֲפִים, *tristes*, per duo vocabula *ἀσθενῆ καὶ διατετραμμένα* explicatur, quorum alterutrum est vel glossa, vel alius interpretis. Ib. v. 13. *ἡ ὄψις διατετραμμένη*. Sed utroque loco *Scharfenb.* reponere mavult *διεστραμμένα* et *διεστραμμένη*, coll. *Terent. Eun.* Act. IV. Sc. 4, 5. *os ut sibi distorsit carnifex*. - חָפָה, *operio*. Esth. VII, 8. *διετράπη τῷ προσώπῳ*, *vultui iniiciebatur rubor*, quo qui suffunduntur, faciem operire solent. - עָרַץ, *violenter opprimo*, etiam *expavesco*. Iob. XXXI, 34. *οὐ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν πλήθους*, non enim *expavi* ad multitudinem plebis. Pro *οὐ* fortasse legendum *καὶ*, *etenim* metuissem.

ΔΙΑΤΡΕ'ΦΩ, *nutrio*, *alo*, et ex adiuncto *in vita conservo*. בָּרַךְ, *benedico*. Prov. XXII, 9. *ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, αὐτὸς διατραφήσεται*. Speciem pro genere posuerunt. - חָיָה: הֶחְיָה, Pih. et Hiph. *in vita conservo*. Gen. VII, 3. L, 20. Psalm. XXXII, 19. - כִּלְכֵּל Pih. a כּוּל, *sustento*. Gen. XLV, 11. sec. *Oxon.* ubi reliqui libri *ἐκτρέφειν* habent. Ibid. L, 21. Ruth. IV, 15. 1 Reg. XVIII, 13. sec. *Compl.* Ps. LIV, 25. *αὐτός σε διαθρέψει*, ubi *Agellius* emphasin in hac voce quaerit, scribens: Non dixerunt *θρέψει*, *nutriet*, quasi totum simul, quod ad nutriendum sit opus, semel daturus sit, sed *διαθρέψει*, quasi: *per tempora singulosque dies suppeditabit cibum*. - נִהַל Pih. *leniter duco*, speciatim ad pascua aut potum. Psalm. XXX, 4. *Vulg. Hier. enutries me.* Sensum secuti sunt.

ΔΙΑΤΡΕ'ΧΩ, *discurro*, *percurro*. הָלַךְ, *eo*. Ex. IX, 24. *διέτρεχε τὸ πῦρ ἐπὶ τῆς γῆς*, *fulgura micabant per terram*. - פָּסַח, *transilio*. 1 Reg. XVIII, 26. *διέτρεχον*, *divisis turmis decurrebant*. - רָצַץ: הֵרִיץ, Pih. et Hiph. a רוּץ, *decurro*. 1 Sam. XVII, 17. Ioel. II, 7. sec. *Compl. et B.* Ib. v. 9. Nah. II, 4. - הִתְשׁוֹטֵט Hithp. a שׁוּט, *continuo*, *indesinenter percurro*. *Inc.* Ier. XLIX, 3.

**ΔΙΑΤΡΕ'Ω*, *perterebro*, *perforo*. כִּזֵּב Pih. *mentior*. Num. XXIII, 19. *διατρηθῆναι*, ut libri nonnulli habent, teste

Bonfrerio ad h. l., quod difficiliorem reddit sensum, nisi metaphorice sumatur, ut significet *perforari*, *more cribri effluere*, et oblivisci, vel non servare ea, quae semel dixeris et decreveris, quod etiam *mentiri* est. Vsurpatur quoque haec vox de *eo*, *qui intremiscit ac perterrefactus diffugit*, quae notio etiam ab h. l. minime aliena est.

*ΔΙΑΤΡΗΤΟΣ, *perforatus*, *foraminibus pertusus*. Ez. XL, 16. ubi in quibusdam libris teste *L. Bosio* legitur ἐκκόλαμμα διάτρητον, quibus verbis nihil in textu hebr. respondet.

ΔΙΑΤΡΙΒΗ', *commoratio*, *conversatio*, item *locus*, *ubi est* διατριβή, etiam *omne vitae studiorumque genus*. אִוֶּלֶת, *stultitia*. Prov. XIV, 26. ubi διατριβή est non solum *conversatio*, sed etiam *vitae ratio ac mores*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. - הֲלִיכָה, *incessus*. Prov. XXXI, 27. στεναὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς, ubi διατριβαὶ *ianuas* significare videtur, hoc sensu: *non multis aditum ad se admittit*. - מוֹשָׁב, *habitatio*. Lev. XIII, 46. ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἔσται αὐτῷ ἡ διατριβή, extra castra solitarius degat. - מָעוֹן, idem. Ier. XLIX, 32. διατριβὴ στρουθῶν, ubi *habitaculum* notat.

ΔΙΑΤΡΙ'ΒΩ, *contero*, *tero*, *linio*, et, si χρόνον subintellegas, *commoror*, *subsisto*. גּוּר, *peregrinor*. Ier. XXXV, 7. γῆς, ἐφ' ἧς διατρίβετε ὑμεῖς ἐπ' αὐτῆς, terrae, in qua vos commoramini. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - *הִתְפּוֹצֵץ Hithp. a פּוּץ, *dissipor*, *confringor*. Hab. III, 6. διετρίβη τὰ ὄρη sec. *Cyrillum*. Sed sine dubio ibi in aliis libris rectius legitur διεθρύβη. - יָשַׁב, *sedeo*, *maneo*. Lev. XIV, 8. *Symm.* 2 Sam. V, 9. Tob. XI, 8. δηχθεὶς διατρίψει, compunctus *deteret*. Ibid. v. 10. διέτριψε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, *terebat* oculos suos.

ΔΙΑΤΡΟΦΗ', *alimentum*, *commeatus*. מַכֹּלֶת, *cibus*. *Aqu.* 1 Reg. V, 11. Adde 1 Macc. VI, 49.

ΔΙΑΤΥΠΟ'Ω, *conformo*, *reformo*, *muto*. Sap. XIX, 6. ὅλη ἡ κτίσις ἄνωθεν διετυποῦτο, omnis enim creatura *mutare videbatur suam naturam et indolem*.

ΔΙΑΥΓΑΣΜΑ, *pellucidus splendor*. נֹגַהּ, idem. *Inc.* Hab. III, 3. seu 4.

ΔΙΑΥΓΗ'Σ, *pellucidus*. זַךְ, *purus*. *Aqu.* Prov. XVI, 2. διαυγεῖς. *Hesych.* διαυγὲς, λαμπρὸν, φωτεινόν.

ΔΙΑΥΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *illustror*, *dilucidus sum*. זָכַךְ, *purus sum*. *Aqu.* Iob. XXV, 5. διαυγισθήσεται, *illustrabuntur*, *dilucidae erunt*.

ΔΙΑΦΑΙ'ΝΩ, *appareo*. Sap. XVII, 6. διεφαίνετο δ' αὐτοῖς μόνον αὐτομάτη πυρὰ, *apparebat* (*seu interlucebat*, *obiter et in transcursu inter tenebras emicabat*) autem illis sola spontanea pyra.

ΔΙΑΦΑΝΗ'Σ, *pellucidus.* זַךְ, *purus.* Ex. XL, 34. *λίβανον διαφανῆ.* Vide *Plinium* XII, 14. et *Theophr. hist. plant.* IX, 4. – *זְכוּכִית, *crystallus. Inc.* (quem *Symmachum* esse opinatus est *Montf.*) Iob. XXVIII, 17. *κρύσταλλος διαφανής, crystallus pellucida.* Cur hoc epitheton in re tam nota apposuerit, equidem non video. Existimo igitur, *διαφανής* esse alius interpretis, fortasse *Aquilae*, etymologiae a זָכָה, *purus, mundus fuit*, rationem habentis. – צֹהַר, *fenestra. Symm.* Gen. VI, 16. *διαφανὲς ποιήσεις*, h. e. interprete *Hieronymo*, *dilucidum facies arcae*, *volens fenestram intelligi.* Vide *Drusium* in *Fragm.* p. 17.

ΔΙΑΦΑΝΗ͂ ΛΑΚΩΝΙΚΑ', sc. *ἱμάτια*, vel *χιτώνια*, *vestimenta pellucida Laconica.* גִּלְיוֹנִים, plur. *specula*, et *vestes pellucidae*, aut potius teste *Kimchio interulae* s. *subuculae tenues ac subtiles*, sic dictae, quia transparebat sub illis corpus prae nimia eorum tenuitate. Ies. III, 21. *τὰ διαφανῆ λακωνικά.* Alterutrum ex his duobus vocabulis iudice *Fullero* (in *Miscell. SS.* lib. V. c. 20.) pro glossemate habendum videtur. *Suidas* enim *διαφανῆ χιτώνια* esse dicit, *οὐ τὰ λαμπρὰ, ἀλλὰ τὰ ἰσχνὰ, δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα τῶν γυναικῶν. Hesychius: λακωνικὸς χιτὼν, λεπτὴ ἐσθής.* Alias tenues et pellucidae vestes *σειρῆναι* dicebantur. Vide *Hesych.* h. v. et *Schroederum de vestitu mulier. Hebr.* cap. 18. p. 312.

**ΔΙΑ'ΦΑΝΟΣ. Aqu.* Exod. XXVIII, 8. שָׁנִי, *διάφανον.* Sic ed. *Rom.* perperam habet pro *διάφορον.* Vide ad h. l. *Montfauconium.*

ΔΙΑΦΑΥ'Ω, vel *ΔΙΑΦΑΥ'ΣΚΩ*, *illucesco, dilucesco.* אוֹר verbum, *luceo.* Gen. XLIV, 3. ubi cum *φαύειν* permutatur in codd. Iud. XVI, 2. *ἕως διαφαύσῃ ὁ ὄρθρος.* 1 Sam. XIV, 36. *ἕως διαφαύσῃ ἡ ἡμέρα*, ubi cum *διαφωτίζειν* permutatur in codd. 2 Sam. II, 32. *διέφαυσεν αὐτοῖς*, sc. *ἡμέρα*, vel *ὄρθρος*, *diluxit* illis dies s. diluculum. *Symm.* 1 Sam. XXIX, 10. ubi *Vulg. et coeperit dilucescere.* – *אוֹר subst. *lux. Inc.* 2 Sam. XVII, 22. *ἕως διέφαυσε τὸ πρωΐ. Vulg. donec dilucesceret.*

ΔΙΑΦΕ'ΡΩ, *differo, praesto, antecello, deporto*, et *διαφέρομαι*, *dispergor, longe lateque audior, altercor, contendo.* *סָרַר, *recedo.* 1 Sam. XVII, 39. sec. *Alex. διαφέρουσιν.* Scribe *διαφέρουσιν*, *deportabant.* Alii habent *ἀφαιροῦσιν.* – שְׁנָא Chald. *mutor, immutor*, etiam אֶשְׁתַּנִּי, Ithpahal. Dan. VII, 28. *ἡ ἕξις μου διήνεγκεν ἐμοὶ* sec. *Chis.* ubi *Theodot. ἀλλοιοῦσθαι* habet. Ib. v. 3. *θηρία διαφέροντα ἀλλήλων*, bestiae a se invicem *differentes.* Ib. v. 7. *αὐτὸ διαφέρον περισσῶς περὶ πάντα τὰ θηρία*, multum *differens* ab omnibus bestiis. 3 Esdr. V, 78. *διαφέρειν σχεδίας εἰς τὸν Ἰόππης λιμένα*, ut *deportarent* rates in portum Ioppes. Sap. XVIII, 2. *τοῦ διενεχθῆναι χάριν ἐδέοντο*, ut esset *differentia*, (h. e. *ut longius secederent, et a se ipsis discederent*,) donum sibi expetebant, aut:

inimicitiarum gratiam et veniam petebant. Ibid. XVIII, 10. οἰκτρὰ διεφέρετο θρηνουμένων παιδίων, planctus flebilis ploratorum infantium *longe lateque audiebatur.* 2 Macc. III, 4. διηνέχθη τῷ ἀρχιερεῖ, *contendebat* cum summo sacerdote. *Hesych.* διηνέχθη, ἐμαχέσατο. Ib. XV, 13. ἄνδρα πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντα, virum canitie et gloria *praestantem.* 3 Macc. VI, 26. εὐνοίᾳ πρὸς ἡμᾶς διαφέροντες πάντων ἐθνῶν. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesych.* διαφέρει, ἀνήκει, προὔχει, ὑπερέχει, βέλτιόν ἐστι.

ΔΙΑΦΕΥΓΩ et ΔΙΑΦΕΥΓΟΜΑΙ, *effugio, salvus evado.* נָדַד, *vagor.* Ies. X, 14. ὃς διαφεύξεταί με. Ita *Bielius.* Sed l. c. respondet potius formulae נָדַד כָּנָף, *alam movere,* nempe *aufugiendi* aut *se defendendi causa,* quanquam non ignoro, simplex quoque נָדַד in l. Chald. et Arab. ندّ *aufugere* notare. - נוּס, *fugio.* Amos IX, 1. μὴ διαφύγῃ ἐξ αὐτῶν φεύγων, ne *effugiat* ullus ex illis fugiens. - נִמְלַט, Niph. *evado.* Prov. XIX, 5. ἐγκαλῶν ἀδίκως οὐ διαφεύξεται, qui iniuste aliquem accusat, non *salvus evadet.* *Symm.* Iob. XXII, 30. - נִצַּל, Niph. *eripior, eripio me, evado.* *Symm.* Ps. XXXII, 16. διαφεύξεται. - עָלַז, *exulto.* Ier. XI, 15. ἢ τούτου, sc. ἕνεκα, διαφεύξῃ; vel propter hoc *effugies?* ubi pro תַּעֲלֹזִי legisse videntur תַּחְלְפִי, *excedes, effugies.* Ex *Michaelis* sententia legerunt תָּעוּזִי, ab עוּז, *fugere.* - פָּלִיט, *evadens.* *Symm.* Ies. XLV, 20. διαπεφευγότες, qui *salvi evaserunt.* LXX οἱ σωζόμενοι. Idem Gen. XIV, 13. LXX Ios. VIII, 23. 2 Reg. IX, 15. - שָׂגַב, *robustus sum.* Deut. II, 36. οὐκ ἦν πόλις, ἥτις διέφυγεν ἡμᾶς, nulla urbs *potestati nostrae resistere* potuit. Bene quoad sensum. - *שָׂרִיד, *superstes.* Ios. XI, 8. sec. *Ald.* διασεσωσμένον καὶ διαπεφευγότα: ubi duae versiones coaluerunt. Idem valet de lectione *Cod. Oxon.* σεσωσμένους καὶ διαπεφευγότας. Cod. *Vat.* habet tantum διασεσωσμένον.

ΔΙΑΦΘΕΙΡΩ, *corrumpo, vasto, perdo, destruo, interficio, trucido.* הֵמִית Hiph. a מוּת, *occido.* 1 Sam. II, 27. ἐβούλετο Κύριος διαφθεῖραι αὐτοὺς, volebat Dominus *occidere.* Sic *Aelianus V. H.* VIII, 9. διέφθειρε τὸν Ἀρχέλαον. Ibid. XIII, 45. - הִתְעַוֵּת Hithp. *perverto, corrumpo me.* *Symm.* Cohel. XII, 3. διαφθαρῶσι ἄνδρες οἱ ἰσχυροὶ, *interficiantur* viri fortes. - חבל Pih. et Chald. חַבֵּל et אִתְחַבַּל, Pah. et Ithp. *Aqu.* Cant. VIII, 5. διεφθάρη. *Vulg. corrupta est.* Significat autem ibi διαφθείρειν *corrumpere* s. *vitiare virginem.* Interpretationem autem hanc vulgari longe praeferendam esse, quis non videt? Legit autem *Aquila* חִבְּלָה. *Symm.* Cant. II, 15. - LXX Cohel. V, 5. Mich. II, 10. Dan. IV, 20. (ubi vid. *Scharfenb.*) VII, 14. ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται, regnum eius non *destruetur.* - חָרֵב, *exsiccor.*

Iud. XVI, 7. 8. *νευρίας μὴ διεφθαρμένας*. Bene quoad sensum. – *שַׁחָה, *depressio, humiliatio. Symm.* Mich. VI, 14. Legisse videtur שָׁחַת, aut sensum secutus est. – *מָחָה, *deleo.* 2 Reg. XIV, 27. ubi *διαφθείρειν* est *prorsus delere, penitus perdere*, et cum *ἐξαλείφειν* in codd. permutatur. – סָחַב, *traho.* Ier. L, 45. Sc. vox hebr. ex usu l. arab. شَحَبَ etiam *abradere* ac *depascere* notat. – פִּלֵּל Pih. *iudico.* Ez. XVI, 51. *ἐν ᾗ διέφθειρας τὰς ἀδελφάς σου*, qua *perdendas iudicasti* sorores tuas. – *פָּרַץ, *divido. Symm.* Ex. XIX, 22. Bene quoad sensum. – שְׁחִיתָה, Chald. *corruptum.* Dan. II, 9. *διεφθαρμένον, falsa* et *mendacia.* – שָׁחַת: הִשְׁחִית et נִשְׁחַת, *Pih. Hiph.* et *Niph. Inc.* 1 Sam. XXVI, 9. ubi in notione *necandi* legitur. *Οἱ Γ'* Ez. XVI, 47. *διέφθειρας ὑπὲρ αὐτάς*. Bene *Vulgatus: pene sceleratiora fecisti illis.* In eadem significatione morali legitur quoque apud LXX Iud. II, 19. *διέφθειραν* (sc. *τὰς ὁδοὺς αὐτῶν*) *ὑπὲρ τοὺς πατέρας*, corruperunt vias suas magis quam patres, h. e. maioribus suis sceleratiores fuerunt. Conf. *Drusii Miscell. cent.* II. c. 100. Iud. VI, 4. 5. XX, 21. – שְׁנָא, Chald. *muto me, mutor.* Dan. VII, 19. *τοῦ διαφθείροντος πάντα:* ubi non sunt aliam lectionem secuti, sed vel sensum male expresserunt, vel ex aliis locis rescribendum erit *τοῦ διαφέροντος παρὰ πάντα*, ut observavit ad h. l. *Scharfenb. Iustinus M. καταφθείροντος* habet. Sap. XVI, 5. *δήγμασι δὲ σκολιῶν διεφθείροντο ὄφεων*, morsibus autem curvorum serpentum *enecabantur.*

*ΔΙΑΦΘΟΝΕ'Ω, *invideo.* Esth. VI, 5. in ed. *Usserii vet. alt.* p. 152. *καὶ νοήσαντες οἱ νεανίσκοι διεφθόνουν αὐτῷ. K. Διαφθονεῖσθαι* pro *invideri* affertur e *Chrysostomo*, teste *H. Stephano.*

ΔΙΑΦΘΟΡΑ', *corruptio, perditio, vastatio,* it. *fovea.* *בֹּשֶׁת, *pudor.* Soph. III, 5. sec. cod. *Alex. ἐν διαφθορᾷ.* Legerunt בְּשַׁחַת. – חֲבָל *Chald.* Dan. III, 26. et VI, 23. – חֶבֶל, quod etiam *funem* notat. Hos. XI, 5. *ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων ἐξέτεινα αὐτούς*. Scil. חֲבָל ex usu l. arab. جَبَلَ notat *corrupit, perdidit.* Vide ad h. l. *Steph. le Moyne Obss. ad Varia Sacra* p. 306. – מַדְחֵפֹת plur. *impulsiones.* Ps. CXXXIX, 12. – מַכְאוֹב, *dolor.* Ier. LI, 8. – מַסָּח, *evulsio, destructio. Οἱ λοιποὶ* 2 Reg. XI, 6. *ἀπὸ διαφθορᾶς*, ex *Theodoreto* ad h. l. qui sic habet: *τὸ μεσαὲ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ἀπὸ διαφθορᾶς εἰρήκασι· τουτέστι μετὰ πάσης φυλακῆς, ὥστε μηδεμίαν γενέσθαι βλάβην ἐν τῷ οἴκῳ τῷ θείῳ.* In *Coislin.* 2. perperam legitur *ἀπὸ διαφορᾶς*. – מַשְׁחִית, *corruptio.* Ez. XXI, 31. Dan. X, 8. – שֹׁד, *vastatio. Symm.* Hos. VII, 13. – שׁוּחָה, *fovea, fossa.* Prov. XXVIII, 10. *εἰς διαφθορὰν αὐτὸς ἐμπεσεῖται.* Non lege-

runt שחת, ut nonnulli opinati sunt, sed sensum secuti s - שחית, idem. Ps. CVI, 20. Thren. IV, 20. - שחת, per *tio*, it. *fovea*. Ps. IX, 15. XV, 10. XXIX, 11. Conf. *D sium Quaest. ebr.* lib. II. qu. 45. *Aqu.* Ps. VII, 16. P XXVI, 17. Cf. *Colomesium Obss. Sacr.* p. 612. - שחת: שחת Pih. et Hiph. Ierem. XIII, 15. XV, 5. Hos. XIII, Esdr. IV, 59. διαφθορὰ, sec. cod. *Alex.* Sine dubio scrips διαφθορὰν, *corruptionem largitionibus effectam*, aut διαφ ρια. Sir. XXXIV, (al. 31.) 5. διαφθορά. Num *opes cadu et corruptibiles?* Sed potest quoque per *exitium* reddi.

ΔΙΑΦΛΕΓΩ, *exuro.* בער, idem. Ps. LXXXII, 15. πῦρ, ὃ διαφλέξει δρυμόν.

ΔΙΑΦΟΒΕΩ, *perterrefacio.* שסה, *diripio.* Ier. X 16. ἔσονται οἱ διαφοβοῦντές σε εἰς διαφόβημα: ubi alii rectius habent διαφοροῦντες, quanquam et altera lectio q dammodo defendi potest.

ΔΙΑΦΟΒΗΜΑ, *terror*, *perterrefactio*, ac per m nymiam *obiectum terroris.* משסה, *direptio.* Ier. XXX, ubi alii rectius, ut videtur, διαφόρημα habent, quod v infra.

ΔΙΑΦΟΡΑ, *differentia*, *discrimen.* שחת, *perditio.* XXXIII, 28. διαφορὰν sec. *Ald.* ubi tamen alii rectius διαφ ρὰν exhibent. Sap. VII, 20. Prol. Sir. 1 Macc. III, 18. ἔστι διαφορὰ ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ, non est differentia in c spectu coeli, seu Dei: ubi *Syrus* per ܟܠܝܐ, *obstacul* non male quoad sensum reddidit.

ΔΙΑΦΟΡΕΩ, *dissipo*, *distraho*, etiam *diripio*, *sp* שסה, *diripio.* *Al.* Ier. XXX, 16. ἔσονται οἱ διαφοροῦντές εἰς διαφόρημα, qui te *diripiunt*, iterum diripientur. Ita *Vat.* ubi tamen plerique libri habent: οἱ διαφοβοῦντές σε διαφόβημα. Sed prior lectio, quae magis textui hebr. resp det, praeferenda est, et confirmatur iudice *L. Bos.* ex *sychio*, apud quem ipsissima haec verba διαφοροῦντές σε ponuntur παίζοντές σε. Apud eundem etiam διαφόρημα παίγνιον, ut et apud *Suidam.* Vide *Cappelli notas criticas* h. l. p. 529.

ΔΙΑΦΟΡΗΜΑ, *dissipatio*, *distractio*, *direptio*, eti *ludibrium.* משסה, *direptio.* *Al.* Ier. XXX, 16. Sic et vento dissipatae dicuntur esse *ludibrium venti.* Vide m ante in διαφορέω. *Zonaras Lex.* διαφόρημα, τὸ παίγνιον.

ΔΙΑΦΟΡΟΣ, *differens*, *diversus*, *praestans*, *excell* אלהים, *Deus.* *Symm.* Gen. I, 27. ἐν εἰκόνι διαφόρῳ, in i gine excellenti. Haud ignoravit nempe doctus interpres, cem *Deus* aliis vocibus addi ad summam alicuius rei pr stantiam indicandam. - כלאים dual. *diversa genera.* De XXII, 9. οὐ κατασπερεῖς τὸν ἀμπελῶνά σου διάφορον, ne c

seras vineam tuam *rebus diversi generis:* ubi loco διάφορον in aliis libris legitur δίφορον, quod est fortasse alius interpretis, nam utrumque locum habere potest. *Gloss. in Octat.* διάφορον, ἀνομοιογενές. - שְׁנָיָה part. foem. Chald. Dan. VII, 19. - שְׁנַיִם dual. *duo.* Esdr. VIII, 26. σκεύη χαλκοῦ στίλβοντος ἀγαθοῦ διάφορα, vasa ex aere fulgenti bono *praestantia*, aut potius: *varia.* - *שָׁנִי, *iteratum*, sc. *tingendo*, *dibaphum. Aqu.* Ex. XXVIII, 8. *Inc.* ib. v. 5. Vterque videtur שְׁנִי legisse. 3 Esdr. IV, 39. οὐ λαμβάνει πρόσωπον, οὐδὲ διάφορα: ubi διάφορον notat *pecuniam*, *munera.* De lectione cod. *Alex.* διαφθορὰ vide supra s. h. v. In eadem *pecuniae* notione legitur quoque 2 Macc. I, 35. III, 6. ubi supplendum χρῆμα, quod additur apud *Theophrast. Charact.* c. 10. Adde *Polyb.* XXIII, 8, 11. διάφορα προτείνειν, *pecuniam offerre. Dionys. Hal.* VI, 58. T. II. p. 1172. ed. *Reisk.* πρὸς πολὺ διάφορον, καὶ ἐπὶ μεγάλοις δανεισθὲν τόκοις, multa pecunia mutuo data, idque magno foenore. Conf. *Vorstium de hebr. N. T.* p. 452. ed. *Fisch.*

* ΔΙΑΦΟ'ΡΩΣ, *diverse*, *varie.* Dan. VII, 7. pro chald. מְשַׁנְיָה, *varia s. diversa erat*, διαφόρως χρώμενον παρὰ πάντα τὰ πρὸ αὐτοῦ θηρία.

ΔΙΑΦΡΑΓΗ'. פָּרִיץ, part. Pah. *ruptum.* Vide supra s. v. διασφαγή.

ΔΙΑΦΥΛΑ'ΤΤΩ, *custodio*, *servo*, *conservo.* חָרַף, *probro afficio.* Lev. XIX, 20. αὕτη οἰκέτις διαπεφυλαγμένη ἀνθρώπῳ, h. e. *desponsata* viro, quam notionem voci hebr. interpretes Iudaici tribuunt. Vide ad h. l. *Schultens.* in *Opp. min.* p. 145 sequ. - נָצַר, *tueor*, *custodio.* Deut. XXII, 10. - שָׁמַר, *servo*, *custodio.* Deut. VII, 12. διαφυλάξει σοι Κύριος τὴν διαθήκην, *servabit* tibi Deus foedus. Iob. II, 6. Prov. VI, 24. τοῦ διαφυλάσσειν σε ἀπὸ γυναικὸς ὑπάνδρου, ut *conservent* te a muliere viro subiecta. Ier. III, 5. sec. cod. *Alex.* et *Compl.* ubi cum φυλάσσειν in Codd. permutatur. Sap. X, 12. διεφύλαξεν αὐτὸν ἀπ' ἐχθρῶν, *conservavit* eum ab inimicis.

ΔΙΑΦΩΝΕ'Ω, *dissono*, *discrepo*, *desum*, *desideror*, *pereo*, *morior.* גָּזַר, *abscindo.* Ez. XXXVII, 11. ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν, periit spes nostra, *actum est de nobis. Hesych.* διαπεφωνήκαμεν, ἀπωλόμεθα. Διαφωνεῖν, explicante *Hemsterhusio* ad locum *Hesychii*, est *prae lassitudine, vocisque nimia contentione ad incitas redactum esse*, tum etiam *animam agere atque efflare.* Conf. *Bocharti Hieroz.* P. II, p. 649. - *הָלַךְ, *eo*, etiam *pereo*, *intereo. Symm.* Ps. LVIII, 9. ubi *Montf.* διαφωνεῖ male reddidit *dissonat*, cum potius reddendum fuisset *perit.* Nonnulli coniecerunt, legendum esse διαβαίνει, *consumitur.* - נֶעְדַּר Niph. *desum.* 1 Sam. XXX, 19. οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς (sc. τι) ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, non

defuit illis aliquid a parvo usque ad magnum. Conf. Iudith. X, 13. et *Baduellum* ad h. l. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* καὶ οὐ διεφώνησεν, οὐ διέφυγεν. – נָפַל, *cado.* Ios. XXIII, 14. ἐν οὐ διαπεφώνηκεν ἐξ αὐτῶν, nullum eorum *irritum factum est*, seu *eventu caruit.* In *Vat.* legitur οὐ διεφώνησεν ἐ. α. Conf. 1 Reg. VIII, 56. – נִפְקַד Niph. *desum*, et פָּקַד. Num. XXXI, 49. οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς, nullus eorum *periit. Suidas:* διαπεφώνηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφῆκε, τουτέστιν ἀπέθανεν. Confer *Is. Vossium* de *LXX Intt.* cap. 5. p. 11. 1 Sam. XXV, 15. ubi *Vulg. periit* habet. *Symm.* 1 Sam. XXV, 21. et 2 Sam. II, 30. διαπεφωνήκασι, ubi διαφωνεῖν, quia de militibus sermo est, non simpliciter *deesse* aut *desiderari* notat, sed *in visitatione* aut *lustratione desiderari* significat. *Vulg. defuerunt.* LXX sec. cod. *Norimb* aut potius *Inc.* (quem *Symmachum* esse suspicor) Ier. XXIII, 4. – שָׁלַח יָד, *mitto manum.* Exod. XXIV, 11. τῶν ἐπιλέκτων οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς. *Bonfrerius* in *Comment.* ad h. l. legendum existimat: οὐ διεφόνησεν οὐδὲ ἕνα, *non interfecit neque unum.* Sed non opus esse hac coniectura ex hucusque dictis apparet, nec verbum διαφονέω apud graecos scriptores, quantum equidem scio, legitur. Iudith. X, 13. τῶν ἐπιλέκτων οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς, nullus militum tuorum *desiderabitur.*

ΔΙΑΦΩΤΙΖΩ, *illumino.* אוֹר, *lux.* 1 Sam. XIV, 36. sec. *Compl.* 2 Sam. II, 32. διεφωτίσθη sec. *Compl.*, dies *illuxit* ipsis: ubi reliqui libri habent διέφαυσεν. Nehem. VIII, 3.

ΔΙΑΧΑΡΑΤΤΩ, *delineo.* חָקָה, idem. *Theod.* Ies. XLIX, 16.

ΔΙΑΧΕΙΡΟΟΜΑΙ, *manibus conficio, interficio.* שָׁלַח יָד, *mitto manum.* Iob. XXX, 24. εἰ γὰρ ὄφελον δυναίμην ἐμαυτὸν διαχειρώσασθαι, utinam vero possem memet ipsum interficere.

ΔΙΑΧΕΩ et *ΔΙΑΧΥΩ*, *diffundo*, *dissipo.* הִפְרִישׁ, Hiph. *pungo.* Prov. XXIII, 32. ὥσπερ ὑπὸ κεράστου διαχεῖται αὐτοῦ ὁ ἰός: ubi sine dubio respexerunt notionem *diffundendi* ac *dispergendi*, quam vox פָּרַשׂ cum Sin scripta habet, aut putarunt, in voce hebr. latere notionem *diffundendi:* basiliscus enim morsu diffundit venenum suum. – נִטַּשׁ, *diffundo me.* 1 Sam. XXX, 16. διακεχυμένοι ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, *dissipati* in omni terra. – פּוּץ, *dispergor.* Zach. I, 17. διαχυθήσονται πόλεις ἐν ἀγαθοῖς, urbes *abundabunt* seu *redundabunt* bonis. Arab. فيض notat *redundavit fluxus, manavit.* – פִּזַּר, *dispergo.* Ier. III, 13. – פָּשָׂה, *diffundo me.* Lev. XIII, 22. 27. XIV, 40. 44. 48. *Hesych.* διαχύσει, ἁπλώσει. – צָעָה, *peragro.* Ier. II, 20. διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου, *diffundar* in fornicatione mea. Non male. Cf. *Schroe-*

deri Obss. ad *Origg. hebr.* p. 41. *Michaelis in Supplem.* p. 2119. putat, LXX pro אַהֲצַעֲה, *supervagans*, in *Hithpael* legisse אֶתְצַיָּה, non rigide grammatice, esse enim debuisset אצטעה. - צָרִים plur. ex צַר. Ez. XXX, 16. διαχυθήσεται ὕδατα. *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. p. 556. legisse videntur צָרֵי מַיִם, nam צְרָה *Chaldaeis* est *vastare*. - שָׁפַךְ, *effundo*. *Symm.* Ps. XLI, 5. διέχεα ἐπ' ἐμαυτὸν, ubi de lacrymis dicitur hoc sensu: *deploro sortem meam, summa afficior tristitia*. - שָׁקָה Pyh. *irrigor*. Iob. XXI, 25. μυελὸς δὲ αὐτοῦ διαχεῖται, medulla autem eius *se diffundit*. Dan. III, 47. sec. *Chis.* διεχεῖτο ἡ φλὸξ ἐπάνω τῆς καμίνου. Sap. II, 3. τὸ πνεῦμα διαχυθήσεται, spiritus hominis in morte *diffunditur*, seu: *in nihilum abit*. Ib. V, 15. ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμου διεχύθη. Ibid. VIII, 11. διαχέσει sec. *Compl.* futuro pro praesenti posito, *effundit*, uti *Vulgatus* habet. 2 Macc. X, 28. ἄρτι δὲ τῆς ἀνατολῆς διαχεομένης, iam autem ortu solis, seu sole oriente *diffuso*, eleganter pro *super terram exorto*.

ΔΙΑ΄ΧΥΣΙΣ, *diffusio*. פְּשׂוֹת inf. *diffundendo*. Lev. XIII, 22. 27. 35. et Lev. XIV, 48. ubi nihil est in textu hebraeo.

ΔΙΑΧΡΙ΄Ω, *perungo*. מָשַׁח, *ungo*. Lev. II, 4. VII, 2. διακεχρισμένα ἐν ἐλαίῳ, ubi alii libri κεχρισμένα habent.

ΔΙΑ΄ΧΡΥΣΟΣ, *deauratus, auro intextus*. 2 Macc. V, 2. ἱππεῖς διαχρύσους στολὰς ἔχοντας, equites stolas auro intextas habentes. Sic apud *Pollucem* lib. IV. c. 18. segm. 116. χλαμὺς διάχρυσος, chlamys *auro texta*. Fiebat illa ex stamine, cui subtemen ex aureis filis imponebatur. *Virgilius* (*Aen.* III, 483.) eleganter expressit: *et picturatus auri subtemine vestes*, et alibi (*Aen.* XI, 144.): *vias discriminat auro*. Similiter *Diodorus Sic.* lib. XVII. c. 77. διάλευκον χιτῶνα vocat *tunicam albo intextam*, vel: *cuius stamen purpureum erat, subtemen vero aut trama alba*. Vide *Blancardi not. ad Arrian. de exped. Alex.* p. 256. et *Brissonium* de *regn. Pers.* lib. I. §. 59. p. 77.

ἹΜΑΤΙΣΜΟ΄Σ ΔΙΑ΄ΧΡΥΣΟΣ, *vestitus auro intextus*. כֶּתֶם אוֹפִיר, *aurum insigne Ophir*. Ps. XLIV, 11. ubi vide reliquos intt.

ΔΙΑΧΩΡΕ΄Ω, *separo*. Sir. XXXIII, 11. ἐν πλήθει ἐπιστήμης διεχώρησεν αὐτοὺς, pro summa sua sapientia *separavit* eos, sc. homines. Conf. sequ.

ΔΙΑΧΩΡΙ΄ΖΩ, *separo, distinguo*, et διαχωρίζομαι, *separo me, discedo*. הִבְדִּיל Hiph. Gen. I, 4. 6. 2 Par. XXV, 10. διεχώρισεν (sc. τινὰς) τῇ δυνάμει. Neh. X, 28. sec. *Compl.* - הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio*. Gen. XXX, 32. - הִפְרִיד: נִפְרַד Hiph. et Niph. *Symm.* Prov. XVII, 9. LXX Gen. XIII, 9. διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ, *discede* a me, coll. v. 11. et 14. ubi cum χωρίζειν et ἀποχωρίζειν in codd. permutatur.

2 Sam. I, 23. ubi οὐ διακεχωρισμένοι videtur esse glosser seqnitur enim οὐ διεχωρίσθησαν. Certe alterutrum partim se, partim per textum hebr. superfluum est. Prov. XVI, διαχωρίζει φίλους, divellit amicos, s. familiares. - Niph. Ez. XXXIV, 12. - *פָּלָא, Hiph. הִפְלִיא, mirabil facio s. ago. Iud. XIII, 19. διεχώρισε ποιῆσαι sec. Vat. permutarunt פָּלָא cum פָּלַג aut פָּלָה, ut nonnullis visum sed respexerunt notionem separandi et segregandi, qu vox arab. فلا habet, coll. hebr. פָּלָה. - שִׂית, pono. C XXX, 41.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ, quod fidibus intercinitur, variatio ac modulationis inter canendum. סֶלָה, vox in musica hebr usitata, de cuius tamen vera significatione magnus est sensus interpretum. Ps. III, 2. IV, 4. et alibi saepissime Psalmis, ac Hab. III, 2. In omnibus his locis *Meibomius* Davidis Psalmos duodecim p. 57. διχάψαλμα (bis cane praecedentia esse) aut ἀνάψαλμα (retrorsum canendum e legendum coniicit. *Hesych.* διάψαλμα, μουσικοῦ μέλοι ῥυθμοῦ τροπῆς γινομένης, ἢ διανοίας καὶ δυνάμεως λόγου ἐ λαγή. *Euthymius Zigabenus Praef. in Psalm.* p. 179. *Steph. le Moyne in Var. Sacr.* διάψαλμα μεταβολὴν σημ νοήματος ἢ μέλους, ἢ ἀναβολήν τινα κρούματος, ἢ τηνικ θείου πνεύματος ἔλλαμψιν εἰς τοὺς ψάλλοντας. ἀπεγράφοντο ταῦτα πάντα διὰ τὴν ἀκρίβειαν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ψαλμα, μετάβασις. Vide et aliorum explicationes apud cerum *Thes. Eccl.* T. I. p. 890.

ὨΙΔΗ ΔΙΑΨΑΛΜΑΤΟΣ, canticum, quod fid intercinitur, aut cantus variatae modulationis. ין סֶלָה meditatio per variatam modulationem vocis, seu sec. canticum laudationis. Ps. IX, 17.

ΔΙΑΨΕΥΔΟΜΑΙ, mentior, fallo, decipio. כָּזַב Pih. et Niph. 2 Reg. IV, 16. μὴ διαψεύσῃ τὴν δούλην σου mentiaris ancillae tuae. Iob. XL, 27. *Inc.* Num. XXIII διαψευσθῆναι. *Symm.* Ps. CXV, 11. *Aqu. Symm.* Hab. I *Theod.* Iob. XL, 28. διεψεύσατο, ubi de spe frustrata se est. 1 Macc. XIII, 19. διεψεύσατο, mentitus est.

ΔΙΑΨΕΥΣΜΑ, mendacium. כָּזָב, idem. *Aqu.* Ps. I 5. et Ps. CXV, 11.

ΔΙΑΨΗΛΑΦΑΩ, palpo, pertrecto. גָּשַׁשׁ, Pih. i *Symm.* Ies. LIX, 10. διαψηλαφήσομεν. Legitur praeterea XXXI, 34. ubi cod. 58. *Holm.* hoc additamentum habet: διεψηλάφησε Λαβὰν σύμπασαν τὴν σκηνὴν, καὶ οὐχ εὗρε: nihil respondet in textu hebr.

ΔΙΑΨΙΘΥΡΙΖΩ, susurro, murmuro, garrio. Sir. 24. πολλὰ διαψιθυρίσει, multa garriet, h. e. sparget rumores.

ΔΙΒΑΦΕ'Σ, *bis tinctum*. שְׁנִי, *iteratum*, scil. *tingendo*, *dibaphum*. Οἱ λοιποὶ Ex. XXV, 4.

ΔΙ'ΒΑΦΟΣ, *bis tinctus*. שָׁנִי, *iteratum*, sc. *tingendo*, *dibaphum*. *Aqu*. Exod. XXV, 4. *Symm*. Ex. XXVIII, 5. XXXV, 23. *Cicero* lib. II. *Epist*. X. ad *Atticum*: *Sacerdotii* διβάφῳ *vestiant*. Conf. *Braunium* de *vest. sacr. Hebr*. lib. I. c. 15. §. 214. et *Gatakerum advers*. p. 403.

ΔΙΓΛΩΣΣΟΣ, *bilinguis*, *calumniator*, *detractor*. רָכִיל, *detractor*. Prov. XXIV, 22. – הֹלֵךְ רָכִיל, *ambulans tanquam detractor*. Prov. XI, 13. Sir. XXVIII, 14. ψίθυρος καὶ δίγλωσσος, susurro et *calumniator*. *Hesych*. Δίγλωσσον, διχόθυμον. Idem alibi: διχόθυμος, διάβολος.

ΔΙΓΟΜΙ'Α, *duplex onus*, *duplex sarcina*, a δὶς, *bis*, et γόμος, *onus*. מִשְׁפְּתַיִם. *Theodot*. et LXX sec. Rom. et *Cat. Niceph*. Iud. V, 16. *Doederleinius* in *Repertorio bibl. et or. literat*. T. I. p. 226. varias de hac voce coniecturas protulit: διχῶμα, *locus utrinque aggere cinctus*, διγωνία, et, quod ab ipso praefertur, αἰγονομία. Ex coniectura *Koehleri* ad h. l. loco τῆς διγομίας reponendum est διχοτομίας. *Semlerus* eandem vocem in διvομίας mutare voluit. *Bonfrerius* in Comm. ad h. l. p. 264. coniicit legendum ἀναμέσον τῆς διγνωμίας, *inter duas sententias*, *quasi dubius* scilicet *et anceps*. Inter varias has coniecturas praeferenda mihi videtur lectio ἀναμέσον τῆς διγωνίας, *in medio duorum angulorum*, quam probabilem reddit sensus totius loci, qui est hic: cur bello neglecto habitas sedesque otiosus inter septa et caulas tuas, delectatus gregum tuorum balatibus, interea sc. dum fratres tui pugnant pro communi bono ac tranquillitate publica. Sed nec omnino spernenda est lectio διγομία, ut διγομία sint *duae sarcinae*, *quibus asini*, *equi*, *muli et alia eiusmodi iumenta onerari solent*, a γόμος, quod est *pondus*, *quo navis oneratur*. Confer etiam ad h. l. *Scharfenbergium*.

ΔΙΔΑΚΤΗ'Ρ, q. d. *documentum*. Mirum et novum vocabulum, quo usus est *Aquila* Iud. III, 31. pro hebr. מַלְמַד, *stimulus boum*, deceptus ambiguitate verbi לָמַד, quod non solum *didicit* aut *docuit* significat, sed etiam *pupugit*, *verberavit*, ut adeo מַלְמַד ipsi fuerit quasi *instrumentum ad docendum boves*.

ΔΙΔΑΚΤΟ'Σ, *doctus*, *eruditus*. לִמּוּד, idem. Ies. LIV, 13. τοὺς υἱούς σου διδακτοὺς Θεοῦ, *liberos tuos edoctos a Deo*. Conf. Ioh. VI, 45. et ad illum locum Intt. Praepositionem ὑπὸ autem ibi subintellegendam esse docet *Schwarzius Comment. Crit. l. gr. N. F*. p. 348. (Adde Ies. XXIX, 13. Vid. *Bruns* ad calcem *Kennicott*. Diss. Gen. *K*.) 1 Macc. IV, 7. οὗτοι διδακτοὶ πολέμου, hi rei militaris *periti*. Cant. III, 8. dicuntur δεδιδαγμένοι πόλεμον.

*רַחֲמִים, *misericordia*. Dan. IX, 9. sec. cod. *Chis.* – *רַעֲנָן, *viridis.* *Ed. Sexta* Ps. XXXVI, 35. ubi δικαιοσύνη *statum felicem ac prosperum* e notione δικαίου, *quod tale est, quale esse debet*, significare mihi videtur. Fieri tamen quoque potuit, ut auctor huius versionis רַעֲנָן sensu metaphorico acceperit, ut sit *pius, probus*. Conf. *Lex. N. T.* s. v. ὑγρός. – תָּמִים, *integritas*. Ios. XXIV, 14. Sir. XVI, 22. ἔργα δικαιοσύνης, iustitiae divinae seu *iustae vindictae* divinae exempla. 1 Macc. II, 29. multi, qui crudelitate regis Antiochi prohibiti erant legem Mosaicam rite observare, dicuntur in desertum fugisse ζητοῦντες δικαιοσύνην καὶ κρίμα, h. e. ut secure possent operam dare *institutis* et *legibus Mosaicis*. Conf Matth. III, 15. et ibi *Theophylactum*. Sap. V, 18. est *iustitia forensis*, coll. II, 11. et VI, 4. Sap. I, 15. δικαιοσύνη pro δικαιοσύνην ποιοῦντες, *virtuti* s. *probitati studentes*, coll. Ioh. XI, 25. et *Luciano Amor*. T. II. p. 404. ed. *Reitz*. ubi παιδείας ὄχλος est turba *eruditorum*. Sap. XIV, 7. γίνεται δικαιοσύνη. *verus Dei cultus* servatus et propagatus est, coll. v. 8. Alii de *iusta mercatura* intellegunt. Tob. XIV, 11. δικαιοσύνη, *beneficentia, liberalitas*, ubi cum ἐλεημοσύνη permutatur. Tob. II, 14. δικαιοσύναι, *beneficia*, i. q. ἐλεημοσύναι, coll. I, 16. XII, 9. XIV, 9. ac *Gatakeri Opp. critt.* p. 521.

ΦΥΛΑ'ΣΣΩΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥ'ΝΗΝ, *custodiens iustitiam*. צַדִּיק. Ies. XXVI, 2.

*ΔΙΚΑΙΟ'ΤΕΡΟΣ 'ΑΝΑΦΑΙ'ΝΩ. צָדַק. *Symm.* Iob. IX, 20. אִם־אֶצְדָּק, *si iustificavero me*, ἐὰν δικαιότερος ἀναφανῶ. Quid si legatur ἐὰν δικαιότερον ἀναφανῶ, vel ἀποφανῶ, subaudito ἐμὲ s. ἐμαυτόν? Bene autem *Symm.* usus est comparativo δικαιότερος, h. e. *iustior, quam vere sum*.

ΔΙΚΑΙΟ'Ω, *iustifico, iustum censeo* vel *pronuncio, absolvo, causam alicuius ago*, et δικαιόομαι, *iustificor, iustus agnoscor, iustus sum, me iustifico, pius fio, absolvor, liberor*. בֹּחַן, *probatio*. Ezech. XXI, 18. ὅτι δεδικαίωται. *Vulg. quia probatus est.* Non legerunt נִבְחָנָה, ut *Dathius* opinatus est, sed sensum expresserunt. Qui enim probatus est, is quoque iustificatus dici potest. – הֵרִיב Hiph. a רִיב, *contendo, causam ago*. Ies. I, 17. δικαιώσατε χήραν, *causam agite viduarum*. Mich. VII, 9. ἕως τοῦ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δίκην μου, donec litem meam *disceptet*. – זָכָה: זִכָּה, Kal et Pih. *purus sum, purifico*. Ps. LXXII, 13. ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, ergo ego frustra *innocentiae studeo*. Mich. VI, 11. εἰ δικαιωθήσεται ἐν ζυγῷ ἄνομος; Legerunt הַזָּכָה, hoc sensu: num impius iudicabitur, seu: *censebitur* statera sua *iuste uti*, cum sint ipsi in sacculo pondera dolosa? – צָדַק in Kal, Pih. Hiph. et Hithp. Gen. XXXVIII, 26. δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ, iusta magis est Thamar quam ego.

Vide et Ps. XVIII, 10. et conf. Luc. XVIII, 14. Gen. XLIV, 16. τί δικαιωθῶμεν; quomodo iustificabimur? seu: *nos defendere audeamus?* Ex. XXIII, 7. οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, non *iustum pronunciabis*, vel *absolves* sontem propter munera. Vide et Deut. XXV, 1. 1 Reg. VIII, 32. Ies. L, 8. Ps. L, 5. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, ut iustus vel *verax agnoscaris* in verbis tuis. Psalm. CXLII, 2. Ies. XLV, 24. - צֶדֶק, *iustitia*. Ies. XLII, 21. - *צְדָקָה, *idem*. *Symm.* Ier. XXIII, 6. Legit צַדְּקֵנוּ in *imper. Pih.* - שָׁפַט, *iudico*. 1 Sam. XII, 7. ubi *in ius vocare* aut *repetere rationem* notat. Ez. XXIV, 44. Tob. XII, 4. δικαιοῦται αὐτῷ, *iuste ei debetur*, seu *tribuitur*. Sir. VII, 4. μὴ δικαιοῦ ἔναντι κυρίου, noli te domino tuo praesente *efferre* s. *laudare*. Ibid. X, 32. δικαιοῦν et δοξάζειν sunt synonyma. Ibid. XVIII, 1. κύριος μόνος δικαιωθήσεται, Deus solus *summa laude dignus est*, aut solus *verus Deus est*, *summam perfectionem habet*; unde in *Compl.* legitur δίκαιος, ubi vide sequentia. Sir. XIII, 26. de divitibus: ἐλάλησαν ἀπόῤῥητα, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτὸν, si turpia et scelesta loquitur, tamen eum *excusant* et *laudant*, coll. v. 27. ubi τῷ δικαιοῦν opponitur προσεπιτιμᾷν. Sir. XVIII, 23. μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι, ne *vitae emendationem* aut *sanctitatis studium* usque ad mortem differas: ubi δικαιοῦσθαι est *sancte vivere*, *emendare vitam*, quemadmodum e contrario οὐ δικαιοῦσθαι ibid. XXXI, 5. est *impie ac sceleste vivere*. Sir. XXIII, 14. οὐ δικαιοῦσθαι, *non impunem evadere*, *puniri*. Sir. I, 28. τῷ δικαιωθῆναι opponitur πτῶσις, *calamitas*, *exitium*, adeoque per *felicem esse* seu *evadere* reddendum est. Alii reddunt: *in iustitia conservari*, hoc sensu: in quaelibet peccata prorumpit et ruit. Ib. IX, 12. ἕως ᾅδου οὐ μὴ δικαιωθῶσι, *felicitas* enim eorum usque ad mortem non durabit. (Aliis δικαιοῦσθαι h. l. est: *immunem a poena esse. Vulg. non placebit*, sc. Deo.) Eodem modo etiam *felicitatis* notio latet in formula λογίζεσθαι εἰς δικαιοσύνην. 1 Macc. II, 52. coll. v. 51. Sir. XXVI, 32. οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας, mercator et caupo vix peccatum et fraudes *evitare* poterit, ubi δικαιοῦσθαι est *liberum esse aut manere ab aliqua re*, i. q. ἐλευθεροῦσθαι, et cum voce ἐξαιρεῖσθαι permutatur. Sic quoque δικαιοῦσθαι sumitur Rom. VI, 7. (ubi vid. *Syrus*) et 18. *Phav.* δεδικαίωται, ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται.

ΔΙΚΑΙ'ΩΜΑ, *ius*, *iusta ordinatio*, *statutum*, *praeceptum*, *iustificatio*, *causae defensio*. דֶּרֶךְ, *via*. Iob. XXXIV, 26. δικαιώματα δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνωσαν, ubi *vias Dei* de eius *legibus ac praeceptis* acceperunt, ut alias saepe sumuntur. - חֹק, *statutum*, *decretum*. Gen. XXVI, 5. ubi τὰ δικαιώματα cum vocibus προστάγματα et ἐντολαὶ iuncta reperiuntur. Vide et Ex. XV, 26. Num. XXX, 17. Deut. IV, 5. - חֻקָּה, idem.

Num. XXXI, 21. τοῦτο τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου, hoc est *statutum* legis. 2 Reg. XVII, 8. ἐπορεύθησαν ἐν τοῖς δικαιώμασι τῶν ἐθνῶν, ambularunt in *statutis* gentium. Ps. XVII, 25. – יָרִיב, *litigator*. Ier. XVIII, 19. ubi δικαίωμα est *iustificatio, causae defensio*, et loco יְרִיבַי sine dubio legerunt רִיבִי. – *מַעֲשֶׂה, *opus*. *Aqu. et Symm. sec. Euseb.* Ps. XLIV, 2. τὰ δικαιώματα. Si sana est lectio, nec reponendum ποιήματα, ut *Agellius* volebat, δικαίωμα h. l. *omne* notabit, *quod est recte, apte ac artificiose constructum*, v. c. carmen, de quo h. l. sermo est. – מִצְוָה, *mandatum, praeceptum*. Deut. XXX, 16. 1 Reg. II, 3. – מִשְׁפָּט. Ex. XXI, 1. Num. XV, 13. 1 Sam. II, 13. τὸ δικαίωμα τοῦ ἱερέως pro τοῦτο ἦν τὸ δ. τ. ἱ., hoc erat *institutum*, hic *mos*, haec *consuetudo* sacerdotum illorum. – פִּקּוּדִים plur. *mandata*. Ps. XVIII, 9. CXVIII, 27. 56 97. – צְדָקָה, *iustitia*. *Inc.* Prov. VIII, 20. ubi δικαίωμα est i. q. δικαιοσύνη. LXX 2 Sam. XIX, 28. τί ἐστί μοι ἔτι δικαίωμα; ubi δικαίωμα est *iustificatio*. Aliter accepit *Vulg.* qui habet: *quid ergo habeo iustae querelae?* h. e. ad quem igitur perferre possum iustas meas querelas? Itidem non male quoad sensum: nam tunc δικαίωμα est *innocentia*, qui enim iustas querelas habet, hic ad suam innocentiam provocare solet. – רִיב, *lis, contentio, causa*. Ier. XI, 20. πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου, tibi revelavi *causam* meam *iustam*. *Al.* Ier. XX, 12. δικαιώματά μου, ubi LXX habent ἀπολογήματά μου. – רְתֵת, *tremor*. Hos. XIII, 1. *Hieronymus* ait, se non videre, cur verterint δικαιώματα. Suspicor, eos legisse דָּתֹת a sing. דָּת, *lex*, quam vocem coniunxerunt cum sequentibus, hoc sensu: quas populus Israel de cultu divino et ceremoniis observandas acceperat leges, eas ad cultum idolorum et Baalis transtulit. Praeterea legitur apud LXX sec. *Oxon.* Ios. IV, 6. post σημεῖον, ubi nihil in textu hebr. legitur. Fortasse autem ibi δικαιώματος autem est ex διαπαντὸς, quod sequitur. Baruch. II, 19. ubi est i. q. δικαιοσύνη v. 18., *probitas, virtus*. Ibid. v. 17. mortui tibi non praestabunt δόξαν καὶ δικαίωμα, h. e. *iustam ac debitam* laudem. Sir. IV, 20.

ΔΙΚΑΙ'ΩΣ, *iuste*. צֶדֶק, *iustitia*. Deut. I, 16. XVI, 20. Prov. XXXI, 9. – תָּמִים, *perfectus*. Prov. XXVIII, 18. ὁ πορευόμενος δικαίως.

ΔΙΚΑΙ'ΩΣΙΣ, *ius, iudicium, causae defensio*. מִשְׁפָּט. Lev. XXIV, 22. δικαίωσις μία ἔσται τῷ προσηλύτῳ, idem *ius* obtineat inter vos erga peregrinum. – רִיב, *lis, controversia, causa*. *Symm.* Ps. XXXIV, 23. *Lysias*, docente *Suida*, δικαιώσεις appellat τὰς δικαιολογίας, *causae defensiones*.

ΔΙΚΑΣΙ'Α, *lis, litigatio, contentio*. רִיב, idem. *Aqu.* Prov. XVIII, 6. ἐν δικασίᾳ. Idem Iud. XII, 2. ubi tamen mihi reponendum videtur ἐν δικανίᾳ, ut una cum reliquis interpretibus legerit בְּרִיב. Idem Ps. XVII, 40. Prov. XVIII, 19.

Deut. I, 12. sec. cod. *Lips. Paul.* ubi male ad מַשָּׂא, *onus*, refertur. Fortasse autem ibi scribendum est δικάσια a δικάσιος. Caeterum vox δικασία Lexicis nostris ignota reperitur quoque pro מָדוֹן in *Vers. Graec. Venet.* Prov. XIX, 13.

ΔΙΚΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *forum iudiciale, tribunal.* יָרֵב, fut. Hiph. a רִיב, *litigabit.* Iud. VI, 32. sec. *Oxon. Ald. Compl.* δικαστήριον τοῦ Βάαλ, quae verba, si lectio sana nec orta est e sequenti θυσιαστήριον, reddenda sunt: *pertinet hoc ad iurisdictionem Baalis.*

ΔΙΚΑΣΤΗ'Σ, *iudex.* דִּין, *iudicium.* *Aqu.* Ps. LXVII, 6. – *מִשְׁפָּט, *iudicium.* *Inc.* 1 Reg. XX, 40. ἰδοὺ σὺ δικαστὴς, sc. σοῦ, ecce tu ipse iudex tibi fuisti, seu: contra te sententiam pronuntiasti, nempe narratione tua, quae praecesserat. – שֹׁפֵט, part. Ios. VIII, 33. 1 Sam. VIII, 1. 2. Ies. III, 2. – שָׁפַט, *iudico.* 1 Sam. XXIV, 16. Sap. VII, 11. ubi δικασταὶ in universum *principes* notare videntur, et cum βασιλεῖς coniunguntur, aeque ac IX, 7.

ΔΙ'ΚΕΛΛΑ, *ligo, bidens, instrumentum rusticum.* מַחֲרֵשָׁה, *vomer.* *Symmach.* 1 Sam. XIII, 20. *Suidas:* δίκελλα, γεωργικὸν ἐργαλεῖον. Idem haec verba ex antiquo scriptore subiungit: οὐ βουσὶ καὶ δικέλλῃ πορίζομένοις τὸν βίον, ἀλλ' ἵππῳ καὶ μαχαίρᾳ.

ΔΙ'ΚΗ, *ius, ultio, poena, vindicta,* it. *causa, actio.* דֶּבֶר, *pestis.* Hos. XIII, 14. ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ubi est *poena* s. *ultio* tua, o mors? Libere verterunt aeque ac *Symmachus*, qui πληγὴ h. l. habet. *Michaelis* in *Suppl.* p. 388. putat, eos רִיבְךָ legisse. *Humphr. Hodius* de *Bibl. text. orig.* Lib. III. P. I. p. 262. pro δίκη legendum censet νίκη, sed, ut puto, praeter necessitatem. LXX enim דְּבָרִים intellexerunt de *causa*, sive *lite*, ut Exod. XVIII, 16. XXIV, 14. – דִּין, *iudicium.* Ps. IX, 4. ἐποίησας τὴν κρίσιν μου καὶ τὴν δίκην μου, *iudicium et causam meam egisti.* – הָרִיב, Hiph. a רִיב, *litigo.* Amos. VII, 4. – חָרוּץ, *concisio, tribula.* Ioel. III, 14. ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, in valle ultionis. Scil. חָרַץ, *decidere*, notat quoque *sententiam* et *peremtorium iudicium pronuntiare*, ut multis exemplis docuit *Simonis* in *Lex. hebr.* pag. 617. unde etiam *Theodot.* h. l. per κρίσιν transtulit. *Glossar. MS. in Proph.* τῆς δίκης, τῆς κατὰ δίκαιον ἀνταποδόσεως, τιμωρίας. – *נִקָּה, *impunis sum.* *Symm.* Zach. V, 3. נִקָּה quoque *puniri* notat, v. c. Ierem. XXX, 11. et XLVI, 28. Hinc non opus esse videtur cum *Scharfenb.* ad *Cappelli Crit. S.* p. 879. statuere, eum legisse נִקַּם, Niph. verbi נָקַם, *vindicavit.* – *יֻקַּם, Hoph. a נָקַם, *vindicor.* *Aqu.* Genes. IV, 15. δίκην δώσουσι, ubi tamen vid. *Montfauc.* – נָקָם, *vindicta.* Lev. XXVI, 25. Deut. XXXII, 41. Ezech. XXV, 12. ἀνταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, retribuam *poenam* inimicis. *Gloss. MS. in Cant. Script.* δίκην, τιμωρίαν. Ex. XXV, 22. – נְקֹם, infin.

vindicando. Exod. XXI, 20. *δίκη ἐκδικηθήσεται.* - רִיב, *lis, controversia.* Iob. XXIX, 16. *δίκην δὲ, ἣν οὐκ ᾔδειν, ἐξιχνίασα, causam*, quam non intellegebam, investigavi. Ps. XXXIV, 26. *δίκην*, ubi *Symm.* *δικαίωσιν* habet. Psalm. XLII, 1. Sap. XVIII, 11. *ὁμοίᾳ δὲ δίκῃ δοῦλος ἅμα δεσπότῃ κολασθεὶς*, simili autem *poena* servus cum domino afflictus est. 4 Maccab. IV, 21. *ἡ θεία δίκη*, divina *ultio*. Vide *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΔΙ'ΚΗΝ, *instar, pro more, sicut, quemadmodum*, ita ut subaudiatur *κατά*. Sap. XII, 24. *νηπίων δίκην ἀφρόνων ψευσθέντες*, decepti *instar* puerorum stultorum. *Hesych.* *δίκην, καθάπερ, ὥσπερ, ὁμοίως.* - *δίκην, τρόπον.* ubi vide *Intt.* *Suidas: δίκην, τρόπον.*

ΔΙ'ΚΗΣΙΣ, *vindicatio, vindicta.* Sir. XLVII, 29. *ἕως δίκησις ἔλθῃ ἐπ' αὐτούς.*

ΔΙ'ΚΡΑΝΟΝ, *furca.* כֵּילַפּוֹת, plur. *mallei*, aliis *secures utrinque acutae, bipennes.* *Symm.* Ps. LXXIII, 6. *δικράνοις.* Vox legitur etiam in fragmento auctoris antiqui apud *Suidam* v. *δίκρανα.* En verba: *παρεσκεύαστο δὲ τὰ δίκρανα, ὥστε ἀπωθεῖσθαι τὴν τῶν λεγομένων σκαλῶν προσαγωγήν.*

ΔΙ'ΚΤΥΟΝ, *rete*, it. in plur. *δίκτυα, cancelli.* חֲרַכִּים, plur. *cancelli, clathri.* Cant. II, 9. *ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων*, prospiciens per *cancellos.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *δικτύων, καγκέλλων.* - מַכְמוֹר, *rete.* *Symm.* Psalm. CXL, 10. *δίκτυα.* - *סְבָךְ, *perplexitas.* *Symm.* Genes. XXII, 13. ubi non opus est statuere eum שְׂבָכָה legisse. Nam perplexitas illa, quam plerique de *dumo* intellegunt, commode etiam, immo melius adeo, de *reti* explicari poterat. - רֶשֶׁת, *rete.* Prov. I, 17. XXIX, 5. Thren. I, 14. - שְׂבָךְ (ש pro ס), *opus reticulatum.* 1 Reg. VII, 17. *ἐποίησε δίκτυα περικαλύψαι.* - שְׂבָכָה (ש pro ס), idem. 1 Reg. VII, 40. 41. 2 Reg. XXV, 17. sec. *Complut.* 2 Paral. IV, 12. 13. - *שַׁךְ, *desidere.* *Aqu. Symmach.* Ierem. V, 26. Fortasse legit שַׂךְ, cum *Sin.* Vide ad h. l. *Montfauconium.*

ΔΙΚΤΥΟ'Ω, *ad retis formam compono, retibus contexo, cancello.* שְׂבָכָה, *opus reticulatum.* 1 Reg. VII, 17. *δεδικτυωμένοι στίχοι*, ordines *reticulati.* - *שְׁקֻפִים, *prospectivae.* *Theod.* sec. *Coisl.* II. et LXX sec. *Compl.* 1 Reg. VI, 4. Fortasse legerunt שְׂבָכִים, sed ne opus quidem est, ut numerus variarum lectionum augeatur.

ΔΙΚΤΥΩΤΟ'Σ, *ad formam retis factus et distinctus, sive ob nodos, sive ob foramina, reticulatus, cancellatus.* אָטֻם, part. Pah. *clausus.* Ez. XLI, 16. *αἱ θυρίδες δικτυωταὶ*, fenestrae *cancellatae s. reticulatae*, quas *clathratas Plautus* dixit *Mil.* IV, 2, 26. Confer *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. VI. c. 15. p. 753. - אֶשְׁנָב, *fenestra.* Iud. V, 28. *διὰ τῆς δικτυωτῆς*, ubi vid. *Bonfrer. Comment.* p. 271. *Hesych.* *δικτυωτὴ, καγκελλωτή.* Ita quoque *Suidas* et *Phavorinus.* - רֶשֶׁת, *rete.* Exod.

XXVII, 4. XXXVIII, 4. ἔργῳ δικτυωτῷ, opere reticulato. – שְׂבָכָה, *reticulum*. 2 Reg. I, 2. διὰ τοῦ δικτυωτοῦ τοῦ ἐν τῷ ὑπερῴῳ αὐτοῦ, per *cancellos*, qui in coenaculo eius. Dicitur tamen δικτυωτὸν non ipsae modo fenestrae, aut reticulatum opus, sed etiam ipsum coenaculum huiusmodi fenestras habens, ut testis est *Hesychius* et *Phavorinus*, quorum haec verba sunt: δικτυωτὸν, ὑπερῷον, τὸ πολλὰς θυρίδας ἔχον. *Theodoretus* in *Quaest.* ad h. l. δικτυωτὸν, ὑπερῷον, οἶκος ἦν ὥρᾳ θέρους ἐπιτήδειος, πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδῶς κατεσκευασμένας, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Confer etiam *Schol.* apud *Montfauconium* T. I. pag. 368. Occurrunt etiam apud *Polyb.* XV, 30, 8. θύραι δικτυωταί.

*ΔΙΜΕΡΗ'Σ, *in duas partes divisus*, s. *divisus* simpliciter. Chald. פְּלִיגָה, *divisum*. Dan. II, 41. sec. *Chis. Aristot. hist. anim.* I. p. 774. D. et 799. A.

ΔΙ'ΜΕΤΡΟΝ, *duae mensurae*. סָאתַיִם, dual. ex סְאָה, *satum*. 2 Reg. VII, 16. 18. ubi alii δύο μέτρα habent.

ΔΙ'ΝΑ. שְׂאֵת, *excellentia*. Iob. XIII, 11. Admodum variant libri veteres in voce ἡ δῖνα, quae legitur apud LXX sec. Ed. *Rom.* Editio *Francof.* habet simpliciter δῖνα. Codex *Alex.* δίλλα, fortasse δειλία. Suspicor, scribendum esse δεινὰ, *gravia*, *terribilia*. *Valckenario* ad *Theocritum* p. 229. lectio cod. *Alex.* in margine posita δειλία, aeque vitiosa ac recepta, facile monstrare videtur genuinam δεῖμα, quam omni dubio carere arbitratur.

ΔΙ'ΝΗ, *vortex*, it. *turbo*. סוּפָה, *turbo*. *Al.* Iob. XXXVII, 9. αἱ δῖναι, ubi ex sententia *Bielii* scribendum est αἱ δῖναι. *Suidas*: Δῖναι, αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. Confer quae ex *Arriano* affert *Suidas* in v. δινήσας. *Hesych.* δίνη, συστροφὴ ὑδάτων. – *צוּרִים, *rupes*. LXX sec. *Vatic.* Iob. XXVIII, 10. δίνας δὲ ποταμῶν διέῤῥηξεν. Legendum est ibi θῖνας, ut habet *Ald.* et *Compl.* ac *Inc. Int.* etiam *Olympiodorus* in *Nicetae Catena* pag. 427. *Hieron.* et *August. ripas.* Δ et Θ facile inter se confundi potuerunt.

ΔΙΟ', *quapropter*, *propterea*. כִּי, *quia*. Ps. CXVI, 10. Conf. *Fesselii advers. sacra* lib. X. c. 1. p. 489. – לָכֵן, *ideo*. *Al.* Ies. XVI, 7.

ΔΙΟΔΕΥ'Ω, *permeo*, *transeo*. דָּרַךְ, *calceo*. Ies. LIX, 8. τρίβοι – ἃς διοδεύουσι. – *הוֹלִיךְ, Hiph. *ire facio*, *duco*. Deut. VIII, 2. διώδευσε sec. marg. cod. 106. *Holm.* Est sine dubio alius interpretis. – הִתְהַלֵּךְ, Hithp. *obambulo*. Genes. XIII, 17. διόδευσον εἰς τὴν γῆν, *transito* in terram. *Hesych.* διόδευσον, πέρασον. – עָבַר. Gen. XII, 6. Ps. LXXXVIII, 40. Ier. II, 6. IX, 11.

ΔΙ'ΟΔΟΣ, *via*, *per quam transitur*. דֶּרֶךְ, *via*. Prov. VII, 8. ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς. – חוּץ, *foras*, *platea*. *Inc.* Ier. XI, 13. LXX Ier. VII, 32. XIV, 16. ἔσονται ἐῤῥιμμένοι

ἐν ταῖς διόδοις, erunt proiecti in *viis*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *διόδοις, διαβάσεσι.* - מְסִלָּה, *via trita*. Iud. XXI, 19. Ies. XI, 16. - רְחֹב, *platea*. Deut. XIII, 16. Iudith. VII, 20. *ἐν ταῖς διόδοις τῶν πυλῶν*. 1 Maccab. XI, 46. *τὰς διόδους τῆς πόλεως*. *Suidas: δίοδοι, αἱ ὁδοὶ, ἀπὸ τοῦ διοδεύειν.* Idem verba *Aristophanis* ex *Eccles*. v. 689. subiungit, quibus vox eo sensu legitur.

ΔΙΟΙΚΕ'Ω, *administro*, *dispenso*. כִּלְכֵּל, Pih. a כּוּל, *sustento*. *Aqu.* Gen. L, 21. *Aqu.* et *Theod.* Prov. XVIII, 14. Scilicet כּוּל habet quoque notionem *moderandi*. - *נִשְׁבַּע, *iuro*. Ios. V, 6. Vide infra s. v. *διοικίζω*. - פָּרַשׂ (שׂ pro ס), *partior*. Thren. IV, 4. *νήπια ᾔτησαν ἄρτον, ὁ διοικῶν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς*. Sap. VIII, 1. *διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς*, *disponit* omnia utiliter. Ib. v. 15. *διοικήσω λαοὺς*, *regam*, *gubernabo* populos. Ib. XII, 18. *μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς*, cum multa lenitate *gubernas* seu *tractas* (*Alciphr.* II, 2.) nos. Ib. XV, 1.

ΔΙΟΙ'ΚΗΣΙΣ, *administratio*, *dispensatio*, *gubernatio*. Tob. I, 24. constituit eum *ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν*, super omnem gubernationem: h. e. ei omnes res suas administrandas tradidit. *Alciphr.* I, 36. *Hesych.* *διοίκησις, ἡ ἀνάλωσις τῶν χρημάτων.*

ΔΙΟΙΚΗΤΗ'Σ, *administrator*, *procurator*, *dispensator*. אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים, plur. *satrapae*. Esdr. VIII, 35. Dan. III, 2. sec. *Chis.* ubi *Scharfenberg.* referre maluit ad chald. גְּדָבְרַיָּא, h. e. *quaestores*, *administratores fisci*. Tob. I, 20. *διοικητὴς καὶ ἐκλογιστής*.

*ΔΙΟΙΚΙ'ΖΩ, *incolas unius urbis diversis locis colloco*, i. e. *per diversa oppida*, *vicos etc. spargo*. נִשְׁבַּע, *iuro*. Ios. V, 6. ubi lectio *διῴκησε* et *διῴκισε*, quam sec. *L. Bos.* libri nonnulli habent, orta est ex *διώρκησε* aut *διώρκισε*.

ΔΙΟ'ΛΛΥΜΙ, *ΔΙΟ'ΛΛΥΜΑΙ*, *disperdo*, *dispereo*. Sap. XI, 20. *ἡ ὄψις ἐκφοβήσασα διολέσαι*, aspectus timorem incutiens *interitus*, aut: *perditionis*. Ib. XVII, 10. *διώλλυντο ἔντρομοι*, peribant tremebundi, aut prae pavore *peribant*. In *Gloss. MS.* in *Sap.* male legitur: *Διολοῦντο, ἀπολοῦντο.* *Hesych.* *διολλύει, ἀφανίζει, φθείρει, διαπολλύει.*

ΔΙΟ'ΛΟΝ, *iugiter*. אַךְ, *tantummodo*. *Symm. sec. ed. secundam* Ier. XXXII, 30.

ΔΙΟ'ΛΟΥ, et *ΔΙ' ΌΛΟΥ*, subintell. *χρόνου*, *per totum tempus*, *semper*, *omnino*. *אַךְ, *tantummodo*, *vere*. *Symm.* Psalm. XXII, 5. Idem Prov. XXII, 16. - סָבִיב סָבִיב, *circumcirca*. *Al.* Ezech. VIII, 10. *κύκλῳ διόλου*. - תָּמִיד, *iugiter*. 1 Reg. X, 8. *διόλου*, ubi alii habent *διαπαντός*. Ezech. XXXVIII, 8.

ΔΙΟΜΟ'ΟΜΑΙ, *iuro*. נִשְׁבַּע, idem. *Symm.* Ps. CIX, 5. *διωμόσατο*. LXX simplex *ὤμοσε* habent.

ΔΙΟΝΥΣΙΑ, *Bacchanalia*, quae Graeci triennio quoque celebrabant. *Hesych.* Διονύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο. 2 Maccab. VI, 7. γενομένης δὲ διονυσίων ἑορτῆς. Confer *Palmerium Exerc. in auctt. Gr.* pag. 505. et auctores ibi laudatos.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ, *Bacchus*. 2 Macc. XIV, 33. ἱερὸν τῷ διονύσῳ ἐπιφανές.

**ΔΙΟΠΕΡ*, *quare, quapropter, proinde*. 2 Maccab. V, 20. VI, 27. XIV, 19. *K.*

ΔΙΟΡΑΩ, *perspicio, prospicio*. קִוָּה, *exspecto*. Iob. VI, 19. ubi tamen pro οἱ διορῶντες mallem legere διορᾶτε, aut ἔστε διορῶντες. *Vulgat. exspectate paulisper.* Qui enim aliquid exspectant, hi *prospiciunt*. Hanc enim notionem vox διοράω h. l. habere videtur. Vide *Lexic. N. T.* s. v. ἀποκαραδοκέω.

**ΔΙΟΡΓΙΖΟΜΑΙ*, *ira abripior, irascor, infenso sum animo*, i. q. simplex ὀργίζομαι. 3 Maccab. III, 1. IV, 13. *Polyb.* II, 8, 13. διοργισθεὶς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ.

ΔΙΟΡΘΟΩ, *corrigo, emendo, dirigo*. הֵיטִיב, Hiph. a טוֹב, *bene facio*. Ier. VII, 2. ἐὰν διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, si *emendaveritis* vitae vestrae rationem, coll. v. 4. et Sap. IX, 18. – כּוֹנֵן : הֵכִין, Pih. et Hiph. a כּוּן, *dispono, stabilio*. Ies. XVI, 5. διορθωθήσεται θρόνος, stabilietur thronus. Ibid. LXII, 7. διορθοῦν Ἱερουσαλὴμ, Hierosolymae *splendorem concedere*, aut *ad summum fortunae fastigium evehere*.

**ΔΙΟΡΘΡΙΖΩ*, i. q. simplex ὀρθρίζω, *matutinus aliquid ago, mane surgo et vigilo*. הִשְׁכִּים, Hiph. idem. 1 Sam. XXIX, 10. διορθρίσατε sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri ὀρθρίσατε habent.

ΔΙΟΡΘΩΤΗΣ, *director, moderator, magister, doctor*. Sap. VII, 16. τῶν σοφῶν διορθωτὴς, sapientium doctor s. emendator. *Clemens Alex. Paed.* I. pag. 138, 29. ed. *Potteri*. *Diod. Sic.* p. 460, 42.

ΔΙΟΡΙΖΩ, *distermino, separo, discerno, divido*. אִלֵּף, Pih. *doceo*. Iob. XXXV, 11. ὁ διορίζων με ἀπὸ τετραπόδων γῆς, qui *separat* ac *distinguit* me, nempe doctrina ac institutione, a iumentis terrae. Sic sensum bene expresserunt. Alii habent διδάσκων, quod alius interpretis esse videtur. – בִּנְיָה, *aedificium*. Ezech. XLI, 13. τὰ διορίζοντα, quod tamen mihi melius voci proxime antecedenti גִּזְרָה, quae *aream separatam* notat, convenire videtur. – בִּנְיָן, *idem*. Ezech. XLI, 12. 15. XLII, 1. 10. – גְּבוּל, *terminus*. Ios. XV, 47. διορίζει. – הִבְדִּיל, Hiph. Exod. XXVI, 33. Lev. XX, 24. – *הִפְרִיד, idem. *Theodot.* Prov. XVII, 9. – *הִצִּיב גְּבוּל, *statuo terminos*. *Aqu.* (?) sec. cod. X. *Holm.* Deut. XXXII, 8. ἐν τῷ διορίζειν υἱοὺς ἀνθρώπου. – חָרָה, *ira exardeo*. Ies. XLV, 24. αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ διορίζοντες αὐτούς. Sc. per adversarios

Iudaeorum recte intellexerunt eos, qui Iudaeos in captivitatem abduxerant. - כּוֹנֵן, Pih. a כּוּן, *stabilio.* Ies. XLV, 18. Libere verterunt. - נִשְׁבַּע, *iuro.* Ios. V, 6. ubi loco *διώρισεν*, quod plerique libri habent, reponendum esse videtur *διώρκισε* aut *διώρκησε.* Sed habet *διορίζειν* etiam hanc significationem, ut sit *statuere, decernere, adfirmare,* unde *Hesych.* διωρίζετο, διεβεβαιοῦτο, διϊσχυρίζετο. *Phav.* διώρισαν, ὅρισμῷ ἐβεβαίωσαν. - שָׁטַף, *inundo.* 2 Paral. XXXII, 4. ποταμὸν τὸν διορίζοντα διὰ τῆς πόλεως, fluvium *disterminantem* urbem.

ΔΙΟΡΚΕ'Ω, *adiuro, iuramento adigo, iuramento confirmo.* נִשְׁבַּע, Niph. *iuro.* *Al.* Ios. V, 6. διώρκησε.

ΔΙΟ'ΡΥΓΜΑ, *fovea, fossa per aliquem locum ducta, perfossio.* חַלּוֹן, *fenestra.* Soph. II, 14. Deduxerunt a חָלַל, *perforare.* - מַחְתֶּרֶת, *effossio.* Ex. XXII, 2. ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι (sc. οἰκίας vel τοίχου) εὑρεθῇ ὁ κλέπτης, si quis autem in *perfossione* domus vel parietis fur deprehendatur. Ier. II, 34. ubi idem fere legitur, ac legerunt בַּמַּחְתֶּרֶת.

ΔΙΟΡΥ'ΤΤΩ, *perfodio.* חָתַר, idem. Iob. XXIV, 16. διώρυξεν ἐν σκότει οἰκίας, *perfodit* in tenebris domus. Ezech. XII, 5. διόρυξον σεαυτῷ εἰς τὸν τοῖχον, *perfode* tibi parietem. Vide et ib. v. 7. et 12.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΝΘΙ'ΟΥ, genit. ex *Ζευςκορίνθιος, Iupiter Corinthius.* Mensis nomen apud Graecos. 2 Maccab. XI, 21. διοσκορινθίου εἰκοστῇ τετάρτῃ, Iovis Corinthii vicesima quarta. *Grotius* ad h. l. scriptum putat fuisse *Δίου. Dius* notissimus est mensis Macedonum.

**ΔΙΟ'ΣΠΟΛΙΣ.* נֹא אָמוֹן, *No* (urbs) *Amonis.* Ezech. XXX, 14. 15. Vide *Bocharti Phaleg* lib. I. cap. 1. pag. 6. et *Iablonski Pantheon* lib. I. pag. 161. qui vertit *portio Iovis Hammonis.*

**ΔΙΟ'ΤΙ*, Coniunctio, *quoniam, quamobrem, quare.* כִּי. *Obad.* v. 5. - מַדּוּעַ, *quare?* Iud. V, 28. ubi διότι in omnibus interpretibus graecis *Doederleinius* mutavit in διατί. Cf. *Eichhornii Repertorium bibl. et or. literat.* P. I. pag. 229. - מִי, *quis?* Mal. I, 10. Legerunt כִּי. Iudith. V, 1. annunciabatur Holoferni, διότι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ παρεσκευάσαντο εἰς πόλεμον; ubi pro ὅτι ponitur. 2 Macc. VII, 37. ἐξομολογήσασθαι, διότι μόνος αὐτὸς Θεός ἐστιν, confitearis, eum esse solum Deum. Ibid. XI, 14. ubi *Ald.* (ex interpretamento, ut videtur) legit ὅτι. Cf. Sir. II, 11. et Act. XVIII, 10.

ΔΙΟ'ΤΙ 'ΑΛΛ' Ή, *sed potius.* כִּי אִם. 1 Reg. XXII, 18. οὐ προφητεύει οὗτός μοι καλὰ, διότι ἀλλ' ἢ κακὰ, non vaticinatur mihi bona, sed potius mala. Confer *Ὅτι ἀλλ' ἤ.*

ΔΙ'ΠΗΧΥΣ, *duorum cubitorum, bicubitalis.* אַמָּתַיִם dual. *duo cubiti.* Num. XI, 31. *Herodot.* II, 78. p. 117.

ΔΙΠΛΑΣΙΑ'ΖΩ, *duplico*, et speciatim *duplico in acie.* כָּפַל, *duplico.* Ez. XXI, 24. *διπλασίασον ῥομφαίαν*, *duplica* gladium, h. e. *ancipitem* s. *acutum* redde gladium. - מַיִם dual. *aquae.* Ez. XLIII, 2. *ὡς φωνὴ διπλασιαζόντων πολλῶν*, tanquam vox multorum, qui se duplicant in acie. Ita *Bielius*, qui provocat ad *Aeliani Tactica* cap. 29. *Suidam* v. *διπλασιάσαι*, ac *Hesychium*, iuxta quem *διπλασιασμὸς* est *ἡ ἐν τακτικοῖς οὕτως ἐνόπλιος κίνησις.* Sed mihi videtur post *διπλασιαζόντων* ibi omissum s. supplendum esse *ὑδάτων*, qua voce et *Syrus* h. l. usus est.

ΔΙΠΛΑΣΙ'ΑΣΜΑ, *duplicatio.* תַּרְבִּית, *foenus.* *Inc.* Lev. XXV, 36. Foenore scilicet debitum facile duplicatur, ac opes augentur.

ΔΙΠΛΑΣΙΑΣΜΟ'Σ, *duplicatio.* מִשְׁנֶה, *duplum.* Iob. XLII, 10. Reperitur quoque *διπλασμὸς* apud *Eustathium* *Odyss.* α', p. 27, 47.

ΔΙΠΛΑ'ΣΙΟΣ, *duplex.* Sir. XII, 6. *διπλάσια κακά.* Ibid. XXVI, 1. *ἀριθμὸς διπλάσιος.*

ΔΙΠΛΟΙ'Σ, *duplicata laena*, *tunica.* מְעִיל, *pallium.* *Inc.* 1 Sam. XXIV, 12. LXX 1 Sam. II, 19. 21. XV, 27. Ps. CVIII, 28. מְעִיל וְצָנִיף, *pallium et cidaris.* Iob. XXIX, 14. - פִּימָה, *plicatura.* *Hebraeus* Iob. XV, 27. *διπλοΐδα.* Vide infra s. v. *πιμελής.* Baruch. V, 2. *περιβαλοῦ τὴν διπλοΐδα τῆς δικαιοσύνης*, h. e. *τὴν δικαιοσύνην, ὡς διπλοΐδα.* *Hesych.* *διπλοΐδα, διπλουμένην χλανίδα ἐν τῷ φορεῖσθαι*, ad quem locum *Fungerus* notat, quod *Homerus* *Odyss.* τ', (*v.* 254.) *διπλοΐδα* nominet *χλαῖναν διπλῆν*, it. *δίπλακα*, (Il. γ', 126.) et *Euripides* (*Hecub.* 1156.) de veste Polymestoris loquens vocet *δίπτυχον στόλισμα.* Confer infra in v. *χλαῖνα.*

ΔΙΠΛΟ'ΟΣ, ΟΥ͂Σ, *duplex.* *אַךְ. Iud. XVI, 28. ubi *διπλῆν* sec. *Compl.* sine dubio ortum est e lectione *δὴ πλὴν*, quae in reliquis libris reperitur. - *אַחַת, *unus.* *Inc.* sec. *Coislin.* 1 Sam. I, 5. *διπλῆν*, quae non est alia lectio aut interpretatio vocis אַחַת, sed versio vocis אַפַּיִם, *facierum*, h. e. *spectabilem*, *conspicuam*, *praecipuam*, quam, cum desit in editionibus vulgaribus, supplere aliquis voluit, quisquis ille sit. - בַּד, *linum.* *Inc.* Lev. VI, 4. XVI, 4, 32. Suspicor, in omnibus his locis loco *διπλοῦν* reponendum esse *λινοῦν.* - כָּפוּל, part. Pahul, *duplicatus.* Ex. XXVIII, 16. XXXIX, 7. - כֶּפֶל, in dual. כִּפְלַיִם. Iob. XI, 6. Ies. XL, 2. - מַכְפֵּלָה, *duplicitas*, item *Machpela*, nomen loci. Gen. XXIII, 9. 17. 19. XXV, 9. L, 13. - מִשְׁנֶה, *iteratio*, *secundum.* Gen. XLIII, 15. Ex. XVI, 5. 22. Esdr. I, 10. - שְׁנַיִם, dual. *duo.* Ex. XXII, 4. 7. 9. - פִּי שְׁנַיִם, *os duorum*, h. e. *duplex portio.* Deut. XXI, 17. 2 Rep. II, 9. Sir. II, 13. *οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς*, vae cordibus duplicibus, h. e. *dolosis*, *fraudulentis*, *simulatori-*

bus. Conf. *Drusii Adag. Class.* I. lib. IV. n. 38. et *Heisenii Diss.* XIV. in *Ep. Iacobi* p. 475.

ΔΙ'Σ, bis. פַּעֲמַיִם dual. *duabus vicibus.* Gen. XLI, 32. XLIII, 10. Num. XX, 11. *Symm.* Iob. XXXIII, 29. - פְּעָמִים plur. Ezech. XLI, 6. - כַּמֶּה פְּעָמִים, *quot vicibus, quoties.* LXX 1 Reg. XXII, 16. ἔτι δὶς ἐγὼ ὁρκίζω σε, ubi alii ποσάκις habent. - שְׁתַּיִם dual. foem. *duae.* Nehem. XIII, 20. ἅπαξ καὶ δίς.

ΔΙ'ΣΚΙΟΣ, perumbrosus. צִלְצַל, *umbra densa. Aqu.* Ies. XVIII, 1. δισκίου. [*Aquila* hanc vocem finxit ad similitudinem hebr. Vide *Rosenmüll.* ad h. l. Olim putabam συσκίου legendum esse. Praestat Vulgata. *K.*]

ΔΙ'ΣΚΟΣ, discus, orbis lusorius ex ferro, lapide aut ligno, qui exercendi corporis causa in auras proiiciebatur ope locramenti per medium discum immissi. 2 Maccab. IV, 14. μετὰ τὴν τοῦ δίσκου πρόκλησιν, post *disci* provocationem aut ludum, δισκοβολία dictum: ubi tamen alii intellegunt discum, in quo Hellanodicae ludorum rationem scribebant et praemia proponebant. *Hesych.* δίσκοισι, τοῖς δίσκοις, λίθοις στρογγύλοις. *Etym. M.* δίσκος σημαίνει λίθον τροχοειδῆ εἰς γυμνάσιον ἡρωϊκὸν ἐπιτήδειον, παρὰ τὸ δίκω, τὸ ῥίπτω, δίκος ὁ ῥιπτούμενος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ. Conf. *Feithii antiqu. Homer.* l. IV. c. 6. p. 325. Modum iaciendi discum vix alibi accuratius, quam apud *Philostratum Icon.* lib. I. p. 798. iudice *Oleario* not. ad h. l. delineatum invenies. Adde *Hieronymi Mercurialis* lib. II. de *arte gymnastica* cap. 12.

ΔΙΣΜΥ'ΡΙΟΙ, bis decies mille, h. e. *viginti millia.* 2 Macc. VIII, 9. 30. X, 17. 23. 31.

ΔΙΣΣΟ'Σ, duplex. חֲלִיפָה, *mutatio.* Gen. XLV, 22. - מִשְׁנֶה, *iteratio, secundum.* Gen. XLIII, 12. Ier. XVII, 18. - שָׁנִי, *dibaphum, coccineum.* Prov. XXXI, 22. Legerunt שְׁנַיִם. *Vulg. duplicibus.* Praeferenda videtur haec lectio receptae, nam vestimenta duplicia certa adversus vim frigoris utilitate commendatur. Caeterum *Breitingerus* δισσὰς in δισσὰ mutavit, ac hanc vocem cum praecedenti sticho v. 21. ac verbo ἐνδιδύσκονται iunxit auctoritate textus hebr. Sir. I, 25. ἐν καρδίᾳ δισσῇ, duplici corde, h. e. *animo in spe non satis confirmato, qui partim fidit, partim diffidit*, quem qui habet, a Iacobo I, 8. ἀνὴρ δίψυχος vocatur. Conf. supra ad vocem διπλόος.

ΔΙΣΣΩ͂Σ, dupliciter. פִּי שְׁנַיִם, *os duorum*, h. e. *duplex portio. Inc.* 2 Reg. II, 9. Sir. XXIII, 11. *Eurip. Phoen.* v. 1347.

ΔΙ'ΣΤΕΓΟΝ, duo tecta, vel *duplex tectum habens* seu *contignationem.* שֵׁנִי, *secundus. Symm.* Gen. VI, 16. δίστεγα. Vide infra s. v. διώροφον. *Strabo Geogr.* XV. p. 1062. B. δίστεγον τὸν πύργον.

ΔΙΣΤΟΜΟΣ, anceps, q. d. *duo ora habens.* פִּיוֹת et פִּיפִיּוֹת, plur. a פֶּה, *ora.* Psalm. CXLIX, 6. ῥομφαῖαι δίστομοι. Prov. V, 4. μαχαίρας διστόμου. – שְׁנֵי פִיוֹת, *duo ora.* Iud. III, 16. Sirac. XXI, 4. ῥομφαία δίστομος. *Vulg. bis acuta*, h. e. *utrimque acuta, duas habens acies, quasi ora.*

**ΔΙΣΧΙΛΙΑΣ.* 1 Maccab. IX, 4. sec. *Alex.* δισχιλιάσιν ἵππων.

ΔΙΣΧΙΛΙΟΙ, bis mille, duo millia. אֶלֶף, *mille.* Num. XXXV, 4. – אַלְפַּיִם, dual. Ex. XXXIII, 30. Num. XXXV, 5. Ios. III, 4. – מָאתַיִם, *ducendi. Inc.* Cant. VIII, 12.

**ΔΙΣΧΙΛΙΟΣ.* 1 Maccab. IX, 4. sec. *Vatic.* δισχιλίᾳ ἵππῳ.

ΔΙΤΑΛΑΝΤΟΝ, duo talenta. כִּכְּרַיִם, dual. a כִּכָּר, idem. 2 Reg. V, 23. *Herodot.* I, 50. p. 19, 1.

ΔΙΥΛΙΖΩ, sacco, percōlo, defaeco, etiam *despumo, sordibus et scoria purgo*, metaphora petita a vino, quod saccatur et percolatur, quod et ὑλίζειν vocatur, unde ὑλιστήρ est *saccus vinarius, colum.* בְּמִזְרְקֵי, *in crateribus.* Amos. VI, 6. οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον. Legerunt בִּמְזֻקָּקִים, a זָקַק, *liquavit, percolavit. Iustinus M. in Dial. c. Tryph. Iud.* p. 121. habet ἐν φιάλαις. Vide *Scharfenb* ad *Cappelli Crit. Sacr.* P. III. p. 192. Vide quoque *Boysenium* in *Symb.* P. II. p. 115. – מְזֻקָּק, *liquatus, percolatus*, part. Pyh. *Aqu.* Ps. XI, 7. διυλισμένοι, *despumatum, purum a sordibus et scoria*, ubi sermo est de *argento. Aqu. Symm.* Ies. XXV, 10. Sec. *Hex. Montf.* quidem vox διυλισμένον s. διυλισμένων ad vocem שְׁמָרִים, *faeces*, refertur, sed male, nam apud utrumque respondet hebr. מְזֻקָּקִים, et, quia *Aquila* presse vertere solet verba hebraica, eum aeque ac *Symmachum* διυλισμένων, non autem, ut nunc editum est, διυλισμένον, vertisse arbitror.

ΔΙΥΦΑΙΝΩ, texo, pertexo. Hinc διυφασμένον συμπλεκτὸν, *pertextum complexum* s. *textum coniunctum.* כְּפִי תַחְרָא, *velut os loricae.* Exod. XXXIX, 22. *Lucian. Ver. Hist.* lib. I, p. 579, 3.

ΔΙΦΘΕΡΑ, pellis, membrana, vestis coriacea, tegmen, operimentum, volumen, libellus. מְגִלָּה, *volumen, liber. Aqu. Theodot.* Zach. V, 1. – מִכְסֶה, *tegmen, operculum.* Exod. XXXIX, 34. *Herodot.* lib. V. cap. 58. τὰς βίβλους ab Ionibus prisca consuetudine διφθέρας dictas fuisse auctor est, quia, ut inquit, aliquando ἐν σπάνει βίβλων ἐχρέωντο διφθέρῃσι αἰγέῃσί τε καὶ οἰέῃσι, additque: ἔτι δὲ καὶ τὸ κατ' ἐμὲ πολλοὶ τῶν βαρβάρων εἰς τοιαύτας διφθέρας γράφουσι. *Hesych.* διφθέρα, δέρμα, βύρσα, δέλτος, γραμματεῖον. Conf. *Salmasium de modo usurar.* p. 413. *Mabillonium de re diplom.* p. 33. *Schwarzium de ornam. libr. apud vett.* §. 5. et *Hemsterhus.* ad *Polluc.* lib. X. p. 1214.

ΔΙΦΘΕ'ΡΩΜΑ, *membrana pellicea, in qua scribi solet, pellium scribendo aptarum collectio, volumen.* גִּלָּיוֹן, *volumen. Theod.* Ies. VIII, 1. Vide τόμος.

ΔΙ'ΦΟΡΟΣ, *biferus, duorum generum fructus ferens:* secundum alios: *bis anno fructum ferens.* כִּלְאַיִם, dual. *mixtiones.* Lev. XIX, 19. ἀμπελῶνά σου οὐ κατασπερεῖς δίφορον sec. *Ald.* nisi fortasse legendum est διάφορον, quod alii libri habent. Adde *Athen.* lib. III. p. 77. D. *Aristoph. Eccles.* v. 703.

**ΔΙ'ΦΡΑΞ*, *sella.* 2 Maccab. XIV, 21. sec. *Alex.* et *Compl.* Sed pro δίφραξ sine dubio ibi reponendum est διαφόρους, ut legitur in *Vat. Hesych.* δίφραξ, κλιντὴρ, θρόνος γυναικεῖος.

ΔΙ'ΦΡΟΣ, *sella, sedes.* כִּסֵּא, idem. Deut. XVII, 18. 1 Sam. I, 9. Prov. IX, 14. — מוֹשָׁב, idem. Iob. XXIX, 7. — מִטָּה, *lectus.* 1 Sam. XXVIII, 23.

ΠΡΟ'Σ ΔΙ'ΦΡΟΥΣ ΚΑ'ΘΗΜΑΙ. Iud. III, 24. ubi pro מֵסִיךְ הוּא אֶת־רַגְלָיו, *tegens ipse pedes suos*, h. e. per euphemismum, *ventris onus deponens*, LXX habent πρὸς δίφρους κάθηται: ubi δίφροι notat *sellam pertusam* s. *familiaricam*, quae alias simpliciter *sella* aut *lasanum* dicitur. *Hesych.* δίφρον, ἅρμα, καθιστήριον, κράββατον, ὄχημα.

ΔΙ'ΧΑ, *bipartito, in duas partes, dupliciter,* it. *absque, separatim, divisim.* Sir. XLVII, 27. γενέσθαι δίχα τυραννίδα, h. e. ut fieret regnum *bipartitum*, s. imperium *in duas partes divisum*, non autem, ut *Bielius* transtulit: fieri dupliciter tyrannum, h. e. valde saevum et truculentum. Certe priorem explicationem postulat series orationis et historia. *Vulgatus: ut faceres imperium bipartitum. Syrus* et *Arabs: ut in duo regna dividerentur. Xenoph. Cyrop.* VIII, 7, 3. δίχα γενέσθαι τοῦ σώματος, a corpore *separari.* Id. *Expedit. Cyri* VI, 4, 8. δίχα τὸ στράτευμα ποιεῖν, *disiungere, dissociare* exercitum. *Plato Cratyl.* 14.

ΔΙΧΑ'ΖΩ, *divido, diffindo in duas partes, bipertior.* שָׁסַע, *findo, diffindo, discindo. Inc.* (sine dubio *Aquila*) Lev. I, 17. *Aqu.* Deut. XIV, 6. bestiam, cui sunt bifissae ungulae, vocat δεδιχασμένον διχασμῷ. Copiose ac docte de hac voce disputavit *Fischerus* de *vitiis Lexic. N. T.* pag. 334.

ΔΙΧΑΣΜΟ'Σ, *diffissio.* שֶׁסַע, idem. *Aqu.* Deut. XIV, 6. δεδιχασμένον διχασμῷ. Nomen hoc, quod *Stephanus* in Thesauro omisit, reperitur quoque in Lexico *Phavorini* v. διέτρεσαν, qui sua hausit ex *Eustathio* ad Il. λ', 481. p. 857, 48. ss. *Rom.*

ΔΙΧΗΛΕΥ'Ω, pr. *ungulas divido, ungulam habeo bisulcam.* פָּרַס, *findo, diffindo,* speciatim *ungulas divido.* Lev. XI, 26. sec. *Compl.* et *Ald.* Deut. XIV, 6.

ΔΙΧΗΛΕ'Ω, idem. פָּרַס, *findo*, *diffindo*, speciatim: *ungulas divido*. Lev. XI, 3. 4. 5. 6. 7. Deut. XIV, 7. Adde *Symm.*, qui Ps. LXVIII, 32. pro מַפְרִיס, *ungulas dividens*, habet *διχήλων*, ubi sine omni dubio scribendum est *διχηλῶν*, vel *διχηλεύων*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Hesych.* *διχηλοῦν*, *δύο ὅπλα* (Lege ex *Phavorino ὁπλὰς*) *ἔχειν*.

ΔΙΧΟΜΗΝΙ'Α, *medius mensis* s. *plenilunium*. Sirac. XXXIX, 15. *ὡς διχομηνία ἐπληρώθην*, sicut *plenilunium* impletus sum. *Hesych.* *διχομηνία*, *τὸ ἥμισυ τοῦ μηνὸς τῆς σελήνης*, *ὅτε πληροσέληνός ἐστι*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *διχομηνία*, *τῆς σελήνης πληρουμένης*. Hinc *διχόμηνις* apud *Pindar. Olymp. γ'*, 35. *Apollon. Rhod. Argon.* I, 1231. ubi *Scholiast.* *πανσέληνος*.

ΔΙΧΟΣΤΑΣΙ'Α, *dissensio*, *seditio*. 1 Maccab. III, 29. *χάριν τῆς διχοστασίας καὶ πληγῆς*.

ΔΙΧΟΤΟΜΕ'Ω, *in duas partes seco*, *divido*. בָּתַח, Pih. *in frusta divido*. Ex. XXIX, 17. *Inc.* Gen. XV, 11.

ΔΙΧΟΤΟ'ΜΗΜΑ, *segmentum*, *frustum*, *pars*, *divisio*. בֶּתֶר, *pars dissecta*. *Inc.* Ier. XXXIV, 19. ubi Cod. *Norimb.* et *Theodoretus* lacunam in LXX Intt. sic explent: *καὶ ἦλθον διὰ μέσου τῶν διχοτομημάτων αὐτοῦ*. - גֶּזֶר, *segmentum*, *pars*. Gen. XV, 17. - נֵתַח, *frustum*, *segmentum*. Exod. XXIX, 17. Lev. I, 8. Ez. XXIV, 4. - *פֶּגֶר, *cadaver*. Gen. XV, 11. sec. *Vat.* ubi duae versiones coaluerunt ac loco הַפְּגָרִים sine dubio legerunt הַגְּזָרִים, coll. v. 17. *Hesych.* *διχοτομήματα*, *τμήματα*.

ΔΙ'ΨΑ, *sitis*. כָּזָב, *mendacium*. Ps. LXI, 4. *ἔδραμον ἐν δίψῃ*. ubi tamen pro *δίψῃ* reponendum est *ψεύδει*, ut LXX primitus habuisse ex *Eusebio* docuit *Montfauconius*. - צָמָא, *sitis*. *Aqu. Theod.* Amos. VIII, 12. LXX 2 Par. XXXII, 11. Nehem. IX, 15. Ies. XLI, 17. - צִמְאָה, idem. Ier. II, 25. - צִמָּאוֹן, idem. Deut. VIII, 15. Ps. CVI, 33.

**ΔΙΨΑ'ΔΗΣ*, *siticulosus*, *aridus*, *aqua destitutus*. צִיָּה, idem. *Symm.* Ps. LXII, 2. *διψάδει*. [ubi pro *διψάδει* vel *διψάδι* vel *διψώδει* scribendum esse facile intellegitur. Caeterum *γῆ διψὰς* s. *διψώδης* est i. q. *γῆ διψῶσα* Ies. XXXV, 6. et *ἄνυδρος γῆ* Ies. XLI, 19. *K.*]

ΔΙΨΆΩ, *sitio*, ac metaphorice, *valde desidero*. חֹרֶב, *siccitas*. Ies. XXV, 4. 5. - עָיֵף, *fessus*, *lassus* *Symm.* Ps. CXLII, 5. *ὡς γῆ διψῶσα*. Bene quoad sensum. LXX Iob. XXII, 7. Prov. XXV, 26. Ies. XXIX, 8 - צִיָּה, *siccitas*. Ies. XXV, 1. *ἔρημος διψῶσα*, desertum *aridum* Ib. LIII, 2. *ἐν γῇ διψώσῃ*. Sic *Euripides Alcest.* v. 561. *Ἄργους διψίαν χθόνα* dicit: et Libya *διψηρὰ* dicitur *Synesio Ep.* 67. pag. 208. Conf. *Spanhemium* in *Callimach.* p. 10. - צָמֵא, verbum, *sitio*. *Aqu.* Ies. XLIX, 10. *διψάσουσιν*. *Symmach.* ac *Theod.* *διψήσουσιν*. LXX Ps. XLI, 2. *ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν*

θεὸν, h. e. *valde desideravit* anima mea Deum. Psalm. LXII, 2. ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. *Suidas*: ἐδίψησεν, ἐπεθύμησεν. Vide et Sap. XI, 15. ac *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesychius*: Δίψιον Ἄργος, Ἡσίοδος μὲν τὸ ἄνυδρον· Ἀρίσταρχος δὲ τὸ πολυπόθητον. διψᾷν γὰρ τὸ ἐπιποθεῖν. Adde *Schol.* ad *Pindar. Nem.* γ', 10. – צָמֵא, *sitibundus.* 2 Sam. XVII, 29. Ps. CVI, 5. Ies. XXI, 14. – צִמָּאוֹן, *sitis.* Ies. XXXV, 7. – צַמִּים, sing. *sitibundus*, sec. alios: *praedo.* Iob. XVIII, 9. – *רֹדְפִים, *persequentes.* *Inc.* sec. cod. *Basil.* Iud. VIII, 4. διψῶντες, quae lectio *Semlero* in *App. Crit.* p. 298. vel ex διώκοντες orta, vel glossa esse videtur adiecta verbo praecedenti πεινῶντες, cui etiam assensus est *Scharfenb.* in *anim.* ad h. l. Mihi autem hic interpres libere ac seriei orationis convenienter ita transtulisse videtur, modo διψῶντες vertatur: *qui ex persecutione sitibundi erant.* Confirmatur haec mea sententia loco Prov. XXVIII, 15. ubi διψᾷν apud LXX respondet hebraico שָׁקַק, *discurro*, et λύκος διψῶν est lupus, qui *sitim restinguendi causa discurrit.*

ΓΗ̃ ΔΙΨΩ͂ΣΑ, *terra sitiens.* עֲרָבָה, *solitudo*, *desertum.* Ies. XXXV, 6.

ΔΙ'ΨΟΣ, *sitis.* *כָּזָב, *mendacium.* Ps. LXI, 4. sec. *Vat.* ἐν δίψει. Ita habent omnes codd. graeci et latini. *Vulg. in siti.* *Eusebius* tamen monuit, LXX primitus habuisse ἐν ψεύδει, unde mendose factum fuerit ἐν δίψει. Vide ad h. l. *Montfauc.* Fortasse tamen ita verterunt, quia antecedens יִרְצוּ *voluerunt* per ἔδραμον transtulerant derivantes a רוּץ, *currere*, nec commode dici posse existimarunt *currere in mendacio.* – *צִיָּה, *siccitas, ariditas*, metonymice *locus aridus.* *Symm.* Psalm. LXXVII, 17. ἐν δίψει (h. e. ἐν γῇ διψάδι sive διψώδει, quod Ps. LXII, 2. in eiusdem interpretis versione legitur) ἐν ἀβάτῳ: ubi duae versiones coaluerunt ac verba ultima ἐν ἀβάτῳ e versione Aquilae perperam irrepserunt. – צָמָא. Exod. XVII, 3. Deut. XXVIII, 48. Iud. XV, 18. – צָמֵא, *sitibundus.* Ies. XLIV, 3. – תֹּהוּ, *inane*, *locus vastus.* Deut. XXXII, 10. ubi δίψος καύματος est *locus*, *qui per aestum maximam sitim inducit*, *locus arens et aquis destitutus.* In textu hebr. legitur בְּתֹהוּ יְלֵל, *in vastitate ululatus*; ubi nonnullis legisse videntur בתה ללות, ab arab. ألل, *salivam de palato suo lingere per sitim*, unde חה ללות, *nuda et a sole adusta loca.*

ΔΙΩΓΜΟ'Σ, *persecutio.* דָּלַק, *persequor.* *Symm.* 1 Sam. XVII, 53. ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, *postquam persecuti fuerant.* Ita *Vulgatus.* – מְרַדֵּף, part. Pih. *persequens.* Prov. XI, 19. διωγμὸς δὲ ἀσεβοῦς, ubi participium in substantivum eiusdem verbi mutarunt, sensu tamen parum mutato. Vide s. v. ἀσεβής. – מָרוּד, *planctus.* Thren. III, 19. ἐκ διωγμοῦ πικρίας μου. Legerunt sine dubio מְרֻדָּפִי: nisi statuere malis, eos vo-

cem hebr. deduxisse a דָּדָה, s. דָּדַד. Arab. دد notat *in fugam vertere, fugare*. Cf. *Cor. Sur.* XXXIII, 25. Etiam דָּדָה LXX alibi per διώκειν transtulerunt.

ΔΙΩΘΕ'Ω, *impello, perpello, repello, reiicio*. *Διωθέομαι, abiicio*. הָדַף, *trudo, impello*. Ez. XXXIV, 21. τοῖς ὤμοις ὑμῶν διωθεῖσθε, humeris vestris abiicitis. *Hesych.* διωθεῖτο, ἀπεκρούετο, ἀνεκρούετο, ἀπεῤῥίπτετο, ἀπέῤῥιπτε.

ΔΙΩ'ΚΤΑΙ, *vindices, persecutores*. Hos. VI, 8. ubi pro עֲקֻבָּה מִדָּם, *foedata sanguine*, *Symmachus* habet διῶκται ἀπὸ αἵματος. Modo deleas ἀπὸ, sensus bene expressus videtur. Nempe עָקַב dicitur quoque eo sensu, ut sit *vestigia premere, persequi*.

ΔΙΩ'ΚΩ, *persequor, insequor, omni studio sector, concupisco, appeto, omni studio annitor*, item *fugio*. דְּדָנָה, nomen proprium, *Dedan*. Ez. XXV, 13. διωκόμενοι. Legerunt ex nonnullorum sententia נִרְדָּפִי aut מִרְדָּפִי. Sed rectius statuisse mihi videtur *Cappellus*, cui in *notis critt.* ad h. l. pag. 553. ידֻדְנָה legisse videntur, h. e. *diffugient*, a rad. נָדַד. - דָּהַר, *plaudo*. Nah. III, 2. ἵππου διώκοντος. Legerunt sine dubio מַהֵר, a מָהַר, quod est *properare*. - דָּמָה בְּשַׁמֵּד, *cogito perdere*. 2 Sam. XXI, 6. ἐδίωξεν ἡμᾶς, quae verba ex alio interprete τοῖς ό inserta videntur. - הֶחֱרִיד, Hiph. *perterreo*. Ies. XVII, 2. Libere verterunt. - הָלַךְ, *eo, ambulo*. Mich. II, 11. - חָרֵד, *trepidus*. Esdr. IX, 4. ubi pro διώκων sine dubio reponendum est δειδών. *Complut.* habet ὁ ἔντρομος. - נָדַף, *propello, propulso, depello*. Prov. XXI, 6. διώκει μάταια, *vana sectatur*. Loco נִדָּף, *impellitur*, legit רֹדֵף, *persequitur*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. - נוּס, *fugio*. Ies. XIII, 14. εἰς τὴν χώραν ἑαυτοῦ διώξεται, in regionem suam fugiet. Ib. XVII, 13. Amos. II, 16. Confer infra s. v. רוּץ. - רָדָה, *dominor, tyrannidem exerceo*. Lev. XXVI, 17. - רָדַף, *persequor*. Genes. XXXI, 23. ἐδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ, persecutus est illum. Ex. XV, 9. διώξας καταλήψομαι, persequens comprehendam. Ps. XXXIII, 14. ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν, quaere pacem et *sectare* illam. Prov. XV, 10. διώκοντας δικαιοσύνην, *studiosus* iustitiae. Sir. XXVII, 8. ἐὰν διώκῃς τὸ δίκαιον. Vide et Ies. LI, 1. et confer *Lex. N. T.* s. h. v. Ies. V, 11. τὸ σίκερα διώκοντες, siceram *appetentes*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* διώκοντες, ἐπιποθοῦντες. Sic et *Suidas* docet, διώκειν pro ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι usurpari. Hos. VI, 3. διώξωμεν τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, *omni studio annitamur*, ut Deum cognoscamus. Cohel. III, 15. ubi loco τὸν διωκόμενον legendum est τὸ διωκόμενον, h. e. *quod per id, quod sequitur, demovetur*. *Vulgat.* bene: *quod abiit*. Eandem significationem habet ib. τὰ ἐκδιωκόμενα apud *Symmachum*. - רוּץ, *curro*. Ier. LI, 31. Hab. II, 2. Hagg. I, 9. ὑμεῖς δὲ διώκετε ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον, vos autem *fugitis* sin-

guli in domum. Vide *Abresch.* ad *Aeschyl.* Tom. I. pag. 81. *Hesych.* *διοίκειν, καταλαμβάνειν φεύγοντα, ἢ κατατρέχειν ἐν κλίμακι, καὶ φεύγειν μετὰ ὁρμῆς.* Conf. *Hom. Il.* ψ. 514. ubi *Eustath.* *σπουδαίως θέων.* *Pind. Nem. Od.* X, 123. - רֶסֶן, *fraenum.* Ies. XXX, 28. *διώξεται αὐτοῦ πλάνησις.* Libere verterunt. Alii habent *ἀπώσεται.* - שָׁדַד, *vasto.* Ies. XVI, 4. - *שׁ־ט, *iudico.* *Theod.* et *Quint. Ed.* Ps. CVIII, 31. Sensum expresserunt. Vox hebr. enim h. l. *morti aliquem addicere, condemnare* notat. Sap. II, 4. *ὁμίχλη διωχθεῖσα, nebula, quae premitur a radiis solis,* coll. V, 15.

ΔΙΩ'ΡΟΦΟΣ, bicameratus, duas contignationes habens, ex *δὶς* et *ὄροφος,* propr. *calami s. arundinis genus a vetustis in tegendis domibus adhibitum,* it. *tectum.* שֵׁנִי, *secundus.* Gen. VI, 16. *κατάγαια διώροφα,* ubi *Symmach.* *δίστεγα* habet. Apud *Hesych.* vitiose legitur *διόροφα, δίστεγα.* Rectius *Suidas:* *διώροφον, τὸ οἴκημα τὸ δύο ἔχον στέγας.*

ΔΙΩ'ΡΥΞ, alveus, rivus, fossa, in quam fluvius derivatur, ab *ὀρύττω, fodio.* יְאֹר, *rivus.* *Symm.* et LXX Ies. XXXIII, 21. - נָהָר, *fluvius.* *Inc.* Ezech. XXXII, 14. - נַחַל, *torrens.* Ier. XXXI, 9. - שִׁבֹּלֶת, *fluentum.* Ies. XXVII, 12. Vide et Sirac. XXIV, 31. 35. ubi nonnulli existimant esse nomen proprium fluvii, puta esse Araxim, qui Armeniam interfluit. *Hesych.* *διώρυξ. τάφρος.*

ΔΙΩΣΤΗ'Ρ, vectis. בַּד, in plur. בַּדִּים, idem. *Aqu.* et LXX Ex. XXXIX, 35. *τὴν κιβωτὸν, καὶ τοὺς διωστῆρας αὐτῆς,* arcam et vectes eius. Ibid. XL, 18. *Suidas:* *διωστῆρσι, ἀναφορεῦσι, τοῖς ἀναβαστάζουσι.*

ΔΟ'ΓΜΑ, decretum, edictum. אֱסָרָא, chald. *interdictum.* Dan. VI, 9. - דָּת : דָּתָא, chald. *lex.* Dan. II, 13. VI, 8. 15. - טְעֵם, chald. *mandatum.* Dan. III, 10. 12. 29. IV, 3. VI, 13. 26. - כְּתָבָא, chald. *scriptum.* Dan. VI, 10. - מַתָּנָה, *donum.* Ez. XX, 26. *μιανῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν:* sed apud *Iustinum M.* et in cod. *Alex.* rectius legitur *ἐν τοῖς δόμασιν αὐτῶν,* quae lectio et confirmatur verss. *Vulgata (in muneribus suis), Syriaca* et *Arabica,* quae utramque lectionem coniunxit. Fortasse tamen quis putet, eos vocem istam accepisse pro מַתְּנוֹתָם, nam מַתְנִיתָא, a rad. תְּנִי, Chaldaeis est *traditio, doctrina.* - שְׂאֵת, *excellentia.* *Symm.* Hab. I, 7. In mente sine dubio habuit notionem *enunciandi* et *clare eloquendi,* quam vox נָשָׂא habet, unde מַשָּׂא *effatum, sententiam, decretum* notat. *Hesych.* *δόγματα, ζητήματα, προστάγματα.*

ΔΟΓΜΑΤΙ'ΖΩ, decerno, mando, iubeo. *דָּתָא נָפְקַת, *lex egressa est.* Dan. II, 13. *ἐδογματίσθη* sec. *Chis.* Ib. v. 15. sec. eundem pro chald. דָּתָא מְהַחְצְפָה legitur: *δογματίζεται πικρῶς.* - כָּתַב, *scribo.* Esth. III, 9. 3 Esdr. V, 34. in notione *iubendi,* ubi in textu Chald. sunt verba: שָׂם טְעֵם. Esdr. VI, 12. 2 Macc. X, 8.

ΔΟΚΕ'Ω, *videor*, *censeo*, *puto*, *arbitror*, it. *in honore sum*, *honorem consecutus sum*. *אֵלַי, *ad me*, seu *mihi*. *Symm*. Coh. IX, 15. δοκεῖ μοι. - אָמַר, *dico*. Prov. XXVIII, 24. δοκεῖ μὴ ἁμαρτάνειν, *putat*, se non peccare. *Hesych*. δοκεῖ, οἴεται, νομίζει. - חָשַׁב, *cogito*. Gen. XXXVIII, 15. ἔδοξεν αὐτὴν πόρνην εἶναι, *putavit*, eam meretricem esse. Prov. XXVII, 14. - טוֹב, *bonum*, *quod placet*. Esth. I, 19. III, 9. V, 4. VIII, 5. - טוֹב בְּעֵינֵי, *bonum in oculis*, *placet*. Esth. VIII, 8. - יָשָׁר בְּעֵינֵי, *iustum in oculis*. Ios. IX, 25. - כָּלָה, *decernor*. *Symm*. 1 Sam. XX, 9. δέδοκται τὸ κακὸν, decretum est malum. - נָדַב, *sponte moveor*. Ex. XXV, 2. XXXV, 20. - נָדִיב, *spontaneus*. Ex. XXXV, 21. - נָשָׂא, *fero*, *porto*. Ex. XXXV, 24. ἔδοξε τῇ διανοίᾳ αὐτῶν. - סֵפֶק, *sufficientia*. Iob. XX, 22. - צְבָא, chald. *volo*. Dan. IV, 14. 22. 29. V, 23. 3 Esdr. VIII, 12. καθάπερ δέδοκται ἐμοί. In chald. Esdr. VII, 14. כָּל־קֳבֵל דִּי מִן־קֳדָם מַלְכָּא, *pro eo*, *quod a conspectu regis*. *Iosephus A. I.* XI. c. 5. pag. 560. ed. *Hav*. καθάπερ ἔδοξε. *Hesych*. δέδοκται, ἐφάνη, ἐψηφίσατο, διέγνωστο. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. δέδοκται, ἔδοξεν. Susann. v. 6. οἳ ἐδόκουν κυβερνᾷν τὸν λαὸν, qui *honorem consecuti* gubernandi, ut *Grotius*, vel, ut *Lud. de Dieu* reddidit: *qui in honore erant ad gubernandum populum*. Ita Marc. X, 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, qui *honorem consecuti* imperandi. Conf. et Gal. II, 2. et quae ex *Euripide* et *Pindaro* observat loca *Raphelius Semicent. annotatt. philol. in N. T.* p. 701.

*ΔΟΚΕΙ~Ν ΕἸ'ΜΙ`, *videor*. 3 Maccab. I, 29. δοκεῖν γὰρ ἦν ἠχεῖν, *videbatur* enim clamorem edere. *Dio Cass*. p. 796. ἐμοὶ δοκεῖν, videtur mihi. Vide *D'Orville* ad *Charit*. p. 299. sequ. et 451.

*ΜΗ' ΔΟΚΕ'Ω, רַע בְּעֵינֵי, *malum in oculis*, sc. *est*, h. e. *displicet*. *Inc*. Num. XXII, 34. - Vide alibi καλός.

ΔΟΚΙΜΑ'ΖΩ, *probo*, *exploro*, *aestimo*, *probatum* vel *idoneum iudico*. בָּחַן, *probo*, *exploro*. *Aqu*. Iob. XXIII, 10. *Inc*. Ps. VII, 10. LXX Ier. IX, 7. ἐγὼ πυρώσω αὐτοὺς καὶ δοκιμάσω αὐτοὺς, ego igne probabo illos et *explorabo* illos. Ib. XVII, 10. κύριος ἐτάζων καρδίας καὶ δοκιμάζων νεφροὺς, dominus scrutans corda et *explorans* renes, coll. XI, 20. Zach. XIII, 9. - בָּחַר, *eligo*. Prov. VIII, 10. χρυσίον δεδοκιμασμένον, aurum probatum: ubi non aliter legisse censendi sunt. - חָקַר, *perscrutor*. Ps. CXXXVIII, 1. et 21. - יָקַר, *pretiose aestimor*. Zach. XI, 13. σκέψαι, εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν, vide, an probari possit, quod hoc modo me *aestimarint*. - מִבְצָר, *munitio*. Ier. VI, 27. ἐν λαοῖς δεδοκιμασμένος. Lectio haec recepta minus apta est. Num legerunt מְבַחֵן, a בָּחַן, quod *probare* notat? *Theodoretus* Alexandrinis tribuit verba: ἐν λαῷ μὴ συγκεκλεισμένος, quae etiam leguntur in Cod. *Norimb*. cuius excerpta dedit

Doederlein. in *Repert. Eichhorn.* T. I. p. 255. quae lectio etiam convenit cum verbis *Hieronymi*, quae apud *Montf.* ad h. l. leguntur. Ipse *Doederlein.* l. c. mavult legere τετειχισμένοις. *Semlero* in *Ep. Crit.* ad h. l. p. 56. lectio δεδοκιμασμένος ex δοκιμαστὴς orta esse videtur. - *חָתַךְ, *decido, decerno. Inc.* Dan. IX, 24. ubi fortasse δοκιμάζειν ex adiuncto *decernere* notat. - מַצְרֵף, *vas fusorium.* Prov. XVII, 3. ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος. Legerunt sine dubio כַּצְרֵף. - נִסָּה Pih. *Al.* Dan. I, 12. δοκίμασον. Conf. infra s. v. δοξάζω. - *צָרַף, *igne probo et purgo. Inc.* Iud. VII, 4. - רַץ, *fragmentum, frustum.* Ps LXVII, 33. τοὺς δεδοκιμασμένους. Sc. non derivarunt a רָצַץ, sed a רָצָה. Vide infra s. v. δοκιμὴ et εὐδόκητος. - רִיב, Hiph. הֵרִיב, *litigo. Symm.* sec. *Procop. Cat. Niceph.* p. 1660. Deut. XXXIII, 8. ἐδοκίμασας αὐτὸν, ubi *Scharfenb.* nescit utrum *Symm.* legerit תנסהו, *tentasti eum*, an, quod mavult, apud *Procopium* vitiose scriptum sit ἐδοκίμασας pro ἐδίκασας. Sap. I, 3. δοκιμαζομένη. *Arabs: exquisita.* 2 Macc. IV, 3. διά τινας τῶν ὑπὸ τοῦ Σίμωνος δεδοκιμασμένων, per quosdam, qui probati vel idonei iudicati sunt a Simone (*Vulg. Simonis necessarios.*), coll. 1 Thess. II, 4. 3 Macc. II, 6. πολλαῖς δοκιμάσας τιμωρίαις, h. e. multis poenis *afficiens.* Sap. II, 19. ubi δοκιμάζειν est *experiri s. experientia edoctum cognoscere*, et cum γινώσκειν permutatur.

ΔΟΚΙΜΑΣΙ'Α, *probatio, exploratio.* *מַסָּה, *tentatio: Symm.* Deut. XXXIII, 8. ubi vid. *Scharfenb. K.* Sir. VI, 23. λίθος δοκιμασίας, lapis probationis.

ΔΟΚΙΜΑΣΤΗ'Σ, *probator, explorator.* בָּחוֹן, *specula exploratoria.* Ier. VI, 27.

ΔΟΚΙΜΗ', *probatio.* Apud *Symm.* Psalm. LXVII, 31. verba ὡς δοκιμὴν pertinent ad בְּרַצֵּי, *in fragmentis*, quorum loco legisse videtur כְּרָצוֹן, et sunt vel alius interpretis, vel ex altera eius editione. Certe רצי non deduxit a רָצַץ, sed a רָצָה. Praeterea legitur Ezech. XVI, 61. apud Inc. int. εἰς δοκιμὴν pro hebr. לְבָנוֹת, *in filias*, ubi legisse videtur לבחנות, nisi potius, ut *Semlerus Montfauconium* secutus coniecit, εἰς οἰκοδομὴν scribendum est, ut notatum iam est in margine *Cod. Ies.* Sed iam *Itala Vetus* habet *probatio.*

ΔΟΚΙ'ΜΙΟΝ, *experimentum, quo aliquid probatur vel spectatur*, s. *instrumentum, quo aliquid exploratur, spectatur* et *purgatur*, v. c. *vas, in quo excoquitur aurum, vas probatorium.* מַצְרֵף, *vas fusorium.* Prov. XXVII, 21. δοκίμιον χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ πύρωσις, quod *conflatorium* s. *catinus* est auro atque argento. - עֲלִיל, *catinus, catillus, in quo aurum et argentum conflatur ac spectatur*, ab עָלַל, *operari, facere.* Ps. XI, 7. δοκίμιον τῇ γῇ, ubi ante δοκίμιον supplendum est εἰς vel κατά. Caeterum apud hebraeos docto-

res, ut observant *Rasi et Kimhi*, עֲלִיל significat *evidens, apparens*. Ergo *δοκίμιον τῇ γῇ*, *probatum terrae*, est *tam bonum*, ut *omnibus appareat et probetur*. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. *Dionys. Hal. τέχν.* c. 12. *δοκίμιον ὡρισμένον, πρὸς ὅ τις ἀποβλέπων δυνήσεται τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι.*

ΔΌΚΙΜΟΣ, probatus, spectatus, exploratus. בֹּחַן. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXVIII, 16. – מְהוֹר, *purus.* 2 Par. IX, 17. *χρυσίῳ δοκίμῳ*, auro probato. – יְקָר, *pretium.* Zach. XI, 13. – מוּסָּד part. Hoph. a יָסַד, *consolidatus, solidus.* 1 Reg. X, 18. *χρυσίῳ δοκίμῳ.* – מְזֻקָּק part. Pyh. *defaecatus.* 1 Par. XXVIII, 18. XXIX, 4. – *עֲלִיל, *catillus.* Ps. XII, 7. – עֹבֵר part. *commeans*, nostrum *gangbar*, h. e. *usitatus, more receptus.* Gen. XXIII, 16. *δίδραχμα ἀργυρίου δοκίμου ἐμπόροις.* – צָרַף, *conflo, purgo. Symm.* Ps. XVII, 33. *δόκιμος.*

ΔΟΚΙΜΌΩ, probo, exploro. *בָּחַן, idem. Ierem, IX, 7. – צָרַף, *conflo, purgo.* Iud. VII, 4. *δοκιμῶ αὐτοὺς ἐκεῖ σοι*, ubi alii habent *ἐκκαθαρῶ.*

ΔΟΚΌΣ, trabs, tignum, speciatim *crassior trabs in solario, cui tigna deinde imponuntur.* מְחַבְּרוֹת plur. *commissurae.* 2 Par. XXXIV, 11. – כֶּבֶן, *tegmen.* 1 Reg. VI, 15. *Vulg. usque ad laquearia.* – קִיר, *paries.* 1 Reg. VI, 16. – קֹרָה. Gen. XIX, 8. 2 Reg. VI, 2. 5. Cant. I, 16. ubi *Vulg. tigna* habet. *Suidas: δοκὸς, τὸ μέγα ξύλον. Etym. M. δοκὸς, τὸ τὴν στέγην ἀνέχον ξύλον.*

ΔΌΚΩΣΙΣ, tectum, contignatio. מְקָרֶה, idem. Coh. X, 18. *ταπεινωθήσεται ἡ δόκωσις*, humiliabitur *tectum*, ubi pro *δόκωσις* alii vitiose *δήκοσις* habent. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Ἡ δόκωσις, ἡ στέγη,* Ita et apud *Hesychium*, nisi quod male apud illum legatur *Ἠδόκωσις.*

ΔΟΛΕΡΌΣ, dolosus, fraudulentus. חֵמֶת, *uter, lagena.* Hab. II, 15. *ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπὴν δολεράν.* Ita legitur quidem in ed. *Aldina*, sed aperte vitiose, nam pro *δολερὰν* reponendum est *θολερὰν*, quod vide infra.

ΔΟΛΙΕΎΟΜΑΙ, dolor utor, fraudulenter ago. הִתְנַכֵּל Hithp. *machinor. Inc.* Gen. XXXVII, 18. *ἐδολιεύσαντο*, ubi alii voce *πονηρεύεσθαι* usi sunt.

ΔΌΛΙΟΣ, dolosus, fraudulentus. אָרַב, *insidior.* Prov. XII, 6. *λόγοι ἀσεβῶν δόλιοι.* Supplenda sunt haec verba ex iis, quae *Inc.* ac ed. *Compl.* habent, *δόλιοι εἰς αἷμα.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* – דלק, part. *ardens. Inc.* Prov. XXVI, 23. *χείλη δόλια.* Legisse videtur חֲלָקִים. Fortasse tamen haec verba continent scholion ad *χείλη λεῖα* apud LXX. – חֲלָקָה, *blanditiae. Symm.* et LXX Ps. XI, 2. 3. – מָדוֹן, *contentio. Symm.* Prov. XXVI, 21. – מִרְמָה, *dolus.* Ps. V, 7. XVI, 2. LI, 4. Prov. XI, 1. – נִרְגָּן part. Niph. *susurro, murmurator. Symm.* Prov. XXVI, 20. – עַוְלָה, *iniquitas.* Ps. XLII, 1. – רָכִיל,

detractor. Symm. Theod. Ezech. XXII, 9. - הֹלֵךְ רָכִיל, *ambulans tanquam detractor. Symm.* Prov. XI, 13. - רְמִיָּה, *dolus.* Ps. CXIX, 2. 3. Prov. XII, 25. 28. - שֶׁקֶר, *falsitas.* Ps. XXX, 22. CVIII, 2. - תַּרְמִית, *dolus.* Soph. III, 14. Adde Sir. X, 8. ubi χρήματα δόλια sunt *opes dolo et fraude partae*, aut secundum alios, *quae homines dolosos faciunt:* sic *mors* dicitur *pallida*, *quae pallidos reddit. Vulg. diversos dolos.*

ΔΟΛΙΟΤΗΣ, *dolus.* חֲלַקְלַק, *laevitas.* Ps. LXXII, 18. - מִרְמָה, *fraus.* Ps. XXXVII, 13. XLIX, 20. LIV, 7. - נֵכֶל, *calliditas.* Num. XXV, 17. - תַּרְמִית, *dolus. Symm.* Psalm. CXVIII, 118. *Eustath.* ad *Odyss.* ο', p. 41, 16.

ΔΟΛΙΟΩ, *dolose ago, decipio.* הֶחֱלִיק Hiph. *blandior.* Ps. V, 11. - נָכַל: הִתְנַכֵּל Pih. et Hithp. *callide machinor.* Num. XXV, 17. Ps. CIV, 24. τοῦ δολιοῦσθαι. *Hieron. ut dolose agerent.* - רִמָּה Pih. *fallo, circumvenio. Symm.* Prov. XXVI, 19. ἀνὴρ δολιῶν. *Vulg. vir qui fraudulenter nocet. Montf.* transtulit *vir fraudum*, et in notis ad h. l. coniicit legendum esse δολιεύων, vel δόλου.

ΔΟΛΙΩΣ, *dolose.* רָכִיל, *detractor.* Ier. IX, 4. δολίως πορεύεται. Recte: nam רָכִיל h. l. adverbialiter sumitur. Vide *Schol. Biseti Aristophanis ad Lysistr.* v. 624. *Eustath. Erot.* 590. (462.)

ΔΟΛΟΣ, *dolus, fraus.* *אַיִן, *non. Inc. (Symm)* Psalm. LIV, 20. Sine dubio legit אָוֶן. - דָּבָר, *verbum.* 1 Sam. XX, 22. οὐκ ἔστι σοι δόλος sec. *Coislin.* Ne quis hic mendum subesse, ac fortasse λόγος legendum suspicetur, quae fuit *Semleri* (in *Apparatu ad V. T.* p. 298.) coniectura, monendum est, דָּבָר h. l. vere *insidias*, *dolum* etc. significare, quam notionem etiam Latini cum voce *verba* coniungere solent: nam opponitur ibi in textu hebr. שָׁלוֹם לְךָ. *Vulgatus: nihil mali.* - חָנֵף, *hypocrita.* Iob. XIII, 16. οὐ γὰρ ἐναντίον αὐτοῦ δόλος εἰσελεύσεται, ubi vel abstractum positum est pro concreto, vel reponendum δόλιος. Omnis enim simulator est dolosus. - כָּזָב, *mendacium. Inc.* Ps. LXI, 5. - מִלָּה, *sermo.* Ps. CXXXVIII, 3. οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. Sic *Ald. Compl.* Cod. XL et XLI. *Bibl. Reg.* et *Vetus Psalterium* apud *Hilarium* et *Augustinum.* Ex sententia *Starckii* prima lectio LXX Intt. fuit λόγος, quae deinde e *Theodotione* in δόλος mutata fuerit, fortasse ab ipso *Origene*, qui plerumque in emendanda *Alexandrina* translatione *Theodotionem* secutus est. Secundum *Agellium* legisse videntur עַוְלָה. Sed λόγος, ut hebr. מִלָּה, est h. l. *sermo dolosus*, *iniquus* s. *mendax.* Vide ad h. l. *Rosenmülleri Scholia.* - מִרְמָה, *dolus*, *fraus.* Gen. XXVII, 35. XXXIV, 13. Iob. XV, 35. *Inc.* Ps. X, 8. - דִּבְרֵי מִרְמָה, *verba doli s. dolosa.* Ps. XXXIV, 23. - סֵתֶר, *absconsio.* Deut. XXVII, 24. δόλῳ. - *עַל, *super.* Ez. XXXV,

5. Legerunt עָוֶל. - עָרְמָה, *astutia.* Ex. XXI, 14. - רָכִיל, *detractor.* Lev. XIX, 16. - רְמִיָּה, *deceptio, fraus.* Iob. XIII, 7. Ps. XXXI, 2. LI, 2. - רַעַשׁ, *commotio, tumultus.* Ies. IX, 5. ubi an libere transtulerint, aut רְמִיָּה seu potius ברשע legerint, diiudicare non valeo. - שַׁלְוָה, *tranquillitas.* Dan. VIII, 25. In mente habuisse videntur vocem שְׁלִי, *deceptio, fraus,* aut שַׁל, *error,* a rad. שָׁלָה, *errore deceptus est.* - תֹּךְ, *fraus.* Ps. IX, 29. - תָּרְמָה, *fraus, dolus. Al.* Iud. IX, 31. Sirac. I, 38. δόλος ei tribuitur, *qui non est vera et infucata in Deum pietate,* coll. Ioh. I, 47. Sap. IV, 11. δόλος cum κακίᾳ permutatur, ac est *fraus peccati.*

ΜΕΤΆ ΔΌΛΟΥ ΔΙΔΌΜΕΝΟΣ, cum dolo datus. סִיגִים מְצֻפֶּה, *scoriis obtectus.* Prov. XXVI, 23. Non male quoad sensum.

ἘΓΚΑΘΙΖΩ ΔΌΛΩι, insideo dolo, i. e. *insidias tendo.* הַגִּיר Hiph. a נָגַר, *diffluere facio.* Ez. XXXV, 5. ἐνεκάθισας τῷ οἴκῳ ἰσραὴλ δόλῳ. Videntur h. l. mihi נגר permutasse cum נָגַף.

ΛΑΜΠΤΗ͂ΡΑ ΔΌΛΟΥ ΠΥΡΣΕΎΩ ΚΑΚΟΙ͂Σ, lucernam doli accendo malis, aut *facem fraudis accensam praefero.* Verbis his magnificis et vere tragicis LXX aut *Inc. Interpres* usus est Prov. XVI, 28. non pro hebr. נִרְגָּן part. Niph. *susurro, murmurator,* ut plerique existimarunt, sed pro יְשַׁלַּח מָדוֹן, *mittet contentionem,* nam κακὰ c. XIII, 10. pro מַצָּה, et c. XVIII, 6. pro רִיב dicuntur, ut adeo duae versiones coaluerint.

ΣΥΝΊΣΤΗΜΙ ΔΌΛΟΝ, constituo, compono dolum. בְּמַשָּׁאוֹן, *in deceptione,* seu *fraude magna.* Prov. XXVI, 26. ubi illud συνίστησι ad ב referendum est.

**ΔΟΛΟΦΟΝΈΩ, dolo et ex insidiis occido,* i. q. δολοφονεύω. *Ed. Quinta* Hos. VI, 8. pro עֲקֻבָּה מִדָּם, *foedata a sanguine,* aut potius *supplantata a sanguine,* δολοφονοῦσα. Non opus enim est statuere, eum divisim scripsisse δόλῳ φονοῦσα. Caeterum h. l. duae coaluerunt versiones. Vide infra s. v. Ὑποσκελίζω. Conf. *Phavor.* 672, 54. ac *Polluc. Onom.* VI, 192. et VIII, 74. 75. 135. Quid si legatur δολοφρονέουσα, quod *Hesychius* explicat per δόλια φρονοῦσα, ἀπατῶσα?

ΔΟΛΌΩ, dolose ago. הֶחֱלִיק Hiph. *blandior. Hebr.* et LXX Ps. XXXV, 2. ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ. Lege αὐτοῦ. Fucum sibi ipse facit, se ipsum quasi decipere conatur. - רָגַל, *obtrecto.* Ps. XIV, 3. ὃς οὐκ ἐδόλωσεν, *qui non vitiat,* h. e. qui veritatem puram additamento alieno non vitiat. Quidquid enim purum est, deteriori aliquo adiuncto δολοῦσθαι, *vitiari,* dicitur.

ΔΌΜΑ, donum, munus. אֶתְנַן, *merces meretricia.* Hos. IX, 1. - *בָּשְׁנָה, *pudor.* Hos. X, 6. ἐν δόματι, ubi legisse vi-

dentur בְּאַחְנָה. Statui quoque potest, *αἰσχύνην* esse veram lectionem, et *ἐν δόματι* pertinere ad מִנְחָה, atque esse verba alius interpretis. - גְּמוּל, *retributio.* Prov. XIX, 17. *κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ ἀνταποδώσει.* Bene. Sermo enim ibi est de *benefico.* Praeterea vocem hebr. acceperunt in ea significatione, ut sit *illud ipsum, quod remunerandum est a Deo*, ergo h. l. *eleemosynae*, *δόματα.* Vide s. v. *ἀνταπόδομα.* - לֶחֶם, *cibus*, *panis.* Num. XXVIII, 2. - לֶקַח, *captatio.* *Theod.* Prov. VII, 21. - מִגְדָּנוֹת plur. *res pretiosae.* 2 Par. XXXII, 23. - מֹהַר, *dos.* 1 Sam. XVIII, 25. - מַכָּה part. Hiph. ex הִכָּה, a נָכָה, *percussus.* 2 Par. II, 10. *εἰς δόματα.* Lectio haec mihi ideo suspecta est, quia nullo modo cum textu hebr. conciliari potest. Si coniecturae locus esset, legerem *εἰς κόμματα;* ut *σῖτον εἰς κόμματα* sit *σῖτον κεκομμένον.* - מַשָּׂא, *onus.* 2 Par. XVII, 11. ubi tamen מַשָּׂא *donum, munus* notat. - מַתָּן, *donum.* Prov. XVIII, 16. - מַתָּנָה, idem. Gen. XXV, 6. Ex. XXVIII, 38. Lev. XXIII, 38. Ad locum Num. XVIII, 7. vide *Scharfenbergium.* - מִנְחָה. 1 Reg. XIII, 7. Cohel. III, 13. Ez. XLVI, 6. - נְדָבָה, *voluntaria oblatio.* Deut. XXIII, 24. 2 Par. XXXI, 14. - נְשׂאת, *oblatio.* 2 Sam. XIX, 42. - נָתַן : נְתוּן et תֵּת, part. Pah. et infin. *datus*, *dare.* Num. III, 9. XXVII, 7. Coh. IV, 17. - תְּנוּפָה, *elevatio.* Lev. VII, 20.

ΔΟΜΑΤΙ'ΖΩ, *munera do.* שָׁחַד, *munero*, *dono.* *Symm.* Ez. XVI, 33. In *Thesauro Bieliano* male refertur ad נָתַן נִדָּה. [*Gloss. N. T. Fabric.* p. 16. *Ματθαῖον*, *δοματισθέντα.* K.]

ΔΟ'ΜΟΣ, *ordo structurae*, *contignatio.* נִדְבָּךְ Chald. *series*, it. *strues.* Esdr. VI, 4. *δόμοι λίθινοι κραταιοὶ τρεῖς, καὶ δόμος ξύλινος εἷς.* *ordines structurae* lapidei firmi tres, et *ordo structurae* ligneus unus. Sic etiam apud *Herodotum* lib. I. c. 179. *διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες*, per tricesimum quemque ordinem structurae laterum plexam arundinem instipantes.

ΔΟ'ΞΑ, *gloria*, *laus*, *honor*, *fama*, *maiestas*, *potentia gloriosa*, *decor*, *splendor*, *ornatus splendidus.* און, *potentia.* Ies. XL, 26. - בָּשָׂר, *caro.* Ies. XVI, 4. ubi *τὰ πλείονα τῆς δόξης* respondet hebr. בְּשַׂר מִשְׁמָן, *pinguedo carnis*, ut adeo appareat, notionem gloriae potius in מִשְׁמָן latere, ac totam formulam magis spectandam esse, quam singula verba. Alii tamen statuunt, eos באדר legisse. - גָּאוֹן, *elatio.* Exod. XV, 7. Ies. XIV, 11. Mich. V, 4. - גֵּאוּת, idem. Ies. XXVI, 10. - *גורל, *sors.* Dan. XII, 13. *ἐπὶ τὴν δόξαν σου* sec. *Chis.* Sc. vocem hebraicam de *statu felici* explicarunt, non prorsus incommode. - הֵד, *celeusma*, secundum alios *repercussio*, *echo.* *Theod.* Ez. VII, 7. *δόξης*, ubi sine dubio pronuntiarunt הֹד cum *Vulgato* interprete. - הָדָר, *decor*, *decus.* Prov. XX, 19. *δόξα δὲ πρεσβυτέρων πολιαί*, decus autem seniorum canities. Ies. II, 10. LIII, 2. *οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ οὐδὲ*

δόξα, non est species illi atque *decor.* – הֲדַר: הַדְרָא Chald. idem. Dan. IV, 27. ubi δόξα est *maiestas.* Ib. V, 20. – *הָדָר, idem. Dan. XI, 20. – הֲדָרָה, idem. Prov. XIV, 30. – הוֹד, *maiestas. Inc.* Ps. XLIV, 4. *Aqu. Theod.* Hab. III, 3. ubi duae versiones coaluerunt. *Symm.* Prov. V, 9. ubi δόξα aeque ac hebr. הוד de *viribus corporis* explicandum videtur ob sequentia, coll. Zach. X, 3. LXX Num. XXVII, 20. δώσεις τὴν δόξαν σου ἐπ' αὐτὸν, impones *maiestatem* tuam super illum, coll. Dan. XI, 31. 1 Par. XXIX, 25. δόξαν βασιλέως, *maiestatem* regis. – הוֹן, *opes.* Ps. CXI, 3. δόξα καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Sc. divitiae, quia efficiunt partem gloriae et existimationis, saltem apud plebeculam, recte δόξα dici possunt, quemadmodum δόξα in universum notat, *quod laudem et gloriam afferre putatur.* – הַלְלוּ יָהּ, h. e. *laudate Deum.* Ps. CIII, 36. CV, 47. ἐρεῖ πᾶς ὁ λαὸς, γένοιτο, γένοιτο, δόξα, dicat omnis populus, fiat, fiat, laus, scil. sit Domino. Ps. CL, 5. *Suidas:* δόξα, ἔπαινος. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – הִתְפָּאֵר infin. Hithp. *glorificari.* Ies. LX, 21. LXI, 3. εἰς δόξαν. – זְבֻל, *habitaculum.* Ps. XLVIII, 15. ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν. Putabant sc. זְבֻל h. l. *habitaculum splendidum* significare, quod et voluit *Symmachus*, qui habet τῆς οἰκήσεως τῆς ἐντίμου. – חוֹמָה, *munus.* Prov. XVIII, 11. Ita *Bielius Trommium* secutus. Ferri quodammodo potest, חוֹמָה nempe metaphorice sumto de *eo*, *quod validum munimentum praestat.* Sed equidem arbitror, δόξαν h. l. potius ad מַשְׂכִּית, *imaginatio*, referendum esse, ut ἡ δόξα αὐτῆς sit *magna hominum de divitiarum praestantia existimatio et opinio*, quam notionem δόξα etiam apud optimos scriptores graecos habet. Tunc verbis חוֹמָה נִשְׂגָּבָה responderent verba μέγα ἐπισκιάζει. – חֶסֶד, *benignitas.* Ies. XL, 7. πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Recte: nam חסד est h. l. *decus s. ubertas et affluentia bonorum*, coll. Hos. X, 12. et 1 Petr. I, 24. – טוּב, *bonitas.* Ex. XXXIII, 19. ubi טוב in universum de *maiestate* Dei intellexisse videntur. – יָד, *manus.* 2 Par. XXX, 8. δότε δόξαν κυρίῳ τῷ θεῷ. *Dare manum Deo* est ex usu loquendi hebr. *submittere se Deo*, quae sententia etiam per δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ exprimi poterat. – *יָמִין, *dextra.* Ies. LXII, 8. ubi nonnulli, v. c. *Semlerus*, praeeunte *Itala Vet.* δόξης in δεξιᾶς mutare voluerunt. Sed non opus est hac emendatione. *Dextra Dei* enim eius *potentiam ac maiestatem*, adeoque τὴν δόξαν αὐτοῦ denotat. – יֳפִי, *pulchritudo*, *splendor.* Ies. XXXIII, 17. βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε, regem cum *splendido ornatu* videbitis. Vide et Thren. II, 15. et conf. Esther. XV, 4. Matth. VI, 29. ac infra s. v. מַלְכוּת et פְּאֵר. – יְקָר, *res pretiosa.* Esth. VI, 3. Vox hebr. h. l. *honorem s. praemium* notat, ut series orationis clare docet. – כִּבֵּד Pih. *honoro.* Ies. XXIV, 15. ἡ δόξα

κυρίου ἐν ταῖς νήσοις ἔσται, *laudabitur* Deus in regionibus maritimis. - כָּבֵד, *iecur*. Thren. II, 12. Legerunt כְּבֹדִי, *gloria mea*. - כָּבוֹד, *gloria*. *Symm*. Mich. I, 15. ubi tamen pro *τῆς δόξης Ἰσραὴλ* legendum est *ἡ δόξα Ἰσραήλ*. LXX Ex. XVI, 10. *ἡ δόξα κυρίου ὤφθη ἐν νεφέλῃ*, gloria Domini videbatur in nube. Ib. XXIV, 17. XL, 45. in quibus locis *δόξα θεοῦ* significat *eum divinae maiestatis splendorem, quo tanquam imagine et facie cognosci ac discerni potest ab universis rebus creatis*. Vide *Elsnerum* ad Rom. I, 23. Ios. VII, 19. *δὸς δόξαν σήμερον κυρίῳ*, *ostende professione ingenua tuam Dei reverentiam*. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. in fine, et 1 Par. XVI, 28. 29. Ps. VIII, 6. *δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν*, gloria et honore coronasti illum. Conf. 2 Petr. I, 17. Prov. III, 16. VIII, 18. *πλοῦτος καὶ δόξα*, divitiae et *honores*. *Hesych*. *δόξα, φήμη. τιμή*. Ies. XXXV, 2. et LXX, 13. *ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου*, gloria Libani, h. e. *arbores praestantissimae* ex Libano. Conf. *Bielii* Tract. *de lignis ex Libano* p. 7. et 12. Adde Ps. LXXII, 24. ubi *Agellius* suspicatur pro *μετὰ δόξης* LXX scripsisse *μετὰ δόξαν*, *post gloriam*, sc. tuam, quasi illa anteiret, ego sequerer, dux mihi fuisti. Opponitur enim: *in voluntate deduxisti me*. - כֹּבֶד, *gravitas*. Ies. XXX, 27. Mallem ibi verba *μετὰ δόξης* cum *θυμὸς* coniungere, ut legitur in *Compl*., quam cum sequentibus, ut *δόξα* significet *omne, quod in suo genere est praestans et insigne*, adeoque *θυμὸς μετὰ δόξης* sit *ira gravissima*. - *כְּבוּדָה, *inclyta*. Ps. XLIV, 14. Legerunt כְּבוֹדָהּ cum Cholem et He mappicato. - מַלְכוּת, *regnum*, elliptice pro בֶּגֶד vel בִּגְדֵי מַלְכוּת, *vestes regiae*. Esther. V, 1. *περιεβάλετο τὴν δόξαν αὐτοῦ*, induebat *splendidum ornatum* suum. Conf. *Intt*. ad Matth. VI, 29. - מַרְאֵה עֵינַיִם. *aspectus oculorum*. Ies. XI, 3. *οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρίνει*, non iuxta *speciem* iudicat. Conf. Sir. VIII, 17. - מַשָּׂא, *onus*. Ies. XXII, 25. ubi per sarcinam clavo appensam dignitas in aula regia metaphorice intellegenda est, ut adeo recte LXX formula *ἡ δόξα ἡ ἐπ' αὐτὸν* usi fuerint. - *מַשְׂכִּית, *imaginatio*. Prov. XVIII, 11. ut adeo *δόξα* h. l. sit *opinio* s. *magna existimatio* de divitiarum praestantia, earumque *admiratio*. *Homer*. Il. κ', 525. ubi *Eustathius* *δόξαν* per *ὑπόληψιν* interpretatus est. - סֶלָה, *selah*, nota musica apud Hebraeos. Ps. XXIII, 10. XLV, 11. Vtrobique additur *κάθισμα*. - עֹז, *robur*. Ps. LXVII, 37. Ies. XII, 4. XLV, 24. - פְּאֵר, *ornatus*. Ies. LXI, 3. *δοῦναι αὐτοῖς δόξαν ἀντὶ σποδοῦ*, dare illis *ornatum splendidum* loco pulveris. Conf. Sir. L, 15. et vide *δοξικὸς* infra. - שׁוּל, *fimbria*. Ies. VI, 1. *πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ*, ubi etiam *δόξα vestitum splendidum ac regium* notat. *Symm*. *Theod*. *τὰ πρὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ*, h. e. *fimbriae latae vestimenti eius regii*. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - שְׁמָרִים, *faeces*. Ier. XLVIII, 11. *πεποιθὼς ἦν ἐπὶ τῇ δόξῃ*

αὐτοῦ. Hanc nempe notionem metaphoricam subiiciendam esse putarunt formulae hebr. *subsidens in faecibus suis.* – תְּהִלָּה, *laus.* Ex. XV, 11. Ies. LXI, 3. – תּוֹעָפוֹת plur. *vires.* Num. XXIII, 22. XXIV, 8. ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτοῦ, s. αὐτῷ. Conf. supra s. v. הוֹד. – תְּמוּנָה, *imago.* Num. XII 8. Ps. XVI, 7. ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου. Sc. vox תְּמוּנָה non solum *imaginem*, sed etiam *faciem* notat, uti תְּמוּנָה pro פָּנִים positum legitur Deut. IV, 15. 16. Iam *facies Dei* interdum *maiestatem Dei* notat. Caeterum vox δόξα ibidem loco δεξιὰ etiam *Theodotioni* reddenda est iudice *Fischero* in *Clavi Verss. GG.* p. 42. qui omnino huc conferendus est. – תִּפְאֶרֶת, *ornamentum*, item: *gloriatio*, *gloria. Inc.* sec. cod. *Norimb.* Thren. II, 1. *Symm.* Prov. IV, 9. LXX Ex. XXVIII, 2. 36. 1 Par. XXII, 5. Ies. III, 18. Tob. III, 16. δόξα Θεοῦ dicitur *thronus Dei*, luce splendidissima quasi circumfusus, coll. XII, 15. 2 Macc. II, 8. Sic Rom. IX, 4. nubes super arca foederis δόξα dicitur. Seriori aetate apud hebraeos שְׁכִינָה vocabatur. Sap. IX, 11. *gloriosa potentia.* Sir. VIII, 14. δόξα est *opinio* seu *iudicium de eo, quod rectum et iustum est. Vulgatus: secundum quod iustum est*, ubi non τὸ δίκαιον legit, sed sensum recte expressit. Sir. X, 5. ἐπιθήσει τὴν δόξαν αὐτοῦ, concedit *auctoritatem* suam. Nam iudicia apud Iudaeos nomine divino habebantur. Sirac. XIV, 27. ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καταλύσει, et sub *umbra* s. *tegmine* eius commorabitur, ubi δόξα est i. q. σκέπη v. 26. *Syrus:* ܒܡܛܠܠܘܗܝ, quod male in *Polygl. Londin. in tricliniis eius* redditur, potius: *in habitaculis* s. *tegmine eius*, a ܛܠܠ, *habitavit.* Num fortasse hinc explicari potest vocabulum ἐξουσία 1 Cor. XI, 10.? Sir. XVII, 13. δόξα φωνῆς, vox *maiestatica*, nempe tonitrua. Conf. Exod. XIX. et XX. Sir. XLIII, 11. οὐρανοῦ κάλλος δόξα ἄστρων, pulchritudo coeli *splendor* siderum. Conf. 1 Cor. XV, 41. Sir. L, 7. ἐν νεφέλαις δόξης, in nubibus *lucidis.* Baruch. IV, 24. μετὰ δόξης μεγάλης καὶ λαμπρότητος τῆς αἰωνίου, ubi δόξα *splendorem* notat. Sap. VII, 25. sapientia dicitur esse emanatio purissima τῆς δόξης Θεοῦ, h. e. *Dei*, qui ipse natura lucida esse putabatur. Sir. XXIX, 27. δόξα *habitationem splendidam* notare videtur, quemadmodum כָּבוֹד usurpatur Ps. CXLIX, 5. ubi conferendus parallelismus sententiarum. Addit. Esther. IV, 77. ubi δόξα est i. q. στολή, *amictus*, in altero membro. 1 Macc. II, 12. δόξα *templum* et *sanctuarium Iudaeorum* notat, ad imitationem hebr. כָּבוֹד Ps. LXIII, 3. 2 Macc. XIV, 7. ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν, privatus paterno *munere* sum. Addit enim λέγω δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην. Sir. XXXV, 15. δόξα προσώπου, *personarum respectus*, coll. v. 16. Fortasse huc etiam pertinet locus Sir.

VIII, 12. ne litem intendas contra iudicem: *κατὰ γὰρ δόξαν αὐτοῦ κρινοῦσιν αὐτὸν*, eius enim personae ratio habetur in iudicio; ubi tamen *Grotius* *δόξαν* pro *voto* ac *voluntate* accepit, collato v. 18. sensu fere eodem. Sir. IX, 16. *δόξα* est *felicitas*, *felix rerum status*. *Vulgatus* per *gloriam et opes* transtulit. Huc etiam pertinere videtur locus Sirac. I, 24. Sir. XXXIII, 22. *μὴ δῷς μῶμον ἐν τῇ δόξῃ σου*, ne *famae* tuae maculam imprimas. 1 Macc. XIV, 9. *δόξα*, *vestis splendida*. – Vide alibi *Εὐπρέπεια*.

ΔΟΞΑΖΩ, *glorifico*, *gloria afficio*, *ad gloriam et dignitatem eveho*. גָּאָה, *excello*. Ex. XV, 1. 21. - גִּדֵּל Pih. *magnifico*. Esth. III, 1. *ἐδόξασεν ὁ βασιλεὺς ἀμὰν*, *ad gloriam s. dignitatem evexit* rex Amanum. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - גָּדוֹל, *magnus*. Mal. I, 11. - הָדַר, *orno honore*, *honoro*. *Inc.* Lev. XIX, 15. LXX Thren. V, 12. - הַדַּר Chald. Pah. idem. Dan. IV, 31. 34. V, 25. - הִנְוָה Hiph. *habitare facio*. Ex. XV, 2. *δοξάσω αὐτόν*. Videntur nonnullis legisse אַנְוֵה a rad. נָאָה, *magnificare*, (נָוָה i. q. גָּאָה, *elatus est*,) vel deduxisse a נָוָה, quod est i. q. נָאָה, *decorus*, *amoenus fuit* (arab. نوه, *laudavit*), decorabo eum, h. e. *δοξάσω*. Fortasse tamen non aliter legerunt, sed sensum expresserunt hoc modo: ego honorabo eum, nempe habitaculo magnifico ei exstructo. - *הִפְלִיא, *mirifico*. *Symm.* Ies XXVIII, 29. - יְקָר, *gloria*, *honor*. Esth. VI, 6. 7. 8. 9. 11. Ps. XXXVI, 21. *ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι*. Legerunt כִּיקָר pro gerundio Kal, a יָקַר, *pretiosum*, *gloriosum esse*, quod significabit: *cum pretiosi fuerint*. - *יְקָר שַׂגִּיא קַבֵּל, *honorem magnum recipio*. Dan. II, 6. *δοξασθήσεσθε* secundum *Chis.* - כָּבֵד, in Kal, Niph. Pih. et Pyh. Lev. X, 3. Iud. IX, 9. XIII, 17. - כָּבוֹד, *gloria*. 1 Par. XVII, 18. Ies. XXIV, 23. - נֶאְדָּר, Niph. ab אָדַר, *magnificum me exhibeo*. Exod. XV, 6. *δεδόξασται*. Legerunt נֶאְדָּרָה, He in Iod mutato. Ib. v. 11. - נָזִיר, *separatus*. Deut. XXXIII, 16. *ἐπὶ κορυφῆς δοξασθεὶς ἐν ἀδελφοῖς*. Necessario hic legendum est *δοξασθέντος*, *lectissimi* fratrum suorum. - נִסָּה, Pih. *tento*. *Symm.* Gen. XXII, 1. *ἐδόξασεν*, *gloria affecit*. Hic multum se fatigat *Drusius*, quid viderit *Symmachus*, cum ita verteret. *Cappellus* in *Critica S.* pag. 828. existimat, eum legisse נִשָּׂא, *extulit*. Sed repudiavit hanc coniecturam *Scharfenb. Anim.* Spec. I. p. 22. ac ante eum *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 701. ubi docuit, etiam alias verbum נָסָה per ס legi pro *attollere*, *extollere*, v. c. Ps. IV, 7. (ubi *Symm.* per *ἐπίσημον ποιεῖν* reddidit) et Iob. IV, 2. ut adeo *Symmachus* h. l. sensus orationis ratione habita pro *exaltavit s. sustulit* dixerit *glorificavit* aut *illustravit*. Confirmat hanc sententiam *Scholiasta ignotus* in *Cat. Niceph.* p. 275. *Bielius* amplexus est coniecturam *L. Bos. Proleg. in LXX*

Intt. ubi *Symmachum* vertisse credit *ἐδοκίμασε*, quod a scribis imperitis perperam mutatum fuerit in *ἐδόξασε*, putatque hanc sententiam firmari posse ex Dan. I, 12. ubi *Al.* hebr. נִסָּה per *δοκιμάζειν* interpretantur. Sed nemo facile lectionem faciliorem in difficiliorem mutaverit. – נִשָּׂא, Niph. et Pih. Esdr. VIII, 35. Ies. LII, 13. – פאר : הִתְפָּאֵר, Pih. et Hithp. Esdr. VII, 26. Ies. X, 15. XLIV, 23. – קָדַשׁ in Niph., *sanctificor.* Ies. V, 16. *Sanctificari* in hac orationis serie est *laudari*, *celebrari.* – קָרַן, *splendeo.* Ex. XXXIV, 29. 30. 35. *τὸ πρόσωπον Μωϋσέως ὅτι δεδόξασται*, facies Mosis quod *splenderet.* Conf. 2 Cor. III, 7. ubi etiam Paulus vultui Mosis *δόξαν*, h. e. *splendorem*, tribuit. – רוּם : רוֹמֵם, Pih. et Pyh. a רוּם, *exalto*, *or.* Ies. XXV, 1. XXXIII, 10. – רִנָּה, *cantus*, *clamor.* Ies. XLIII, 14. – תְּהִלָּה, *laus.* Ies. XLII, 10. – תִּפְאֶרֶת, *gloria.* Ies. IV, 2. Sap. VIII, 3. ubi de sapientia dicitur *εὐγένειαν δοξάζει*; quae verba *Bretschneiderus* transtulit: *nobilitatis splendorem prae se fert*, ut *δοξάζειν* h. l. sensu intransitivo pro *splendere* accipiendum sit. Sed eodem iure etiam transitive verti potest: *nobilitati novum decus addit*, s. *nobilitatem illustrem reddit.* Sir. III, 2. *κύριος ἐδόξασε πατέρα ἐπὶ τέκνοις*, Deus patrem *honorabilem reddidit* filiis, h. e. vult ac postulat, ut in honore sit et habeatur a filiis. Vide *Syr.* et *Arab.* Sir. VII, 28. *δοξάζειν πατέρα* est patri *debita officia praestare*, venerationem, obedientiam, sustentationem. Vide sequ. Ib. X, 29. *μὴ δοξάζου*, ne *extollas te.* *Vulgatus* mire: *ne cuncteris.* Ib. v. 31. *ἐν πραΰτητι δόξασον τὴν ψυχήν σου*, noli plus de te *statuere*, quam par est, seu: modeste de te sentias: ubi *δοξάζειν* et *διδόναι τιμὴν* sunt synonyma, adeoque *δοξάζειν* est *iudicare*, *statuere pretium.* *Hesych.* *δόξεις*, *ὑπολάβοι.* Sir. XXV, 5. *δεδοξασμένοις*, *quibus canities auctoritatem afferre deberet.* Sir. XXXII, 8. *δοξάζειν κύριον*, *honorare Deum sacrificiis et oblationibus.*

ΔΌΞΑΣΜΑ, *gloria.* תִּפְאָרָה, idem. Ies. XLVI, 14. Thren. II, 1.

**ΔΟΞΑΣΜΌΣ*, *gloria.* Ies. XIII, 3. ubi ad verba עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי, *exultantes in gloria mea*, in *Hex.* affertur fragmentum *Symmachi* *ἐν τῷ δοξασμῷ*, pro quibus tamen *Kreyssigio* in *Symb.* P. I. p. 10. ordine inverso *τῷ ἐνδοξασμῷ* legendum esse cum reliquorum intt. versiones, tum loca Ps. XLV, 4. et XLVI, 5. (ubi *Symm.* hebr. גָּאוֹן et גַּאֲוָה graeco *ἐνδοξασμὸς* reddidit) innuere videntur, simul tamen monenti, auctorem Scholiorum in Ps. CIX., quae *Matthaei* e cod. *Mosqu.* evulgavit *Dresdae* 1787., ad verba interpretis *Alex.* *διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλὴν*, quae v. 7. leguntur, notasse: *ὕψωμα δὲ κεφαλῆς*, *ὁ δοξασμός.* *Apollon.* *Soph.* *Lex.* *Hom.* p. 152. *ἀπὸ δόξης*, *ἀπὸ δοξασμοῦ.*

ΔΟΞΑΣΤΟ'Σ, gloriosus. תִּפְאֶרֶת, *gloria.* Deut. XXVI, 19.

ΔΟΞΙΚΟ'Σ, gloriosus, splendidus 2 Macc. VIII, 35. τὴν δοξικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα, *splendidam* deponens vestem. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Δοξικὴν ἐσθῆτα, ἔνδοξον στολήν. Conf. Sir. XLV, 9. XLVII, 6. L, 12. ubi δόξα stolae et diademati tribuitur.

**ΔΟΞΟ'ΤΗΣ, gloria, decus.* הוֹד, idem. *Inc.* Ps. XLIV, 4. ubi alii ὡραιότης habent.

ΔΟΡΑ', pellis, et in universum *omne, quod est e pellibus confectum, pelliceum.* אֶדֶר, *toga.* Mich. II, 8. τὴν δορὰν αὐτοῦ ἐξέδειραν, *vestibus* spoliant. Hic videri posset reponendum esse δόξαν in ea notione, qua *vestem splendidam* significat. Verum huic coniecturae obstat primo, quod *Hieronymus* (qui *pellem* reddidit) δορὰν legit, secundo, quod et Gen. XXV, 25. אַדֶּרֶת LXX per δορὰν reddiderunt, et Zach. XIII, 4. per vocem δέῤῥιν. - אַדֶּרֶת, idem. Gen. XXV, 25.

ΔΟΡΑΤΟΦΟ'ΡΟΣ, hastifer, satelles hastatus. נֹשֵׂא רֹמַח, *ferens spiculum.* 1 Par. XII, 24. ubi pro δορατοφόροι alii habent αἴροντες δόρυ.

ΔΟΡΚΑ'ΔΙΟΝ, parva caprea, capreolus. צְבִי, *caprea.* Ies. XIII, 14. ὡς δορκάδιον φεῦγον.

ΔΟΡΚΑ'Σ, caprea. *צְבָאוֹת. *Aqu. Symm. Theod.* Cant. II, 7. Deduxerunt a צְבִי, unde צְבָאִים 1 Par. XII, 8. - צְבִי. Deut. XII, 15. 22. XIV, 5. XV, 22. - צְבִיָּה. Cant. IV, 5. et VII, 3. - *צְבֹעִים, *Seboim,* nomen proprium. *Theod.* 1 Sam. XIII, 18. Legit צְבָאִים pro צְבֹעִים a צְבִי, coll. 2 Sam. II, 18. *Etymol. M.* δορκὰς, παρὰ τὸ δέρκω, τὸ βλέπω· ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον καὶ εὐόμματον.

ΔΟ'ΡΚΩΝ, capreolus, item *cervus.* צְבִי. Cant. II, 17. - עַתּוּדִים, plur. *hirci.* Ier. L, 8. Conf. v. δράκων. Apud *Suidam* δόρκων exponitur ἔλαφος.

ΔΟ'ΡΥ, hasta, lancea. חֲנִית. idem. *Symm.* 2 Reg. XI, 10. *Aqu. Symm.* Ps. LVI, 5. LXX 1 Sam. XIII, 19. 22. XVII, 7. XVIII, 10. 11. - *סֹלְלָה, *agger.* Dan. XI, 15. ἐπιστρέψει τὰ δόρατα αὐτοῦ sec. *Chis.* Videntur hic interpres aut libere vertisse, aut voci hebr. notionem nobis ignotam subiecisse. Posterius mihi ideo verosimilius est, quia Ez. XXVI, 8. eadem vox ab *incerto* per βελόστασις redditur. - צִנָּה, *clypeus.* 1 Reg. X, 16. - *צְנִנוֹת, *spinae, hami. Theod.* Amos. IV, 2. Deduxit a צִנָּה, quod *omne* notat, *quod corpus protegit.* Vide quoque *Hex.* - קַיִן. 2 Sam. XXI, 16. ubi קַיִן non *tota lancea* est, sed sive *cuspis,* sive *lamina ex metallo hastili praefixa,* ita dicta a *cudendo,* nam קִין est *fabricare, ferrum cudere.* - רֹמַח, *lancea, hasta.* 2 Par. XI, 11. XIV, 8. Ier. XLVI, 4. - שֶׁלֶט, *scutum. Inc.* 2 Sam. VIII, 7. qui mihi non videtur vocem hebr. per metonymiam de omnis generis armis

interpretatus esse, sed respexisse arab. ﺳﻠﻄﺔ, quod *sagittas longas ac tenues* notat. *Inc.* 2 Reg. XI, 10. Quod ad h. l. attinet, variae sunt sententiae interpretum. Nonnulli putarunt, eum הַחֲלָיִם (coll. LXX Gen. XXVII, 3.) pro הַשְּׁלָטִים legisse, sed harum vocum nulla prorsus est, nec quoad figuram, nec quoad sonum similitudo. *Scharfenb.* (in *Prol.* de *Iosephi et Vers. Alex. consensu* p. 22.) contra manum *Iosephi* in hac voce agnoscit, et verba δόρατα καὶ φαρέτρας ex eius *Arch. Iud.* XI, 7, 2. desumta esse existimat. Mihi vero apud *Inc.* verba transposita, et ita in ordinem redigenda videntur: τὰ δόρατα καὶ τὰς φαρέτρας, ut δόρατα ad חֲנִית, φαρέτρας autem ad שְׁלָטִים referatur, quod etiam postulat usus loquendi hebraicus. Sir XXIX, 16. XXXVIII, 27. de quo posteriore loco vide *Bocharti Hieroz.* T. I. p. 402. ed. rec. qui recte monuit, κέντρου a δόρατι separandum, et ad sequentia trahendum esse. *Suidas*: δόρυ, τὸ ἀκόντιον.

ΔΟΡΥΑΛΩΤΟΣ, *hasta captus*, *bello captus*, et *captivus* simpliciter. 2 Macc. V, 11. X, 24. 3 Macc. I, 6. *Hesych.* δορυάλωτος, αἰχμάλωτος, ὑπὸ δόρατος ληφθείς.

ΔΟΡΥΦΟΡΕΩ, *stipo*, *comitor ut satelles*. נָעֵם, *amoenus*, *iucundus sum*. *Aqu.* Ps. CXL, 6. ἐδορυφορήθησαν, *satellitio munita sunt*. Suspecta fuit haec lectio *Montfauconio*. *Semlerus* legere mavult ἡδυφορήθησαν, cuius generis nova verba non pauca Hellenistis debentur. In *Hex.* ad versionem *Aquilae* notatur: al. ὅτι εὐτραπίσθησαν, quod textui hebr. longe convenientius est. Sed nonne etiam recepta lectio quodammodo ferri potest, si δορυφορεῖν in notione *venerandi* et *colendi*, quam vere habet, accipiatur? [Num ἡδυφώνησαν, novo vocabulo conficto, legendum? Potuit enim *Aquilae* versio reliquorum interpretum fragmentis perperam adtemperari. Iudicium sit penes peritiores. *K.*]

ΔΟΡΥΦΟΡΙΑ, *satellitium*. 2 Macc. III, 28. μετὰ πάσης δορυφορίας, cum omnibus *satellitibus*.

ΔΟΡΥΦΟΡΟΣ, *satelles*, proprie *hastifer*. אִישׁ מָגֵן, *vir clypei*. *Theod.* Prov. VI, 11. 2 Macc. III, 25. *Hesych.* δορυφόρος, ὁπλοφόρος, ὑπασπιστής, ἡ φύλαξ τῶν τυράννων. *Suidas*: δορυφόροι, φύλακες, ὑπηρέται βασιλέως, ὁπλοφόροι, ὑπασπισταί. Substantivum δορυφόρησις legitur apud *Marc. Antonin.* I, 17.

ΔΟΣΙΣ, *donum*, *beneficium*. חֹק, *portio*. Gen. XLVII, 22. ubi bis δόσις occurrit, verba autem ἐν δόσει non videntur ad חֹק pertinere, cui potius ibi δόμα respondet, sed ad verba מֵאֵת פַּרְעֹה, quae Inc. transtulit: ἐκ συγχωρήσεως φαραώ. – מִנְחָה, *donum*, *munus*. *Aqu.* Deut. XVI, 17. – מַתָּן. Prov. XXI, 14. – מַתַּת. Prov. XXV, 14. Sir. I, 8. (s. 10.) ubi

Deus communicasse dicitur cum hominibus sapientiam *κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ*, ac *δόσις* vel *demensam quandam portionem*, quam et medici graeci ita vocant, secundum *Grotium*, vel, quia tunc *αὐτῆς* scribendum fuisset, *liberam* et *benignam Dei voluntatem*, *τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ*, notat. Certe *Syrus*, quem et *Arabs* secutus est, vertit: ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ. Conf. ib. c. XI, 17. ubi *δόσις κυρίου* cum *ἡ εὐδοκία κ.* permutatur. Ib. XX, 9. *ἔστι δόσις, ἣ οὐ λυσιτελήσει σοι*, *beneficium* alteri praestitum tibi erit inutile, cum ingrato sc. confertur. Ibid. XVIII, 17. *δόσις* est *donum liberale*. Sir. XXXII, 10. *κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ*, *secundum id, quod tibi dedit*, *iuxta opes a Deo acceptas*.

ΔΟ΄ΤΗΣ, *dator*. Vide in *Ἱλαρός*.

**ΔΟΥΛΑΓΩΓΕ΄Ω*, *in servitutem redigo*. Vox haec a *Bielio* in Lexico omissa respondet hebraicis לָקַח לַעֲבָדִים, *capio in servos*. Gen. XLIII, 17. in scholio quodam graeco a *Montf.* reperto in ora cod. *Coislin.*, quod *Symmachi* versionem continere docuit *Fischerus* de *vitiis Lex. N. T.* p. 472 sequ.

ΔΟΥΛΕΙ΄Α, *servitus*, *servitium*, etiam *usus*, *commodum*. *אָבַד, *perdo*. Esth. VII, 4. Legerunt לַעֲבוּר. - *מֹרֶךְ, *mollities*. Lev. XXVI, 36. *ἐπάξω δουλείαν*. Assentior *Bonfrerio*, qui in *Commentario* ad h. l. p. 718. pro *δουλείαν* legere mavult *δειλίαν*, *timiditatem*, ut alii libri habent, et legit *Augustinus*. *Vulgatus*: *dabo pavorem in cordibus eorum*. - מָשָׁל, *parabola*. Prov. XXVI, 9. Sc. משל habet notionem *imperii*, cui cognata est servitus civium, *δουλεία*, a *premendi* notione, quam ei vindicavit *Schultensius* ad Prov. I, 1. et *Michaelis* ad *Lowthi Praelectt.* p. 61. - *סִבְלוֹת, *onera*. Ex. VI, 6. sec. *Ald.* - עֶבֶד, *servus*. Ex. XIII, 3. 14. XX, 2. Deut. V, 6. - *בֵּית עֲבָדִים, *domus servorum*. Deut. XIII, 5. - עֲבֹדָה. *Symm.* Ps. CIII, 14. *τῇ δουλείᾳ*, h. e. in *usum et commodum* hominum, uti nos *zum Dienste*. Possent tamen h. l. per *δουλείαν* quoque intellegi *animalia*, quae inserviunt usui hominum, aut quibus utuntur homines, ob parallelismum sententiarum, et ad imitationem hebr. עֲבֹדָה, quod etiam de *servis* et *ancillis* dicitur. LXX Gen. XXX, 26. Ex. VI, 6. Esdr. VIII, 21. *δουλεία* est i. q. *ἐργασία*, *functio*, *munus*. - עַבְדוּת. Esdr. IX, 8. 9. Neh. IX, 16. - עֲבִידָא, Chald. Esdr. VI, 18. - *עֵבֶר, *transitus*. 1 Sam. XIV, 40. *εἰς δουλείαν* sec. *Vat.* ita ut loco *Resch* legerint *Daleth*, omisso אֶחָד.

**ΔΟΥΛΕΥΤΟ΄Σ*, *servilis*, *famularis*, i. q. *δουλικός*. עֲבֹדָה, *servitus*. *Inc.* Lev. XXIII, 21. sec. *Montf.* et *Schol. Cod. Vat.* *δουλευτὸν*, ubi LXX *λατρευτὸν* habent. Adde ib. 8. 25. 36. Augenda sunt hac voce Lexica Graeca.

ΔΟΥΛΕΥ'Ω, servio, servus sum. *הֶחֱרִישׁ, Hiph. *sileo, taceo.* Symm. Ies. XLI, 1. δουλεύσατε ἐπ' ἐμοῦ, *subiicite vos voluntati meae.* Nam *silentium* est signum subiectionis. – וַיִּשְׁתַּחֲוֶה Hithp. a שָׁחָה, *incurvo me.* Al. 1 Reg. XI, 33. ubi δ. *sacra facere, colere* notat. – עָבַד, *servio.* Gen. XIV, 4. XV, 14. XXV, 23. Prov. XII, 9. ubi δουλεύειν ἑαυτῷ est *victum sibi quaerere.* Opponitur προσδεῖσθαι ἄρτου. – עֶבֶד, *servus.* Ies. LIII, 11. ubi in εὖ δουλεύοντα forte error librarii residet. Ib. LXV, 12. 13. 14. 15. Zach. II, 9. His adde Ier. XXVII, 6. ubi pro עַבְדִּי, *servo meo,* legerunt לְעָבְדוֹ. – *עָבַר, *transeo.* Ps. LXXX, 7. Loco Resch legerunt Daleth, תַּעֲבֹדְנָה, quemadmodum et 1 Sam. II, 24. מַעֲבִרִים per Daleth expresserunt. – פְּלַח, Chald. Dan. VII, 14. 27. – שָׁרֵת. Ies. LVI, 6. Sir. II, 1. δουλεύειν κυρίῳ θεῷ, *colere* Deum, ubi non de *cultu externo* sermo est, sed de obsequio legibus divinis praestando, seu vera virtute. Ibid. III, 6. δουλεύειν simpliciter *obedientiam praestare* notat.

ΔΟΥΛΕΥ'ΕΙΝ ΠΟΙΕ'Ω, servire facio. הֶעֱבִיר Hiph. idem. Ier. XVII, 4.

ΔΟΥ'ΛΗ, serva, ancilla. אָמָה, idem. Levit. XXV, 44. Ruth. III, 9. 1 Sam. I, 11. 16. – עֶבֶד, *servus,* et quidem utriusque sexus. Ex. XXI, 7. – שִׁפְחָה, *ancilla.* Ruth. II, 13. 1 Sam. I, 18. VIII, 16.

**ΔΟΥΛΙΚΟ'Σ, servilis, famularis.* עֶבֶד, *servus. Inc.* (*sec. cod. Lips.*) Lev. XXV, 39. ἐργασίαν δουλικήν. *K. Pollux Onom.* III, 75. δουλικὸν ἔργον.

ΔΟΥ'ΛΟΣ, servus utriusque sexus, cultor. *בַּעֲבוּר, *propter.* 2 Sam. VII, 21. διὰ τὸν δοῦλόν σου. Legerunt בְּעֶבֶד. – *דָּבָר, *verbum.* 2 Sam. VII, 21. διὰ τὸν δοῦλόν σου. Loco דְּבָרְךָ non legerunt עַבְדְּךָ, ut plerique putarunt, sed cum דָּבָר h. l. sit *promissio a Deo Davidi, cultori suo, data,* sensum liberius expresserunt. – נַעֲרָה, *iuvencula.* Prov. IX, 3. τοὺς ἑαυτῆς δούλους. Lege τὰς ἑαυτῆς δούλους s. δούλας. – עָבַד, *servio.* Iud. IX, 28. – עֲבַד Chald. *facio.* Esdr. IV, 15. Permutarunt עָבְדִין cum עַבְדִין, *servi.* – עֹבֵד part. *serviens,* it. *operans.* Ios. XVI, 10. 2 Reg. X, 19. 21. 23. 24. 25. ubi οἱ δοῦλοι τοῦ βαάλ sunt aut *cultores* Baalis, aut omnes, qui in cultu eius externo ullo modo occupati erant. Nam diserte ibi distinguuntur a sacerdotibus. Cohel. V, 11. – עֲבַד Chald. ex עֶבֶד hebr. Esdr. V, 11. Dan. III, 27. VI, 20. – עֶבֶד. Levit. XXV, 44. XXVI, 13. Deut. XXXII, 36. Adde *Aqu.* Gen. IX, 26. δοῦλος δούλων. Legit עֶבֶד עֲבָדִים. – *עִבְרִי, *Hebraeus.* 1 Sam. XIV, 21. ubi pro הָעִבְרִים, *Hebraei,* legerunt הָעֲבָדִים, quemadmodum et ibid. XIII, 3. Ion. I, 9. עִבְרִי, δοῦλος κυρίου. Legerunt עֶבֶד יְ. – עַם, *populus.* Ps. LXXVII, 77. LXXIX, 5. ubi e coniectura *Semleri* loco δοῦλος reponendum esset λαός, quod mihi ideo maxime improbabile est, quia formula *po-*

pulus Dei notionem *cultorum Dei* simul involvit. - קוֹל, *vox*. 1 Sam. XXVI, 17. δοῦλός σου. Sc. putarunt, emphasin latere in affixo י in voce קוֹלִי propter sequentia (ubi eum *regem suum* appellat), ita exprimendam: *Vox est mea, qui sum servus tuus*. Non enim a me impetrare possum, ut credam, textum hebr. h. l. mutilum esse. Conf. v. 18. In *Compl.* duae versiones coaluisse h. l. videntur, habet enim: φωνή μου, κύριέ μου, δοῦλος σός, κύριε βασιλεῦ. Sap. IX, 5. ubi cum παῖς permutatur. Ib. XV, 7. ubi ut adiectivum legitur τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, vasa puro usui *inservientia*. Vid. *D'Orville* ad *Charit.* II. c. 4. p. 308.

ΔΟΥ͂ΛΟΣ ΕἸΜΙ', *servus sum*. אָתָה, *venio*, *accedo*. Ier. III, 22. Libere verterunt.

ΔΟΥΛΟ'Ω, *servum facio*, *in servitutem redigo*. עָבַד, Kal, *servio*. Gen. XV, 13. δουλώσουσιν αὐτούς. Recte, nam Kal habet h. l., ut saepe, notionem hiphilicam. Sap. XIX, 13. 1 Macc. VIII, 11.

*ΔΟΧΕΓΟΝ, *receptaculum*. Sir. L, 3. δοχεῖα ὕδατος, receptacula aquarum, ubi *Vat.* ἀποδοχεῖον ὑδάτων habet.

ΔΟΧΗ', *convivium*, *epulum*. *לְחֶם Chald. *epulum*, *convivium*, q. d. *comestio*. Dan. V, 1. ἐποίησε δοχὴν μεγάλην, sec. *Chis.* - מִשְׁתֶּה, idem. Gen. XXI, 8. ἐποίησε δοχὴν μεγάλην, faciebat *convivium* magnum. Ib. XXVI, 30. Esther. I, 5. 3 Esdr. III, 1. *Hesych.* δοχήν, ἄριστον.

ΔΟ'ΧΙΟΝ, *receptaculum*, i. q. δοχεῖον. חֹשֶׁן, *rationale*, *pectorale*. *Symm.* Lev. VIII, 8. ubi tamen, ut recte monuit *Scharfenbergius* ad h. l., loco δόχιον sine dubio reponendum est τὸ λόγιον, ut in Cat. *Nicephori* legitur, et *Symm.* ipse Ex. XXV, 7. transtulit, aut τὸ λογεῖον, ut LXX verterunt sec. cod. *Alex.* et *Ed. Rom.*

ΔΡΑ'ΓΜΑ, *manipulus*. אֲלֻמָּה, idem. Gen. XXXVII, 6. Ps. CXXV, 8. - עָמִיר, *manipulus frugum*. Mich. IV, 12. - עֹמֶר, idem. Lev. XXIII, 11. 12. 15. Ruth. II, 7. 15. Lev. XXIII, 13. οἴσετε τὰ δράγματα ἀπαρχὴν τοῦ θερισμοῦ, feretis manipulos primitias messis. Conf. ad h. l. *Spanhemii Obss.* in *Callimachum* p. 679. - עֲרֵמָה, *acervus*. Neh. XIII, 15. - קָמָה, *seges*. Iud. XV, 5. ubi pro קָמוֹת, quod proprie *segetes adhuc in culmo stantes* notat, sed h. l. *manipulos* significare videtur, LXX sec. *Alex. Ox. et Compl.* εἰς τὰ δράγματα habent, sed in aliis libris legitur ἐν τοῖς στάχυσιν. Hos. VIII, 7. δράγμα notare videtur *culmos et spicas*, quia manipuli fiunt e culmis spicis armatis. - קֹמֶץ, *pugillus*. Gen. XLI, 47. *Hesych.* δράγμα, ὅσον περιλαμβάνει τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ὁ θερίζων. Idem: δράγματα, δέσμαι, καὶ ὅπερ ἡ χεὶρ δράξηται. Sic et *Eustath.* ad Il. λ', p. 765. δράγματα exponit: ὧν ἡ χεὶρ δράττεται ἐν τῷ θερίζεσθαι.

ΔΡΑΓΜΑΤΑ ΣΥΛΛΕΓΩ, *manipulos colligo*. עָמַר, idem. *Inc. et LXX* Ps. CXXVIII, 6.

ΔΡΑΚΩΝ, *draco*, *serpens*. כְּפִיר, *leo iuvenis*. Iob. IV, 10. XXXVIII, 39. In utroque loco respexerunt notionem *serpentis*, quam nonnulli veteres interpretes voci hebr., v. c. Ps. XCI, 13., subiecerunt. *Syr.* כורפא, *aspis*, *vipera*. *Eckermanno* ad h. l. legisse videntur כפתנים, levi facta literarum commutatione. - לִוְיָתָן, *Leviathan*. *Theod.* Iob. III, 8. LXX Iob. XL, 20. Ps. LXXIII, 14. Ies. XXVII, 1. LXX sine dubio graecum nomen eadem posuerunt latitudine, quam habet hebr. תַּנִּין, ut et *crocodilum* complectatur. Vide Ez. XXIX, 3. XXXII, 2. - נָחָשׁ, *serpens*. Iob. XXVI, 13. Amos. IX, 13. - עַתּוּדִים plur. *hirci*. Ier. L, 8. ubi lectio δράκοντες vitiosa visa est plerisque interpretibus. *Colomesius* in *Cimel. liter.* p. 313. legendum censet δόρκονες. Rectius scripsisset δόρκωνες e sententia *Bielii*. *Cappellus* in *notis critt.* ad h. l. restituendum putat τράγοι, quod nimis dissimile mihi videtur. Receptam lectionem tuetur quoque *Codex Syr. Hex.* Arab. ثعبان *serpentem* significat. Confer *Michaelis* (I. D.) Comment. ad h. l. - פֶּתֶן, *aspis*. Iob. XX, 16. - תַּנִּים sing. Ez. XXIX, 3. XXXII, 2. - תַּנִּין. Ex. VII, 9. 10. 12. Ier. IX, 11. εἰς κατοικητήριον δρακόντων, in domicilium draconum. Ἄλλοι Gen. I, 21. τοὺς δράκοντας τοὺς μεγάλους. *Severian.* ap. *Chrysost.* VI, 405. *Gloss. MS.* in *Ierem.* δρακόντων, σειρήνων. Vide et Thren. IV, 3. Mich. I, 8.

**ΔΡΑΜΑ*, *actus*, s. *facinus*. 4 Macc. VI, 17. *Suidas*: δρᾶμα, ποίημα, πρᾶγμα. Vide quoque *Phavorinum* c. 533. l. 53 sequ. ac *Etymol. M.* 286, 18.

ΔΡΑΞ, *pugillus*. גֹּמֶר, *cubitus*. *Inc.* Iud. III, 16. - חֹפֶן, *pugnus*, et in duali חָפְנַיִם, *mensura duarum manuum contractarum*. Cohel. IV, 6. - כַּף, *vola*, *manus*. *Inc.* Psalm. CXXVIII, 6. s. 7. LXX 1 Reg. XVII, 12. Cohel. IV, 6. πλήρωμα δρακὸς ἀναπαύσεως, plenitudo pugilli requiei. *Gloss. MS. in Octat.* δρακὸς, τῆς παλάμης τῆς χειρὸς τοῦ χωροῦντος. Sic etiam in *Hesychio*, nisi quod τοῦ χωροῦντος non addatur. - קֹמֶץ, *pugillus*. Lev. II, 2. V, 12. VI, 15. - שָׁלִישׁ, *triental*. Ies. XL, 12. - שֹׁעַל, *pugillus*. *Inc.* 1 Reg. XX, 10. LXX Ez. XIII, 19. *Hesych.* Δρὰξ, δράκα, καὶ ξέστου τὸ τέταρτον. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* δρὰξ, τὸ πλάτος τῆς παλάμης.

ΔΡΑΠΕΤΗΣ, *servus fugitivus*. 2 Macc. VIII, 35. δραπέτου τρόπον. *Hesych.* δραπέτης, φυγάς. *Suidas*: δραπέτης, ὁ ἀποδρῶν τῆς δουλείας.

**ΔΡΑΣΟΣ*. שׂוֹבֶךְ, *densitas*. 2 Sam. XVIII, 9. sec. cod. *Alex.* Sed sine dubio ibi legendum est δάσος, quod reliqui libri habent.

ΔΡΑ'ΣΣΟΜΑΙ, *prehendo*, *manu capio*. נָשַׁק, *osculor*. Ps. II, 12. δράξασθε παιδείας, ubi plerique statuunt eos cum *Chaldaeo* legisse נַשְּׁקוּ, nam נָשַׁק est *assequi* et *assequendo apprehendere*, etsi hoc verbum non reperitur in Piel, sed in Hiphil. Sed cum נָשַׁק h. l. sit *homagium praestare*, statuere mallem, eos liberius ac quoad sensum reddidisse: *subiicite vos eius disciplinae*, s. *admittite eius doctrinam*. Inde apud *Hesychium* δράξασθε παιδείας exponitur λάβεσθε παιδείας καὶ ἐπιστήμης. – קָמַץ, *in pugillum colligo*. Lev. II, 2. V, 12. Num. V, 26. In duobus postremis locis δράσσεσθαι cum accusativo construitur, quae constructio, admodum rara, reperitur tamen apud *Herodot*. III. c. 13.

ΔΡΑΧΜΗ', *drachma*. אֲדַרְכּוֹן, quod vulgo idem putatur, quod δραχμή. 1 Par. XXIX, 7. Esdr. VIII, 26. – בֶּקַע, *dimidium*, nempe *sicli*. Gen. XXIV, 22. Ex. XXXVIII, 25. – דַּרְכְּמוֹן i. q. אֲדַרְכּוֹן. Esdr. II, 69. Neh. VII, 72. 2 Macc. IV, 19. X, 20. XII, 43. *Hesych.* δραχμή, τὸ ὄγδοόν ἐστιν τῆς οὐγγίας ἐν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ, ἐν δὲ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ὀγδοηκοστόν ἐστιν οὐγγίας. οὕτω γὰρ εὑρίσκονται οἱ εἴκοσι ὀβολοὶ δίδραχμον ἐν τῷ Λευϊτικῷ.

ΔΡΑ'Ω, *facio*. הֵכִין Hiph. a כּוּן, *paro*. 2 Paral. XXXV, 20. – פָּעַל. *Symm.* Ps. X, 3. Vide et Sap. XIV, 10. XV, 6. 4 Macc. XI, 4. τί δράσαντας ἡμᾶς, qua nostra *culpa admissa*, seu quo *flagitio* a nobis *commisso*. *Gloss. MSS.* τῆς Παναρέτου· δρῶντες, πράττοντες. *Hesych.* δρῶντες, ποιοῦντες, ἐργαζόμενοι.

ΔΡΕΠΑΝΗΦΟ'ΡΟΣ, *falcifer*, *falcatus*. 2 Macc. XIII, 2. ἅρματα δρεπανηφόρα, currus *falcati*, de quibus vide *Ewaldi Emblem. Sacr.* lib. II. p. 195. ac loca *Xenophontis* laudata a *Sturzio* in *Lex. Xenophonteo* s. h. v.

ΔΡΕ'ΠΑΝΟΝ, *falx*. דָּרְבָן, *stimulus*. 1 Sam. XIII, 21. Vide infra s. v. מַחֲרֵשָׁה. – חֶרְמֵשׁ, *falx messorum*. Deut. XVI, 9. XXXIII, 15. – מַגָּל. Ier. L, 16. et Ioel. III, 13. – מְגִלָּה, *volumen*. Zach. V, 1. Legerunt vel מַגָּל, vel cum He paragogico מַגָּלָה, aut מַגָּלָה, quod ipsi acceperunt pro מַגָּל, *falx*. *Semlero* δρέπανον h. l. esse videtur vitium antiquum pro δερμάτιον, aut eius generis aliquo. – מַזְמֵרוֹת plur. Ies. II, 4. Ioel. III, 10. Mich. IV, 3. – מַחֲרֵשָׁה, *rutrum*. 1 Sam. XIII, 20. Sc. quia LXX חָרַשׁ reddiderunt per θερίζειν, hinc istud מַחֲרֵשָׁה verterunt δρέπανον, quia falx est instrumentum ad metendum. Hinc quoque venit in v. 21.

ΔΡΟΜΑ'Σ, *dromas*, *dromedaria*. בִּכְרָה, idem. *Aqu. Symm. Theod.* Ier. II, 23. Conf. *Bocharti Hier.* P. I. p. 18. ed. rec.

ΔΡΟΜΕΥ'Σ, *cursor*. אֶרֶג, *radius textorius*. *Tetrapl.* Iob. VII, 6. (ac si lectum fuisset הָרָץ), ubi fortasse δρομεὺς est terminus technicus, quo radius textorius, quo me-

diante texitur, significatur, ita dictus a celeritate, qua volvitur aut iacitur. *Montfauconio* lectio δρομέως huc translata videtur ex cap. IX, 25. - בִּכְרָה, *dromedaria. Aqu. Symmach. Theod.* Ier. II, 23. ubi legendum δρομὰς, quia δρομεὺς κούφη grammatica non patitur. Vide ad h. l. *Montfauc.* et *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 18. ed. rec. - קַל, *velox.* Amos. II, 14. - רַגְלִי, *pedes, pedites. Aqu.* Ier. XII, 5. σὺν δρομεῖ. *Drusius* suspicatur legendum σὺν δρομεῦσι. Vide ad h. l. *Montfauc.* - רָץ, part. a רוּץ. Iob. IX, 25.

'ΑΓΑΘΟ'Σ ΔΡΟΜΕΥ'Σ, *bonus cursor.* אִישׁ מָגֵן, *vir clypei*, h. e. *clypeatus.* Prov. VI, 11. Non erat, quod offenderet haec versio *Iaegerum*, nec opus est, ut numerum variarum lectionum V. T. exinde augeamus. Respexerunt notionem verbi arab. جن, quod in Coniug. X. notat *celerem esse, celeri cursu incedere.*

*ΔΡΟΜΗ', *cursus, festinatio.* הֵרִיץ, Hiph. *currere facio. Inc.* Genes. XLI, 14. δρομῇ ἤγαγον, *celeriter s. relictis omnibus ducebant. Vulgat. protinus eductum.* Δρομῇ hic vim adverbii habet, sicut σπουδῇ, et multa eius generis alia.

ΔΡΟ'ΜΟΣ, *cursus.* זִמָּה, *cogitatio.* Iob. XVII, 11. αἱ ἡμέραι μου παρῆλθον ἐν δρόμῳ, dies mei abierunt quam celerrime. Bene quoad sensum. Nihil enim est cogitationibus celerius. - מֵרוֹץ, *cursus.* Coh. IX, 11. οὐ τοῖς κούφοις ὁ δρόμος. *Symm.* ibi habet τὸ φθάσαι δρόμον, h. e. *cursu praevenire* aut *vincere.* - מְרוּצָה. 2 Sam. XVIII, 27. Ier. VIII, 6. XXIII, 10. - *שִׁפְעַת, *redundantia.* Iob. XXXVIII, 34. δρόμῳ ὕδατος sec. cod. *Alex. Hieron.* et *Augustinus* legerunt τρόμῳ, *tremore*, quod habet etiam exemplar *Vatic.* Prior lectio praeferenda videtur.

ΔΡΟΜΟ'Ω, *currere facio.* הֵרִיץ, idem. *Aqu.* Psalm. LXXVI, 52.

*ΔΡΟΜΩ'ΔΗΣ, *cursu valens, velox.* בֶּן שַׁחַץ, *filius superbiae*, s. *animal ferox.* Iob. XLI, 25. ubi alii habent δρομώδους pro βρομώδους, quod apud *Symm.* legitur, ubi significantur non tam animalia, quae cursu excellunt, (*Michaelis* in *Supplem.* p. 2311. confert arab. شخص, quod *abire* notat) quam *quae impetum faciunt in alia, ferocientia.* שַׁחַץ enim *ferociam* notat.

*ΔΡΟΣΙ'ΖΩ, *irroro, adspergo.* 3 Macc. VI, 6. διάπυρον δροσίσας κάμινον, ignitam fornacem quasi rore refrigeravit, quod in *Additam.* ad Dan. III, 50. ita exprimitur: ἐποίησε τὸ μέσον τοῦ καμίνου, ὡς πνεύματα δρόσου. Adde *Aristoph. Ran.* v. 1546. et *Athen. Deipnos.* l. XV. p. 692. C.

ΔΡΟ'ΣΟΣ, *ros.* טַל, idem. *Theodot.* Iob. XXIX, 19. LXX Gen. XXVII, 28. 39. Exod. XVI, 13. Num. XI, 9. - *רְבִיבִים, *guttae spissae*, it. *pluviae*, *imbres*, coll. Ier. III, 3. *Syrus* Ps. LXIV, 11 ταῖς δρόσοις, *roribus*. Liberè vertit. - שֶׁלֶג, *nix.* Prov. XXVI, 1. ubi post δρόσος sine dubio supplendum est πεπηγμένη, quod est *Symmachi* Ps. CXLVII, 16. *Hesych.* δρόσοι, ψεκάδες.

ΔΡΟ'ΣΟΣ ΠΕΠΗΓΜΕ'ΝΗ, *ros condensatus*, s. *addensatus*, h.e. *pruina.* כְּפוֹר, *pruina. Symm.* Ps. CXLVII, 15.

ἘΚΦΟΒΕ'Ω, exterreo, perterreo, terrorem iniicio. הֶחֱרִיד Hiph. idem. Lev. XXVI, 6. Ez. XXXIV, 28. XXXIX, 26. Adde *Theodot.* Ier. XXX, 10. - חִתִּית, *terror.* Ezech. XXXII, 26. - חָתַם, *obsigno.* Iob. XXXIII, 16. ἐξεφόβησεν. Sc. pro יַחְתֹּם legerunt cum *Aquila, Syro* et *Luthero* יְחִתֵּם, a חָתַת, *consternare aliquem.* - חִתַּת Pih. Iob. VII, 14.

**ἘΚΦΟΒΟΣ ΕἸΜΙ', exterritus sum.* יָגֹר, *metuo.* Deut. IX, 19.

ἘΚΦΟΡΑ', elatio funeris. יוֹצֵאת, *egrediens,* part. foem. a יָצָא. *Symm.* Ps. CXLIII, 14. ἐκφορά. Non male. - שְׂרֵפָה, *ustio, combustio.* 2 Par. XVI, 14. ἐποίησαν αὐτῷ ἐκφορὰν μεγάλην, faciebant illi *exsequias* magnas. Vide et 2 Par. XXI, 19. *Hesych.* ἐκφορὰν, ἔξοδον, ταφήν. Conf. *Kirchmannum* de *Fun. Rom.* lib. II. c. 1. p. 76.

ἘΚΦΟ'ΡΙΟΝ, fructus, quem terra edit, terrae proventus. יְבוּל, *proventus. Inc.* et *LXX* sec. libros nonnullos Iud. VI, 4. τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς, *proventus* terrae. Hagg. I, 10.

- מַעֲשֵׂר, *decima.* Mal. III, 10. - פְּרִי, *fructus.* Lev. XXV, 19. Deut. XXVIII, 33. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐκφόρια, καρπούς.

*'ΕΚΦΡΥΓΩ, *extorreo.* חָרָה, *comburor.* Ez. XXIV, 11. sec. *Compl.* Desideratur haec vox in Lexicis.

*'ΕΚΦΥΓΗ', *effugium, fuga.* 3 Macc. IV, 19. εἰς μηχανὴν τῆς ἐκφυγῆς, ad inveniendum (Iudaeis) *effugium.* Vide *Schol. Soph. Aiac.* v. 959.

'ΕΚΦΥΜΑ, *pustula.* מִסְפַּחַת, *inhaerentia,* item *locus s. pars corporis scabie affecta. Symm.* Lev. XIII, 7. coll. v. 6. ubi eandem vocem per ἔκβρασμα expresserat. *Phavor.* ἔκφυμα, ἐξάνθημα. Vide eundem s. v. βλοστρισμός, et *Hippocr.* de *insomn.* p. 377 ult.

'ΕΚΦΥΞΙΣ, *effugium, refugium.* מִפְלָט, *evasio. Symm.* Ps. LIV, 9.

'ΕΚΦΥ'ΡΟΜΑΙ, *inquinor, contaminor.* שָׁגַל Pyh. *violor, vitior,* pro quo Masor legunt שָׁכַב, *concumbor. Inc.* sec. *Theodor.* Ier. III, 2. ἐξεφύρθης (LXX ἐξεφύρης), ὁ Σύρος ἐμιάνθης. Hinc orta est glossa apud *Suidam* et *Hesych.* ἐξεφύρθης, ἐμιάνθης.

'ΕΚΦΥΣΑ'Ω, *efflo, deflo, proflo, sufflo, dispergo,* metaph. *contemno, neglego, abominor.* נָפַח, idem. Ezech. XXII, 20. ἐκφυσῆσαι εἰς αὐτὸ πῦρ, ut *sufflent* in illud ignem. Hagg. I, 9. Mal. I, 13. ἐξεφύσησα αὐτούς, at ego *aversor* illos. *Hesych.* ἐξεφύσησα, διεσκόρπισα, ἐβδελυξάμην. *Gloss. MS. in Proph.* ἐξεφύσησα, ἐξεσκόρπισα, ἐβδελυξάμην. Adde *Symm.* Ps. X, 5. πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐκφυσᾷ, h. e. interprete *Hieronymo, omnes hostes suos despicit. Fischerus* in *Clavi* p. 48. transtulit: *spirat s. efflat ore et naribus minas in omnes hostes suos,* h. e. *minatur necem omnibus hostibus suis,* coll. Act. IX, 1. Sed prior interpretatio mihi praeferenda videtur. 4 Macc. V, 32.

*'ΕΚΦΥ'ΣΗΜΑ, *efflatio, id quod efflatur.* Ezech. XXII, 21. sec. cod. *Alex.* ubi nihil huic voci in hebr. textu respondet.

*'ΕΚΦΥ'Ω, *produco, germinare iubeo.* הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio. Symm.* Psalm. CIII, 14. *Vulg.* et *Hieron. ut educat.*

*'ΕΚΦΩΝΕ'Ω, *exclamo, respondeo.* עֲנָה Chald. *respondeo.* Dan. II, 27. sec. *Chis.*

'ΕΚΧΑΙ'ΝΩ, *inhio multum.* 3 Esdr. IV, 19. εἰς αὐτὴν ἐκκέχηναν, illi *multum inhiant, s. oculos valde intendunt* in eam.

'ΕΚΧΕ'Ω, *effundo, evado,* it. *largiter distribuo.* *אַדִּיר, *illustris. Inc.* Iud. V, 25. ubi ἐκχεόντων ortum est ex ὑπερεχόντων, quod habent LXX. - *הִרְבָּה, *multiplicare facio. Theodoret.* in *Cat. Nic.* 534. Exod. I, 7. ἐκχεθῆναι

οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν. Ita *Holmesius*. Sed *Theodoretus* scripsit: οὕτως ηὐξήθησαν, ὥστε κατὰ πάσης ἐκείνης ἐκχυθῆναι γῆς. - הֵרִיק Hiph. a רִיק, *evacuo*. Ps. XXXIV, 3. ἔκχεον ῥομφαίαν, *evagina gladium*, ubi *Diodorus*: τὸ ἔκχεον ἀντὶ τοῦ γύμνωσον (ita *Aqu.* et *Symm.*), ἐπειδὴ τὸ ἐκχεόμενον γυμνοῦται τοῦ ἄγγους. Ez. XII, 14. ῥομφαίαν ἐκχεῶ ὀπίσω αὐτῶν, gladium educam post illos. Cohel. XI, 3. - רָק, *adspergo*. 2 Reg. XVI, 15. - יָצַק, *fundo*, *effundo*. Lev. VIII, 15. IX, 9. Ez. XXIV, 4. - נָתַן, *do*. Ex. XXX, 19. Num. XIX, 17. - שׂוּם, *pono*. Iud. VI, 19. sec. *Compl.* ἐξέχεεν, ubi reliqui libri sensu eodem ἐνέχεεν habent. - שִׁחֵת Pih. *perdo*. Gen. XXXVIII, 9. Sermo ibi est de profusione seminis, qua concubitus infructuosus reddebatur. - שָׁפַךְ. Gen. IX, 6. Ps. XLI, 4. ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου, effudi in me animam meam. Apud *Suidam* exponitur διεχύθην καὶ διεκινήθην εἰς ὀδυρμοὺς, ἄπαυστον ἔχω τὸν θρῆνον. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐξέχεα, ἐκένωσα. Ps. LXVIII, 29. ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, effunde super illos iram tuam, h. e. gravissimis poenis illos affice. Vide et Ps. LXXVIII, 6. Ier. X, 24. Sir. XXXVI, 6. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἔκχεον, φανέρωσον. Thren. II, 19. ἔκχεον ὡς ὕδωρ καρδίαν σου, effunde uti aquam preces. Ibid. v. 12. ἐν τῷ ἐκχεῖσθαι τὰς ψυχὰς αὐτῶν εἰς κόλπον μητέρων αὐτῶν, quando animam in sinus maternos *exhalant*. - שֶׁפֶךְ, *effusio*. Lev. IV, 12. Tob. IV, 23. ἔκχεον τοὺς ἄρτους σου ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων: ubi ἐκχέειν sumitur metaphorice de *larga eleemosynarum erogatione*. Vide *Fesselii advers. sacr.* lib. I. c. 12. p. 66. Sir. I, 10. Θεὸς ἐξέχεεν τὴν σοφίαν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, h. e. vel: Deus *abunde* summam suam sapientiam *manifestavit* per omnia opera sua, vel, praeeunte *Syro*: Deus *sat multum* sapientiae *distribuit* hominibus. Ib. XVI, 11. ἐκχέων ὀργὴν, h. e. *gravissime puniens*. Ib. XVIII, 11. ἐξέχεεν τὸ ἔλεος. XXIV, 35. διδασκαλίαν ἐκχέειν.

'ΕΚΧΛΕΥΑΖΩ, *irrideo*, *illudo*. הֵלִיץ Hiph. a לִיץ, idem. *Symm.* Prov. XIV, 9. ἄφρονες ἐκχλευάζουσιν πλημμέλειαν, h. e. *delectat stultos sua enumerare et iactare flagitia*.

*'ΕΚΧΟΛΑΩ, *in bilem verto*, *admodum iratum reddo*. 3 Macc. III, 1. sec. *Alex.* ἐξεχόλησεν, ubi reliqui libri ἐχόλησεν habent. Addenda est haec vox Lexicis.

''ΕΚΧΥΣΙΣ, *effusio*, *fluxus*. אֲפִיקִים, *alvei*. *Aqu.* Cant. V, 12. ἐκχύσεις ὑδάτων, sunt *rivuli*, *canales*, etiam *fontes*. - שֶׁפֶךְ, *effusio*. Lev. IV, 12. - שְׁפֹךְ infin. *effundendo*. 1 Reg. XVIII, 28. Sir. XXVII, 15.

'ΕΚΧΥΩ, *effundo*, et 'ΕΚΧΥΝΟΜΑΙ, *irruo*, *dispergor*, *evanesco*, *pereo*, *titubo*. יָצַק, *fundo*, *effundo*. *Symm.* Ps. XL, 9. LXX Ps. XLIV, 3. ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου, mira gratia et oris suavitate *praeditus es*. Conf. Sir. XX, 12. - נִגָּרִים part. plur. *defluentes*. *Theod.* 2 Sam. XIV, 14. - נִגַּשׁ,

dimitto. Hos. XII, 14. Vox hebr. h. l. notat *diffundere se*, ut 1 Sam. IV, 2. Ies. XVI, 8. – *נפשׁ, *diffundo me*, e cognata rad. נפץ. *Symm.* Hab. I, 8. ubi vox hebr. dicitur de iis, qui in pugna furiosos fere agunt, strepuntque, ac si omnia invertere velint, internecionique sint daturi. Conf. Iudic. IX, 44. XX, 37. Iudith. XV, 3. – *פָּרַץ, *rumpo, perrumpo*, ac speciatim de aqua dicitur. Hos. IV, 2. sec. *Compl.* ἐκκέχυται. Vide infra s. v. χύω. – פָּשַׁט, *irruo, diffundo me.* Iud. IX, 44. δύο ἀρχαὶ ἐξεχύθησαν ἐπὶ πάντας. duae cohortes effundebantur, vel: *subito impetum faciebant* in omnes. Vide et Iud. XX, 37. *Al.* 1 Par. XIV, 9. 13. – פָּשָׁה, *diffundo me. Inc.* Lev. XIII, 5. – שָׁפַךְ, *effundo.* Gen. IX, 6. Iob. XXX, 16. ἐπ' ἐμὲ ἐκχυθήσεται ἡ ψυχή μου, h. e. mecum ipse doleo et ingemisco, tacito dolore intra me torqueor. *Vulg. in memet ipso marcescit anima mea.* Ps. XXI, 4. LXXII, 2. ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, *titubarunt* gressus mei. Ps. CVI, 40. ἐξεχύθη. Legerunt שׁפךְ. Ps. XXII, 14. ἐξεχύθη. Legendum ex *Eusebio Dem. Evang.* lib. X. et latino interprete ἐξεχύθην. Vide Gen. XLIX, 4. Thren. IV, 1. ἐξεχύθησαν λίθοι, *dispersi sunt* lapides. *Hesych.* ἐξεχύθησαν, ἠφανίσθησαν. Cf. *Caten. Ghisler.* p. 176 sequ. Iudith. XV, 2. ἐκχυθέντες, *effuse fugientes. Philo in Flacc.* p. 982. D. ed. *Mang.* ἅμα τῇ ἕῳ διὰ πυλῶν ἐκχυθέντες. Iudith. XV, 4. ἐξεχύθησαν ἐπ' αὐτούς, *irruerunt* in eos. Sir. XIX, 13. ἐκχυθήσονται, *profunduntur sine utilitate*, metaphora desumta ab aquis, quae effusae perduntur. Sir. XXX, 18. ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα, *epulae splendidissimae*, s. *opes ac divitiae summae.* Sir. XXXVII, 32. μὴ ἐκχυθῇς ἐπὶ ἐδεσμάτων, noli te in variorum ferculorum delicias nimia edacitate et aviditate gulae effundere. Sic et de cupiditate fervente apud alios dicitur. Vide *Berglerum* ad *Alciphr.* Epist. p. 25.

'ΕΚΧΩΡΕ'Ω, *secedo*, it. *separo, abduco.* נֵרֹם Niph. a רָמַם, *tollo me*, et ex adiuncto *recedo*, quam notionem quoque arab. رم habet. Num. XVI, 45. 3 Esdr. IV, 44. 57. 1 Macc. IX, 62. V. s. ἐκχωρίζω.

'ΕΚΧΩΡΙ'ΖΩ, *discedo, recedo.* בָּרַח, *fugio.* Amos. VII, 12. ἐκχώρισον σὺ εἰς γῆν ἰούδα. Ita *Bielius Trommium* secutus. Sed ibi omnes codd. habent ἐκχώρησον, et quidem rectius, ubi simul notandum loco σὺ reponendum esse σοι. Genus loquendi in omnibus linguis vel pueris notum.

'ΕΚΨΥ'ΧΩ, *exspiro, animam efflo.* יָעֵף, *lassus sum.* Iud. IV, 21. – כָּהָה Pih. *caligo.* Ez. XXI, 7. ἐκψύξει πᾶσα σάρξ. כָּהָה ibi notat *animo deficere, pusillanimem fieri.* – מוּת, *morior. Inc.* Iud. IV, 21. – שְׁמֵמָה, *desolata*, etiam *attonita reddita, mente rigens.* Confer *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. 2 Sam. XIII, 20. ἐκψυχοῦσα sec. *Compl.* Lege ἐκψύχουσα.

'ΕΚΩ'Ν, *volens*, *voluntarius*. צָדָה, *venor*. Exod. XXI, 13. οὐχ ἑκὼν, ubi series orationis docet LXX sensum non male expressisse. Praeterea *Schultensius* de *defectibus* §. 99. p. 89. contulit arab. صدا, quod de rubigine ferri proprie dicitur, deinde vero ad *animum malignum* transfertur. *Hes.* οὐχ ἑκὼν, οὐ βουλόμενος, οὐ θέλων.

*'ΕΛΑΛΔ. Hoc vocabulum plane nihili occurrit 2Reg. IV, 34. apud *Theodoretum* in *Quaestt.* ad h. l. et in Cod. *Reg.* pro וַיִּגְהַר, *et prostravit se*: ubi alii legere volunt ἔγλαδε, alii ἔγλα δὲ, ἔλαδε et ἐγλαάδ alii. Equidem puto, vel rescribendum esse ἰγαάρ, ut sit hebr. graecis literis expressum, vel ad וַיַּעַל, *ascendit*, referendum, vel ἐλάαυ legendum, ut sit hebr. עָלָיו, quod statim sequitur, hoc modo expressum.

'ΕΛΑΙ'Α, *olea*, *oliva*. בֶּן שֶׁמֶן, *filius olei*. *Symm.* Ies. V, 1. Vide infra s. v. שֶׁמֶן. — זַיִת, *olea* arbor, et metonymice eius fructus. Gen. VIII, 11. Exod. XXVII, 20. ubi ad ἐξ ἐλαιῶν *Schol. ed. Rom.* habet: ἐκ σπερμάτων. XX, 24. — *עַבְרוֹת, *transitus*. *Inc.* 2Sam. XV, 28. ἐπὶ τῆς ἐλαίας. Erant enim in illa regione multae oleae et olivae, ut vel e libris N. T. constat. Pertinet huc etiam versio *Inc.* ib. v. 27. ubi vox ἐλαία, cui nihil respondet in textu hebr., continet meram observationem topographicam, et quidem veram, vel ab interprete vel a librario insertam. — שֶׁמֶן, *pinguedo*, etiam *oleum*. Ies. XLI, 19. *Symm.* Ps. XCI, 11.

'ΕΛΑΙ'ΙΝΟΣ, *oleaginus*, *ex olea arbore factus*, *ad oleam pertinens*. זַיִת, Lev. XXIV, 2. Scribe ἐλαΐινον.

*'ΕΛΑΙΑΛΟΓΕ'Ω, *olivarum fructus colligo*. חָבַט זֵיתִים, *excutio olivas*. Deut. XXIV, 20. sec. Cod. *Alex.* Sunt, teste *H. Stephano*, qui existiment, scribendum esse potius ἐλαιολογήσῃς, vel ἐλαολογήσῃς.

'ΕΛΑΙΟΛΟΓΕ'Ω, *olivas colligo*. חָבַט זֵיתִים, *excutio olivas*. Deut. XXIV, 20.

"ΕΛΑΙΟΝ, *oleum*. יִצְהָר, idem. *Symm.* Zach. IV, 14. LXX Num. XVIII, 12. Deut. VII, 13. Hagg. I, 11. — מְשַׁח Chald. *oleum*, *quo ungitur*. Esdr. VI, 9. VII, 21. — שֶׁמֶן, *oleum*. Gen. XXVIII, 18. Exod. XXV, 6. XXX, 24. Adde *Symm.* Ps. CIII, 15. et *Aquil.* Psalm. CXXXII, 2. Legitur praeterea Psalm. IV, 7. ubi ἔλαιον ex aliis locis, v. c. Deut. XXVIII, 51. Hos. II, 10., addiderunt: et Cohel. X, 19. ubi fortasse respexerunt ad id, quod habetur Ps. CIV, 10.

'ΕΛΑΙΩ'Ν, *olietum*, *olivetum*. זַיִת, *olea* arbor, et metonymice eius fructus. Exod. XXIII, 11. Deut. VI, 11. Ios. XXIV, 13.

'ΕΛΑ'Μ. Vide s. v. Αἰλάμ.

"ΕΛΑΣΙΣ, *incessus*, *incedendi modus*. מִנְהָג, *ductus*, *incessus*. 2Reg. IX, 20.

ἜΛΑΣΜΑ, *lamina ductilis*. חָפוּשׂ, part. Pah. *prehensus*. Hab. II, 19. ἔλασμα χρυσίου καὶ ἀργυρίου, lamina ductilis auri et argenti. Sc. תָּפַשׂ olim *tractare*, *texere*, *extendere malleo metalla*, adeoque *obducere metallo* notabat. *Arabs* vertens *segmentum* legit κλάσμα. *Diod. Sic.* l. IV. p. 310. ἐλάσματα σιδήρου. *Strabo Geogr.* III. p. 233. B. *Hes.* ἔλασμα, ὑπέρπυρον, ubi vide Intt. ac speciatim *Sopingium*.

ἘΛΆΣΣΩΜΑ, vel ἐλάττωμα, *diminutio*, *damnum*, *detrimentum*. 2 Macc. XI, 13. τὸ γεγονὸς ἐλάσσωμα, quod *Baduellus* reddit: *incommodum acceptum*.

ἘΛΆΣΣΩΝ. Vide infra ἐλάττων.

ἘΛΆΤΗ, *abies*, *palmae fructus*. *Galeno* est *tenerum palmae germen*. *Phavorinus* etiam vocat πρώτην τοῦ φοίνικος ἔκφυσιν. בְּרוֹשׁ, *cupressus*. Ies. XLI, 19. *Aqu.* Ps. CIII, 17. Ies. XXXVII, 24. et Hos. XIV, 9. - *סַנְסִנִּים, *cacumina palmae in plures ramos divisae*, vel potius *spathae*, *spathulae*. *Aqu.* Cant. VII, 8. κρατήσω τῶν ἐλατῶν αὐτοῦ. *Montf.* transtulit *apprehendam abietes eius*. Sed tunc edendum fuisset ἐλάτων. Ἐλατῶν deducendum est ab ἐλατός, ut τὰ ἐλατὰ *dependentes fructus* aut *ramos* significet. Hoc sine dubio voluit *Vulgatus*: *apprehendam fructus eius*. Hanc quoque notionem habet vox hebr., ut *ramos palmae* et *fructus ab illis dependentes* significet. - עַרְמוֹן, *platanus*. Ez. XXXI, 8. - שִׂיחַ, *frutex*, *arbor*. Gen. XXI, 15. Pro arbore, ut certam speciem indicarent, posuerunt abietem, aeque ac *Iosephus A. I.* I, 12, 3. - תַּלְתַּלִּים plur. *crispaturae*. Cant. V, 12. Sc. ἐλάτη est *involucrum fructus nascentis palmae*, unde intellegendus est *Hieron.*, cum reddit: *sicut elatae*; nam *elatae* non est vox latina ab *elatus*, sed graeca. Elatae autem, quo tempore rumpuntus dactylosque produnt, speciem referre videntur crinis varie et cum pulchro aliquo ordinis artisque neglectu crispati. - תִּדְהָר, *pinus*. *Aqu.* Ies. XLI, 19.

ἘΛΆΤΙΝΟΣ, *abiegnus*. אַלּוֹן, *quercus*. Ez. XXVII, 6.

ἘΛΑΤΌΣ, *ductilis*, ut lamina metalli. מִקְשָׁה, *compactum et solidum opus*. Num. X, 20. - מְרֻקָּע part. Pyh. *diductum*. *Theod.* Ier. X, 9. - רִקֻּעִים plur. *diductiones*. Num. XVI, 38. - שָׁחוּט, *ductum*, *tractum*. 2 Par. IX, 15. 16. Vide quoque supra s. v. ἐλάτη. Sir. L, 18. *Hesych.* ἐλατὸν, ἐληλαμένον. *Gloss. Vett.* ἐλατὸν, *ductile*, *productum*, ab ἐλαύνω, *extendo*, *duco*. Conf. Intt. ad *Hesych.* s. v. ἐλατήρ.

ἘΛΆΤΤΩΝ et *ἘΛΆΣΣΩΝ*, compar. ab ἐλαχύς, *minor*. הַמְעִיט Hiph. *minuo*. Num. XXXV, 8. - חָסֵר, *indigens*. 1 Reg. XI, 21. - מַחְסוֹר, *indigentia*. Prov. XXII, 16. ubi τὸ ἔλασσον *defectum*, *egestatem*, *paupertatem* notat: ἐπ' ἐλάσσονι, *ita ut egeat*. *Inc.* ibid. κατὰ τοῦ ἐλάττονος; ubi incertum est an לְחָסֵר legerit, aut ἐλάττονος a neutro ἔλαττον sensu eodem de-

ducendum sit. - מַמְעִיט part. Hiph. Exod. XVI, 17. 18. - מְעַט, *parvus*, *paucus*. Lev. XXV, 16. Num. XXVI, 54. - צָעִיר, idem. Gen. XXV, 23. - קָטֹן, idem. Gen. I, 16. Sap. IX, 8. *minus sufficiens* aut *imbecillior*, quam ut possit intelligere etc. Iudith. IX, 16. *imbecillior viribusque inferior.*

'ΕΛΑ'ΣΣΩΝ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *minor fio.* מָעַט, *parvus sum et evado.* Prov. XIII, 11.

'ΕΛΑΤΤΟΝΕ'Ω, *minuo*, *diminuo*, *minus habeo*, *indigeo.* הִמְעִיט Hiph. *minuo*, *diminuo.* Ex. XX, 15. Lev. XX, 16. - חֶסֶד, *probrum.* Prov. XIV, 36. (34.) E coniectura *Iaegeri* ad h. l legerunt cum Resch חסר. *Vulg. miseros facit.* - חָסֵר, *indigeo.* Gen. VIII, 3. 5. XVIII, 28. Ex. XVI, 18. - חָסֵר, *indigens.* 1 Reg. XVII, 16. - מַחְסוֹר, *indigentia.* Prov. XI, 24. 2 Sam. III, 29. sec. *Compl.* Sir. XIX, 5. ἐλαττονεῖται κακίᾳ, minuitur malitia s. iniquitate, h. e. sopit multa mala, sc. lites, odia, rixas, caedes, quae ex loquacitate et maledicentia oriuntur. Ib. v. 6. ἐλαττονεῖσθαι est *detrimentum capere*, seu ἐν ἐλαττώσει εἶναι, ut habet *Compl.*

'ΕΛΑΤΤΟ'Ω et 'ΕΛΑΣΣΟ'Ω, idem, et 'Ελαττόομαι, *deficio*, *minuor*, *vincor.* דַּל, *tenuis*, *attenuatus*, sc. *fio.* *Symm.* 2 Sam. III, 1. ἐλαττοῦτο, *minuebatur.* *Vulg.* bene per *decrescere* reddidit vi oppositionis. - הִמְעִיט Hiph. *minuo*, *diminuo.* Num. XXVI, 54. XXXIII, 54. - חָסֵר Kal et Pih. 1 Sam. XXI, 15. μὴ ἐλαττοῦμαι ἐπιλήπτων ἐγὼ, num *inopia* furiosorum ego *laboro?* Ps. VIII, 6. Ier. XLIV, 18. - *חָסֵר, *carens*, *indigens*, *destitutus.* 2 Sam. III, 29. ἐλασσούμενος ἄρτοις, *egenus*, *pauper.* *Vulg. indigens.* *Symm.* ἐνδεής. - מַחְסוֹר, *defectus*, *penuria*, *egestas.* Ps. XXXIII, 10. - צָעַר, *exiguus*, *parvus sum vel fio.* Ier. XXX, 16. - רָקַח, *condio.* Ez. XXIV, 10. Fortasse legerunt רָקַק. - שָׂכַר, *mercede conduco.* 1 Sam. II, 5. ubi pro נִשְׂכָּרוּ per Caph legerunt per Beth נִשְׁבָּרוּ, seu ex aliorum sententia minus probabili נִצְעָרוּ. Sir. XVI, 24. ubi ἐλαττούμενος τῇ καρδίᾳ, *deficiens corde*, non est, ut plerique putant, *amens*, *stultus*, cui deest sapientia ac prudentia, talis enim non perpendere solet iudicia divina: sed *animo submisso praeditus*, *qui se voluntati divinae submisse substernit.* Ibid. XVIII, 5. οὐκ ἔστιν ἐλαττῶσαι οὐδὲ προσθεῖναι, nihil est, quod *demas* aut addas, h. e. perfectae sunt et omnibus numeris absolutae. Ibid. XXV, 4. ἐλαττούμενον συνέσει, cui *deficit* intellegentia. *Hesych.* ἐλαττούμενον, λειπόμενον. Ibid. XXXVIII, 25. ὁ ἐλασσούμενος πράξει αὐτοῦ, qui minimum habet negotiorum, quae agat. 2 Macc. II, 11. ἐλαττωθέντες, *victi.*

'ΕΛΑ'ΤΤΩΜΑ, *diminutio*, *damnum.* Sir. XIX, 25. ὑπὸ ἐλαττώματος ἰσχύος, virium *defectu.* 2 Macc. XI, 13. *strages.* Vide *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v.

'ΕΛΑ'ΤΤΩΣΙΣ, *deminutio, detrimentum.* Tob. IV, 17. Sir. XX, 2. 8. (*diminutio, s. privatio dignitatis, opum. Vulg. minoratio.*) 10. XXII, 3. *Hesych.* ἐλάττωσις, σμικρότισις, aut σμικρώτισις.

'ΕΛΑΥ'ΝΩ, *agito, impello, moveo, accedo, progredior, provehor.* בוא, *venio. Aqu.* Exod. III, 1. sec. *Coislin.* ἤλαυε: ubi tamen *Scharfenb.* suspicatur ἤλαυε potius referendum esse ad antecedens יִנְהַג. - הוֹלֶם, *tusio.* Ies. XLI, 7. Habuerunt pro participio. - יָצַק, *fundo.* Exod. XXV, 12. - נָהַג, *duco. Aquila* 1 Sam. XXX, 2. ἤλασαν, *secum duxerunt,* sc. captivum. LXX h. l. voce αἰχμαλωτεύειν usi sunt. Ibid. v. 22. Idem Ex. III, 1. sec. cod. *Mosqu.* Idem 2 Reg. IX, 20. - נָרוֹץ Niph. a רוּץ, *curro. Symm.* Cohel. XII, 6. ἐλαθῇ. - צָנַח, *desilio. Inc.* Iud. IV, 21. - שַׁיִט, *remus.* Ies. XXXIII, 20. Remigantes naves commode quidem πλοῖα ἐλαύνοντα dici possunt, incertum tamen est, an ἐλαῦνον, *celeriter procedens,* vere h. l. ad שַׁיִט pertineat, nec potius ad אַדִּיר in sequ. Nam אַדִּיר notat *omne, quod est in suo genere insigne ac praestans,* adeoque ad *velocitatem navigii* quoque transferri potest. Sap. XVI, 18. θεοῦ κρίσει ἐλαύνονται. *Ioseph. A. I.* II, 14. p. 109. ed. *Hav.* ὑπὸ τούτων τῶν κακῶν ἐλαυνομένων. Sap. XVII, 15. ἠλαύνοντο, *exagitabantur, gravissime angebantur.*

*'ΕΛΑΥ'ΝΕΙΝ ΕΙ'ΔΟ'ΤΕΣ ΘΑ'ΛΑΣΣΑΝ, *mare agitare scientes, sc. per remos, h. e. navigandi scientia periti.* יֹדְעֵי הַיָּם, *gnari maris.* Alias Graeci in verbo ἐλαύνειν, cum *navigare* significat, ναῦν subintellegunt, et aliquando addunt.

'ΕΛΑΦΙ'ΝΗΣ, *hinnulus.* יְעֵלִים plur. *rupicaprae. Aqu.* 1 Sam. XXIV, 3. ubi αἱ πέτραι τῶν ἐλαφίνων sunt, ut bene *Vulg.* expressit, *abruptissimae petrae,* quae solis ibicibus (aut rupicapris) perviae sunt. *Hesych.* ἐλαφίνης, νεβρός.

"ΕΛΑΦΟΣ, *cervus, cerva.* *אֱוִיל, *stultus.* Prov. VII, 22. 23. Legerunt וּכְאַיָּל cum *Syro* et *Chald.* - אַיָּל. Deut. XII, 15. 22. XIV, 5. - אַיָּלָה. 2 Sam. XXII, 34. Iob. XXXIX, 1. *Aqu. Symm.* Cant. V, 1. - דַּיָּה, *milvus, vultur.* Ies XXXIV, 15. N. L. - יְעֵלִים plur. *rupicaprae.* Ps. CIII, 19. *Theod.* 1 Sam. XXIV, 3. Vide supra s. ἐλαφίνης.

'ΕΛΑΦΡΟ'Σ, *levis.* נִקְלָה part. Niph. *vilis factus* vel *habitus. Symm.* 1 Sam. XVIII, 23. *Theod.* Iob. IX, 24. - קָטֹן, *parvus.* Ex. XVIII, 26. - קַל, *levis. Aqu.* Ies. XIX, 1. - *קָלָל, *candens.* Ez. I, 7. קָלַל pro verbo, *levis fuit,* habuerunt. - *רֶגֶל עֵגֶל, *pes vituli.* Ez. I, 7. ἐλαφραί, ubi עֵגֶל ex arab. عجل, *festinare, celerem esse,* interpretati sunt. Caeterum libere verterunt, nec assentiendum est *Rosenmüllero,* qui eos רֶגֶל vel non legisse, vel omisisse putat. *Hesych.* ἐλαφρός, εὐβάστακτος, κοῦφος.

'ΕΛΑΦΡΟ'ΤΕΡΟΣ, *levior*. קַל, *levis*. Iob. XXIV, 18.

'ΕΛΑΦΡΟ'ΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *levior sum*. קָלַל sequ. מִ. Iob. VII, 6. IX, 25.

'ΕΛΑΦΡΥ'ΝΟΜΑΙ, *levis sum*. קָלַל, *vilesco*. *Aqu.* Iob. XXXIX, 34.

'ΕΛΑ'ΧΙΣΤΟΣ, *minimus*. חָדַל, *cesso*. *Symm.* Ies. LIII, 3. Sc. חָדַל non solum *cessare*, sed etiam *removere*, *reiicere*, *repudiare* notat. Ergo non male sensum expressit. *Vulg. novissimum virorum.* - מִזְעָר, *pusillus*. *Aqu.* Ies. XXIV, 6. - צַעַר, *gressus*. Iob. XVIII, 7. Legerunt צָעִיר. - צָעִיר, *parvus*. Ios. VI, 26. 1 Sam. IX, 21. Iob. XXX, 1. ubi ἐλάχιστος est *minimus*, sc. *aetate*. *Theodot.* νεώτερος. Ier. XLIX, 19. - קָטָן, idem. 2 Reg. XVIII, 24. Prov. XXX, 24. Sap. VI, 6. ἐλάχιστος est *infimus in republica*, *dignitate*, *honore et auctoritate destitutus*. *Hesych.* ἐλάχιστος, μικρὸς πάνυ, ὕστερος, ἔσχατος.

*'ΕΛΑ'ΧΙΣΤΟΣ ΟΥ'ΔΑΜΩ͂Σ, *nequaquam minimus*. צָעִיר, *parvus*. Mich. V, 1. Facit huc, quod *Storrius* in *Obss. ad Synt. hebr.* p. 52. observavit, vocem צָעִיר oppositas *magni* et *parvi* significationes habere, dum sive per ع sive per غ scribi possit. Sic زعر *paucus*, et زغر *multus*.

'ΕΛΕΑΛΕ' vel 'ΕΛΕΑΛΗ'. Ipsa vox hebr. אֶלְעָלֵה, *Eleale*, nomen urbis. Ies. XV, 4. Ier. XXVIII, 34. Ies. XVI, 9. Vide λαλέω. *Hesych.* ἐλεαλὴ, Θεοῦ ἀνάβασις ἐν ὑπερηφανίᾳ.

'ΕΛΕΓΜΟ'Σ, *increpatio*, *redargutio*, *clara manifestatio*, *convictio*. גְּעָרָה, *increpatio*. Ies. L, 2. - הוֹכֵחַ, infin. Hiph. a יָכַח, *increpando*. Lev. XIX, 17. - מַר, *amaritudo*. Num. V, 18. ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ, aqua convictionis vel manifestationis, quae nempe arguebat adulteram. *Philo* de *spec. leg.* p. 786. πότον ἐλέγχου appellat, et addit: ὃ τὰ κεκρυμμένα σου καὶ τὰ δηλούμενά σου ἀπαμφιέσει καὶ ἀπογυμνώσει. Num. V, 19. 23. 25. 27. Caeterum מָרִים LXX deduxisse videntur a מָרָה, arab. مرى, *litigare*, *contendere*, ac male coniectat *Houbigantius*, illos legisse vel הברים, vel הקרים. - תּוֹכַחַת, *increpatio*. 2 Reg. XIX, 3. Ps. CXLIX, 7. - תּוֹכַחַת. Ps. XXXVII, 15. XXXVIII, 14. ἐν ἐλεγμοῖς. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐν ἐλεγμοῖς, ἐν φανερῷ, et ἐλεγμὸν, ἔλεγχον. Iudith. II, 5. εἰς ἡμέραν ἐλεγμοῦ. Ita dicitur sec. *Baduellum tempus castigationi destinatum*, aut *iudicio supplicioque constitutum*.

"ΕΛΕΓΞΙΣ, *redargutio*, *exprobratio*. שִׂיחַ, *querela*. Iob. XXI, 4. XXIII, 2. Ad priorem locum *Hesychius*: ἔλεγξις, ὀνείδισις, ἀτιμία, ὕβρις.

*ἜΛΕΓΧΟΣ, *redargutio, convictio, manifestatio*, it. *delictum, probrum*. הוֹכִיחַ: נוֹכַח, Hiph. et Niph. a יָכַח. Iob. VI, 26. XVI, 21. XXIII, 7. – *מוֹכִיחַ, *increpans*. *Inc.* Prov. IX, 7. ἔλεγχοι. Legit הוֹכָחִים. – *מוּסָר, *correctio*. *Aqu.* Prov. XV, 5. Sed *Drusius* rectius ad תּוֹכַחַת retulit. – עֹזֵב part. *relinquens*. Prov. XXVIII, 13. Ἔλεγχοι sunt h. l. quae ἐλέγχη alias dicuntur, *delicta, probra*, ac pertinent ad פְּשָׁעִים, quae vox ex antecedentibus diserte hic revocata est: nam וְעֹזֵב, ut recte monuit *Iaegerus* ad h. l., silentio transmissum est. – פֶּשַׁע, *delictum*. V. antecedentia. – תּוֹכָהּ, *medium eius*. Ez. XIII, 14. Hic legerunt תּוֹכַחַת. Hos. V, 9. – תּוֹכַחַת. Iob. XIII, 6. XXIII, 4. Ps. LXXII, 14. Sir. XVI, 12. ubi ἔλεγχος est i. q. ὀργὴ v. 11. *castigatio*, *poena*.

ἘΛΕΓΧΩ, *increpo, arguo, redarguo, convinco, reprehendo, iudico, punio*. אַשְׁמָה, *reatus*. Lev. V, 24. ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐλεγχθῇ, qua die convictus sit. Sic *Aelian. V. H.* XII, 12. ἐλεγχθεὶς est *convictus*. – *בּוּר infin. a בָּרַר, *explorare*. *Inc.* Cohel. III, 18. – הוֹכִיחַ Hiph. a יָכַח. Gen. XXI, 25. ἤλεγξεν Ἀβραὰμ τὸν Ἀβιμέλεχ, *redarguebat* Abrahamus Abimelechum. Vide et Lev. XIX, 17. Gen. XXXI, 37. ἐλεγξάτωσαν ἀνὰ μέσον τῶν δύο ἡμῶν, *iudicent* inter nos duos. Vide et Iob. IX, 33. 2 Sam. VII, 14. ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν, *castigabo* illum virga hominum. Vide et Iob. V, 17. Iob. XIII, 10. ἐλέγξει ὑμᾶς, *puniet* vos. Vide et Iob. XXXIII, 19. Ps. CIV, 14. – הִרְשִׁיעַ Hiph. *condemno*. Iob. XV, 6. – חָקַר, *pervestigo*. Prov. XVIII, 17. – מָצָא, *invenio*. *Symm.* Iob. XXXIV, 11. Sensum expressit, nam מָצָא, ut in N. T. εὑρίσκειν, haud raro est vox iudicialis. Id. Ps. LXXII, 14. – נָגַע Pih. *plaga afficio*. 2 Par. XXVI, 20. – *נְכֹחִים, *recta*. *Symm.* Prov. VIII, 9. ἐλεγξώμεθα, *arguamus*. Deduxit a rad. יָכַח, *arguit*. *Drusius* sine omni necessitate ἐκλεξώμεθα rescribere mavult. – *תָּוֶךְ, *medium*. Ezech. XIII, 14. ubi pro בְּתוֹכָהּ, *in medio illius*, legerunt בְּתוֹכַח, a יכח, in Hiph. ἐλέγχειν. – תּוֹכַחַת, *increpatio*. Prov. III, 11. XXIX, 1. Sap. I, 3. 5. ἐλεγχθήσεται, *fugit, recedit et se abscondit*, aut: *admittit monita, resipiscit, si quod peccatum obrepat*. Sir. XIX, 13. 14. 15. ubi ἐλέγχειν est lat. *corripere, compellare aliquem, rationem poscere*.

ἘΛΕΓΧΩΝ ΜΕΤᾺ ΠΑῤῬΗΣΙ'ΑΣ, *redarguens cum libertate*. אֱוִיל שְׂפָתַיִם, *stultus labiis*. Prov. X, 10. Formula hebr. notat *eum, qui eloquitur, quidquid in buccam venit*.

ἘΛΕΈΩ, *misereor*, etiam *ad misericordiam commoveo*. בָּכָה, *fleo*. Iob. XXVII, 15. Aliis punctis subiectis legerunt cum *Syro* תְּבַכֶּנָּה, ac τῷ בָּכָה notionem *deplorandi* seu *condolendi* recte subiecerunt. – הָדַר, *honoro*. Ex. XXIII, 3. – *חִין pro חֵן, *gratia*. Iob. XLI, 4. – חָמַל, *parco*. Ies. IX,

19. Ezech. V, 11. *Al.* Deut. XIII, 8. - חָנַן, *gratiam facio.* *Theod.* Iob. XLI, 3. ἐλεήσει, ubi tamen mallem legere ἐλεῆσαι. *Vulg. et ad deprecandum compositas.* Significat ἐλεεῖν h. l. *ad misericordiam commovere.* LXX Gen. XXXIII, 5. τὰ παιδία, οἷς ἠλέησεν ὁ θεὸς τὸν παῖδα, liberos, quos *misericorditer largitus est* Deus servo suo. Ibid. XLIII, 29. Exod. XXXIII, 19. - טוֹב עַיִן, *bonus oculo*, h. e. *benignus*, *liberalis.* Prov. XXII, 9. - נוּד, *condoleo. Inc.* Ier. XV, 5. ἐλεήσει. - נָחַם Pih. et Niph. *consolor.* Ies. XII, 1. LII, 9. Ezech. XXIV, 14. - נָתַן, *do.* Prov. XXI, 26. ὁ δὲ δίκαιος ἐλεεῖ (in *Vat.* legitur ἐλεᾷ), ubi non opus est statuere eos יָחֹן legisse, coll. v. 10. nam ἐλεεῖν h. l. eandem cum נָתַן *benefaciendi* notionem habet. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. - עָשָׂה, *facio*, etiam, ut ποιέω, *beneficiis afficio.* Ies. XLIV, 23. - קָבַץ Pih. *congrego.* Ies. LIV, 7. Sensum expresserunt. Sermo enim ibi est de *collectione Iudaeorum e captivitate*, in qua erat magnum Dei beneficium. Conf. infra s. שׁוּב. - רִחַם Pih. Deut. XIII, 17. XXX, 3. Ps. CXIV, 5. - רִנָּה, *clamor.* Ier. VII, 15. ubi ἐλεεῖσθαι videtur esse *deprecari, precibus pro aliquo intercedere.* - שׁוּב, *reduco*, speciatim e captivitate. Ies. LII, 8. - שָׁמַע, *audio*, etiam, ut h. l., *exaudio* Ies. LIX, 2. Tob. III, 15. μηκέτι ἐλεῆσαί με. Nisi reiiciatur μηκέτι, ἐλεῆσαι conversum videtur ex hebr. et chald. חסד, quod non modo *misericordiam*, sed etiam *infamiam* notat.

**ΜΗ' ἘΛΕΕ'Ω*, *non misereor.* הִרְגִּיעַ Hiph. a רָגַע, *requiescere facio.* LXX sec. *Hex.* Ier. XXXI, 2. μὴ ἐλεήσατε. Legerunt לֹא הִרְגִּיעַ. - Vide infra s. v. ὄλλυμι.

ἘΛΕΗΜΟΣΥ'ΝΗ, *misericordia, gratia, benignitas*, it. *donum, quod ex misericordia datur pauperibus* אֱמֶת, *veritas*, h. l. *veracitas in promissis servandis.* Ies. XXXVIII, 18. - חֶסֶד, *benignitas.* Gen. XLVII, 29. Prov. III, 3. XX, 28. Adde *Aqu.* Ex. XV, 13. ubi pro ἐλέει libri nonnulli ἐλεημοσύνῃ habent. - צְדָקָה, *iustitia*, item *benignitas. Symm.* Ps. XXX, 1. LXX Deut. VI, 25. XXIV, 13. Ies. I, 27. - צִדְקָה Chald. idem. Dan. IV, 24. - רַחֲמִים, *miseratio.* Ier. XVI, 4. Sir. XXIX, 12. σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμιείοις σου. Sir. III, 16. ἐλεημοσύνη πατρὸς est *pietas erga parentes*, prouti eam descripserat in antecedentibus.

ἘΛΕΗ'ΜΩΝ, *misericors.* חַנּוּן, *gratiosus.* Ex. XXII, 27. XXXIV, 6. 2 Par. XXX, 9. - חֶסֶד, *benignitas.* Prov. XI, 17. XX, 6. Loco חַסְדּוֹ, *misericordiae suae*, legerunt חֶסֶד, omisso pronomine ו, quod nec apparet in *Vulgato: misericordes vocantur.* - חָסִיד, *benignus.* Ier. III, 12. - *חֶסֶר, *defectus.* Prov. XXVIII, 22. Legerunt חֶסֶד per Daleth, aut potius חָסִיד. - רַחוּם, *misericors.* Ps. CXLIV, 8. *Symm.* Ps. LXXVII, 38. - שֵׂכֶל, *intellegentia.* Prov. XIX, 11. ubi

tamen pro ἐλεήμων *Grabio* (*Proleg.* T. IV. c. 4. §. 3.) νοήμων legendum videtur.

*ἘΛΕΗΝΟ'Σ, *misericors.* חֲמוּדוֹת, *desideria.* Dan. IX, 23. ὅτι ἐλεηνὸς εἶ sec. cod. *Chis.* Ibid. X, 1. 11. 19. Non male quoad sensum. In utroque loco enim ante חֲמוּדוֹת omissum est אִישׁ, hoc sensu: *dilectus Dei.* Videtur igitur etiam adiectivum ἐλεηνὸς h. l. esse i. q. ἠλεημένος, *misericordiam consecutus*, ut iam editor Romanus et *Michaelis* monuerunt. Sed *Segaarius* legere mavult ἐλεεινός.

ἘΛΕΙΛΙ'Μ. Hebraicum אֱלִילִים, *idola. Inc.* Lev. XIX, 4. XXVI, 1.

ἜΛΕΟΣ, *misericordia, benignitas,* it. i. q. δέησις, *supplicatio, qua quis aliquem ad misericordiam commovere conatur.* *אִמְרָה, *eloquium.* Ps. LXXVI, 19. ubi ἔλεος notat *promissionem felicitatis.* Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* - חֵן, *gratia.* Gen. XIX, 19. Num. XI, 15. - חֲנִינָה, idem. Ier. XVI, 12. - חֶסֶד, *benignitas. Aqu.* Gen. XXXII, 10. הַחֲסָדִים, ubi vel ἐλέῳ vitiosum est, vel legit הַחֶסֶד. *Scharfenbergius* rescribendum putat: παρὰ πάντας τοὺς ἐλέους. LXX Gen. XXIV, 12. 49. Ex. XX, 6. Deut. V, 10. - יֶשַׁע, *salus.* Ies. XLV, 8. - מֵעַיִם dual. *viscera*, etiam *misericordia, benignitas.* Ies. LXIII, 15. - *סְלִחוֹת, *indulgentia.* Dan. IX, 9. sec. cod. *Chis.* ubi *Theodot.* ἱλασμοὶ habet. - *עִם, *cum. Inc.* 1 Sam. XIV, 45. pro כִּי עִם־אֱלֹהִים עָשָׂה הַיּוֹם הַזֶּה (h. e. *nam Dei auxilio adiutus comparavit nobis hunc diem laetitiae aut victoriae*) habet: ἔλεος τοῦ θεοῦ ἐποίησε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, h. e. magno *beneficio* divino (quod erat in victoria de Philistaeis reportata) nos affecit hodie. Editio Complutensis quoque habet ibi ἔλεος, quod tamen ex λαὸς, quod reliqui libri habent, ortum esse videtur. - צְדָקָה, *iustitia, benignitas.* Ies. LVI, 1. Ez. XVIII, 19. 21. - רָצוֹן, *benevolentia.* Ies. LX, 10. - *שֶׁמֶן, *oleum. Aqu. Symm.* Prov. XXVII, 26. ubi legendum ἔλαιον e coniectura *Drusii* et *Montfauconi.* Psalm. LXXXVIII, 21. libri impressi ἐν ἐλέει ἁγίῳ. *Hieron. in misericordia sancta.* Scribendum autem est ἐν ἐλαίῳ. Idem valet de loco Ps. XCI, 10. ubi legitur ἐν ἐλέῳ πίονι. Conf. *Opusc. Crit.* p. 245. - שֶׁמֶשׁ, *sol.* Ps. LXXXIII, 12. ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ ὁ θεός. Olim quidem cum *Starckio* iudicabam loco ἔλεος reponendum esse ἥλιος (Vide *Opusc. Crit.* p. 259.): nunc vero re diligentius considerata statuo, verba haec ab h. l. aliena esse, et pertinere fortasse ad Ps. LXXXV, 11. *Agellius* putat, LXX scripsisse ἔλαιον, et legisse שֶׁמֶן. - תְּחִנָּה, *supplicatio. Theod.* Ier. XLII, 9. LXX Ios. XI, 20. Dan. IX, 20. Ier. XLII, 2. - *תַּחֲנוּנִים, *deprecationes.* Dan. IX, 3. ubi *Theodot.* δέησις. *Hesych.* ἔλεος, οἶκτος. *Cant. tr. puer.* 14. ἔλεος est *venia peccatorum*, quae a misericordia Dei pendet. Sir. II, 7. *auxilium, quod benignitate permotus Deus fert.* Sic

quoque de *salute ipsa, quae auxilio efficitur*, legitur ib. XVIII, 4. 10. LI, 11. Sir. XLIV, 27. ἔλεος, *probitas, pietas*, coll. 1 Macc. II, 56. et XVI, 3. Baruch. II, 19. καταβάλλομεν τὸν ἔλεον ἡμῶν κατὰ πρόσωπόν σου, effundimus coram te *supplicationes* nostras. Tob. VIII, 18. ἔλεος, *felicitas*, causa posita pro effectu.

'ΕΛΕΠΟΛΙΣ, *aries bellicus*, *machina ad capiendas urbes comparata*. Dicitur παρὰ τὸ ἑλεῖν τὰς πόλεις. Videndus de ea *Ammianus* lib. XXIII. c. 4. *Petrus Crinitus Poliorcen* vocat. Excogitata primum fuit a *Demetrio Poliorcete*, fabricata vero a *Dioclide Abderita*. Meminit huius machinae quoque *Vitruvius* lib. X. c. 22. et *Plutarchus* V, 54, 3. *Reisk.* 1 Macc. XIII, 43. 44. *Hesych.* ἐλεπόλεις, μηχανήματα, οἱ κριοὶ ἢ οἱαδήποτε, δι' ὧν αἱ πόλεις καθαιροῦνται. παρὰ δὲ κρησὶν τὰ τῶν πολέμων ὄργανα. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐλεπόλεις, μηχανήματα πορθοῦντα πόλεις, κριοί. Conf. *Lips. Poliorcet.* l. III. Dial. 1. p. 115. *Stewechium* ad *Veget. de re militari* lib. IV. p. 245. et *Martinii Lex. Phil.*

'ΕΛΕΥΘΕΡΙ'Α, *libertas*. חֹפֶשׁ, idem. Lev. XIX, 20. — *חָפְשִׁית, quod Lexicographi recentiores per *statum infirmitatis* exponunt a خفش, *infirmus fuit*. *Aqu.* 2 Reg. XV, 5. οἶκος ἐλευθερίας, *aedificium*, *quod non est cum aliis coniunctum*, *separatum*, *ein freystehendes Haus*. *Vulg. in domo libera seorsum*. חָפַשׁ est *liberum dimisit*, *libertate donavit*. In notione *licentiae* legi videtur Sir. XXXIII, 26.

'ΕΛΕΥ'ΘΕΡΟΣ, *liber*, etiam *ingenuus*, *nobilis*. חָפְשִׁי, idem. Ex. XXI, 2. 5. Deut. XV, 12. *Οἱ λοιποὶ* Iob. III, 19. — חֹרִים plur. *ingenui*. *Theod.* Ier. XXVII, 20. LXX 1 Reg. XXI, 8. ubi *Vulg. optimates*. Syr. ܒܪ̈ܚܐܪ̈ܐ, *nobilis*, *ingenuus*, *liber*. Neh. XIII, 17. Cohel. X, 17. — לְנַפְשׁ, *secundum appetitum*, h. e. *pro arbitrio*. Deut. XXI, 14. — שַׂר, *princeps*. Ier. XXIX, 2. Sir. X, 25. ἐλεύθεροι sunt liberi patrisfamilias, nam opponuntur τῷ οἰκέτῃ. Vide quoque *Syrum*.

'ΕΛΕΥΘΕΡΟ'Ω, *libero*. Sirac. L, 23. 2 Maccab. I, 27. II, 23.

**'ΕΛΕΥΘΕΡΩ'ΤΕΡΟΣ*, *liberior*. 4 Macc. XIV, 2.

**'ΕΛΕΥΣΙΣ ΘΑΝΑ'ΤΟΥ*, *adventus mortis*. בְּמוֹת. Num. XXI, 19. sec. *Cod. Paul. Lips.* Cogitavit בוא מות.

**'ΕΛΕΥΣΤΕ'ΟΝ*, *eundum*, *veniendum*, *prodeundum*. 2 Macc. VI, 17. δι' ὀλίγων δὲ ἐλευστέον ἐπὶ τὴν διήγησιν, iam vero ad narrationem ipsam *veniendum est*. Est formatum, ut ἐκδεκτέον et νομιστέον.

'ΕΛΕΦΑΝΤΑ'ΡΧΗΣ, *elephantis praefectus*, *magister elephantum*. 2 Macc. XIV, 12. 3 Macc. V, 4. 45. Confer *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 266 et 275.

'ΕΛΕΦΑΝΤΙ'ΑΣΙΣ, *morbi genus*, ut atrocissimi dissimi, ita incurabilis, totum corporis habitum in el tis speciem transformantis. חרס, *scabies.* Deut. XXV *Hesych.* ἐλεφαντίασις, εἶδος λέπρας.

'ΕΛΕΦΑ'ΝΤΙΝΟΣ, *elephantinus, eburneus*, etiam *coelatus* et *ornatus.* שֵׁן, *dens*, sc. *elephantis. Amos.* οἶκοι ἐλεφάντινοι. 1 Reg. XXII, 39. Ps. XLIV, 10. quae de eiusmodi domibus ex profanis affert *Bochartus.* P. I. lib. 2. c. 24. Amos. VI, 4. οἱ καθεύδοντες ἐπὶ ἐλεφαντίνων. Confer *Demsterum* ad *Rosini Antiqu.* lib. V. p. 795.

'ΟΔΟ'ΝΤΕΣ 'ΕΛΕΦΑ'ΝΤΙΝΟΙ, *dentes elephanti ebur.* קַרְנוֹת שֵׁן, *cornua ex ebore.* Ez. XXVII, 15. – plur. *ebora.* 1 Reg. X, 22. 2 Par. IX, 21.

'ΕΛΕ'ΦΑΣ, *elephas, animal ipsum*, it. *ebur*, e *genus*, de quo vide supra s. ἐλεφαντίασις. שֵׁן, *dens*, n *elephantis.* Ez. XXVII, 6. ἱερά σου ἐποίησαν ἐξ ἐλ Sic *Homerus* ἐλέφαντα dixit *ebur. Phav.* Ἐλέφαντ Ὅμηρος τὸ ἐλεφάντινον ὀστοῦν, τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι ὀ τὸ μέρος, ᾧ τρόπῳ καὶ βοῦς τὸ δέρμα, ἡ βύρσα δηλαδή. δ', v. 141. et *Odyss.* δ', 72. Conf. et *Hesych.* ac *Eust* ad *Dionys. Perieg.* v. 445. – שְׁחִין, *ulcus, inflammat* Iob. II, 7. ἐλέφαντι. LXX ἕλκει πονηρῷ. *Hesychius* ἐ inter alia exponit τοὺς ὀδόντας καὶ τὸ σωματικὸν πάθος. ἐλεφαντίασις, εἶδος λέπρας. Adde 1 Macc. I, 19. VI, 3

'ΕΛΙΚΤΟ'Σ, *tortilis, tortuosus, flexus, con* לוּל, *cochlea, scala rotunda, qua domum per circuitum dimus.* 1 Reg. VI, 8. ἑλικτὴ ἀνάβασις, gradus flexi *cochlea, Wendeltreppe.* – הַפְּנִינִים plur. *coctura*. L 21. ἑλικτά. Sed ibi sine dubio reponendum est ἐρ ἐρεικτά, quod vide infra. Cf. quoque ad l. c. *Flami Hesych.* ἑλικτά. στρεβλά. καμπά.

"ΕΛΙΞ, *circumvolutio, anfractus, volumen*, item: *capreolus in vite, palmes vitis*, it. *auris c sub ala.* שֹׂרֵקָה, *vitis generosa.* Gen. XLIX, 11. τῇ ἕλ miti vitis. *Hesych.* ἕλικι, κλήματι ἀμπέλου. *Lex. C Brem.* ἕλικι, κλήματι ἀμπέλου κυκλοειδεῖ. *Eustathius* v. 866. cum ἕλικα exposuisset ἁπλῶς συστροφήν, subi δὲ καὶ ἕλιξ ἀμπέλου, τὸ λεπτότατον, οἷά τι νῆμα, ᾧ ὅσα (*Perizon.* not. ad *Aelian. V. H.* IX, 11. legit χειρὶ παραπεφυκότων. Conf. et *Hesiod. Scut. Herc.* v תְּנוּךְ, *ima pars auris. Symm.* Lev. VIII, 23. *Pollu* sect. 86. ἡ δὲ πᾶσα περιαγωγὴ τοῦ ὠτὸς ὑπὸ τὸ πτερύγι

'ΕΛΙ'ΣΣΩ, vel 'ΕΛΙ'ΤΤΩ, *convolvo, inver* idem Ies. XXXIV, 4. ἑλιγήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλί *volvetur* coelum sicut liber. – הֶחֱלִיף Hiph. *muto.* Ps ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς. Scribendum fortasse

nam sequitur ἀλλαγήσονται, quae fuit iam *Cappelli* sententia *Crit. S.* p. 159. Conf. *Drusii Miscell.* Cent. II. c. 24. et *Hodium* de *Bibl. text. origin.* p. 274. *Hesych.* ἑλίξας, πλέξας, κάμψας, στρέψας. – *הִתְהַלֵּךְ Hithp. *ambulo.* Iob. XVIII, 8. Libere verterunt.

ἝΛΚΟΣ, ulcus. *נֶתֶר, *nitrum.* Prov. XXV, 19. (20.) ex usu l. arab. in qua نتر notat *vulnus graviter et alte inflictum.* – שְׁחִין, *inflammatio.* *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXXVIII, 21. ubi vid. *Montf.* LXX Exod. IX, 9. Lev. XIII, 18. Iob. II, 7.

ἝΛΚΟΣ ἜΧΩ. 1 Sam. V, 12. in vers. *Aqu.* aut potius *Symmachi* hebr. הֻכָּה, *percussus, plaga affectus sum,* respondet.

ἙΛΚΥΣΜΟΣ, tractio. מָשַׁךְ, *traho.* *Inc.* Ps. X, 9. ἐν ἑλκυσμῷ αὐτοῦ.

ἙΛΚΥΩ, traho. גּוּר, *congrego.* Hab. I, 15. εἵλκυσεν αὐτὸν ἐν ἀμφιβλήστρῳ. – גָּלָה, *demigro.* Iob. XX, 28. ubi pro ἑλκύσαι alii habent ἐκλύσαι. – *חָטַף, *rapio.* Psalm. X, 9. Arab. خطف de *leone* vel *fera* usurpatur, *quae uncis arripit ac ad se pertrahit praedam.* – *כּוּן, vel potius כּוֹנֵן, *me paro.* *Symm.* Ps. LVIII, 4. ubi ἑλκύειν de iis dicitur, *qui alios in ius rapiunt et violenter tractant.* Alii libri ibi habent πατάξωσι, quae *Bocharto* (in *Hieroz.* T. I. p. 88.) vera visa est lectio, ut *Symmachus* legerit יַכּוּנִי. – מָשָׁה, *traho, extraho.* 2 Sam. XXII, 17. – מָשַׁךְ, idem. Deut. XXI, 3. Neh. IX, 30. Cant. I, 5. ubi εἵλκυσάν σε mutandum est in ἕλκυσόν με. Orta est impressa lectio sine dubio ex antecedente ἠγάπησάν με. Non enim vero simile est, eos מְשָׁכוּךְ legisse. Cohel. II, 3. ubi pro ἑλκύσαι *Thaumaturgus* et alii nonnulli legunt ἐκλύσαι, *dissolvet,* sed perperam. – מֶשֶׁךְ, *tractio.* *Theod.* et *LXX* Iob. XXVIII, 18. ἕλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα, *praefer s. antepone* sapientiam occultis. Pronuntiarunt מְשֹׁךְ. *Hier. trahes.* Lege *trahe,* ut corrigit *Grabius* de *vitiis* etc. p. 105. – *פָּרַק, *frango.* Gen. XXVII, 40. sec. *Compl.* ἑλκύσῃς: ubi alii habent ἐκλύσῃς, utrumque non male quoad sensum. – שָׁאַף, *haurio.* *Οἱ λοιποὶ* Ier. II, 24. *Vulg. abstraxit* ventum. LXX Iob. XXXVI, 20. Ps. CXVIII, 130. Ier. XIV, 6. – שִׂדֵּד Pih. *occo.* Iob. XXXIX, 10. Sed ibi ἑλκύειν αὔλακας potius τῷ שׂדד respondet.

ἝΛΚΩ, traho. הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito, ventilo.* Ies. X, 15. – מַשְׁכִּים, *mane surgens.* *Aqu. Theod.* Ier. V, 8 ἕλκοντες. Legerunt מַשְׁכִים a מָשַׁךְ, *trahere, educere.* *Equi trahentes* sunt nonnullis Intt. *refractarii, qui obnituntur freno.* Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 130. ed. *Rosenmülleri.* Mihi autem sunt *extrahentes,* seu *protrudentes,* sc. *penem.* Certe

Vulg. habet *emissarii*, et LXX θηλυμανεῖς. *Symmachus* habet sensu fortasse eodem ἑλκόμενοι (*Montf. attracti.* An potius medie *trahentes?*) et legit מְמַשְׁכִים. - *מָשַׁךְ, *traho.* Iud. V, 14. ἕλκοντες ἐν ῥάβδῳ, *protrahentes virgam*, h. e. *stylum, calamum.* - נְגַד Chald. *traho, extendo.* Dan. VII, 10. εἷλκεν, *expansus est.* Supple ἑαυτόν. - *נָגַר, *profundo*, it. *expando, diffundo. Symm.* Ps. LXXIV, 9. ubi ἕλκειν est *bibere. Hier. et propinabit ex eo.* - *נֶתֶר, *nitrum.* Prov. XXV, 20. ἕλκει. Male *Montf.* ac *interpres lat.* in *Polygl.* reddunt: *uti acetum trahit.* Non enim ἕλκει deducendum est ab ἕλκω, sed ab ἕλκος, quod vide supra. Conf. *Intt. Thomae Mag.* p. 295. - שָׁאַף, *haurio.* Cohel. I, 5. - שָׁלַף, *extraho. Al.* Iud. XX, 35. Sap. XIX, 4. ubi de *fato* dicitur. Sic Latinorum *trahi fato.* 3 Macc. V, 49. ἕλκειν γάλα, *lac sugere.*

ἘΛΛΑΜΒΑ΄ΝΟΜΑΙ, *excipio, apprehendo.* חָפַשׂ, idem. *Theod.* Prov. XXX, 28. ἐλλαμβανόμενος. Pronuntiabat תְּחַפֵּשׂ.

*ἜΛΛΕΙΜΜΑ, *defectus*, etiam i. q. κατάλειμμα, *reliquiae, residuum.* יֶתֶר, idem. LXX sec. *Hex.* 2 Sam. XXI, 2. ubi *Inc.* κατάλοιποι habet.

ἘΛΛΕΙ΄ΠΩ, *deficio.* תָּמַם, *consumor. Al.* 2 Reg. VII, 15.

*ἝΛΛΗΝ, *Graecus, ethnicus.* פְּלִשְׁתִּים, *Philistaei.* Ies. IX, 12. ubi *Capp.* in *nott. critt.* p. 500. suspicatur eos ἀλλοφύλους scripsisse. Adde 1 Macc. VIII, 18. 2 Macc. IV, 36.

ἙΛΛΗΝΙΚΟ΄Σ, *graecanicus.* יוֹנָה part. foem. *opprimens.* Ier. XLVI, 16. L, 16. ubi legentes הַיְּוָנָה, non deduxerunt a יָנָה, sed a יָוָן, *Graecia, Graeci.* 2 Macc. IV, 10. 15. VI, 9. ubi *cultus idololatricus* per τὰ ἑλληνικὰ exprimitur.

*ἙΛΛΗΝΙ΄Σ, *Graeca.* 2 Macc. VI, 8.

ἙΛΛΗΝΙΣΜΟ΄Σ, *graecismus, gentilismus.* 2 Macc. IV, 13.

ἘΛΛΙΠΗ΄Σ, *deficiens, indigens.* Sir. XIV, 10. ἐλλιπὴς, sc. ἐστι, *inopia laborat.* Alii legunt ἐν λύπῃ, vel ἐλλυπὴς, *tristis.* Sic *Vulg. in tristitia erit super mensam suam.*

ἘΛΛΟΥΛΙ΄Μ. Ipsa vox hebr. הִלּוּלִים, *hymni, chori.* Iud. IX, 27. iuxta ed. *Rom.* ἐποίησαν ἐλλουλίμ. *Al.* habent, et, ni fallor, ex glossemate in margine addito, ἐποίησαν χορούς, faciebant choros, h. e. una canebant. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* legitur: ἐποίουν ἐλωλείν, et exponitur ἐποίουν χόρους. *Glossae in Octat.* a *Fabricio* editae, pariter corrupte: ἐποίουν ἐλωλίμ, ἐποίουν χωλούς. Conf. v. χορός.

ἘΛΜΩΝΙ΄. Vide in Ἐμμωνείμ.

ἝΛΟΣ, *carectum*, etiam *palus, ubi carex, papyrus etc. nascitur, locus palustris.* אֲגַם, *stagnum.* Ex. VII, 19.

VIII, 5. Ies. XXXV, 7. Sc. opinati sunt, אָגָם significare et *arundinem*, et *locum*, *in quo arundines nasci solent*, s. *paludem*. Ita et *Arabs*, qui *arundineta* transtulit. - אָחוּ, de cuius origine e l. arab. disputat *Schultens*. ad Iob. VIII, 11. *Fischero* in *Clavi* p. 48. videtur significare *paludem iuxta Nilum*, *ubi creverit carex*, *papyrus* etc. *Aqu*. *Symm*. Gen. XLI, 2. (ἐν ἕλει, *ad carectum*) et Iob. VIII, 11. - גֹּמֶא, *iuncus*. Ies. XXXV, 7. - סוּף, idem. Ex. II, 3. 5. ubi *Aqu*. παπυρεῶν. Ies. XIX, 7. - עֲרָבָה, *desertum*. *Al*. Ies XXXIII, 9. *Hesych*. ἕλος, σύμφυτος τόπος, ἢ χεῖλος ποταμοῦ, καὶ ὁ πελματώδης τόπος. Idem: ἕλη, σύνδενδροι τόποι. *Suidas*: ἕλος — ὕδατος ἰλὺς ἐπικεχυμένου πηλοῦ καὶ βαθείας ὕλης, ἢ παπύρου ἢ καλάμου ἐκφυομένης ἀεὶ τοῦ πηλοῦ καὶ ὑπερανεστηκυίας τοῦ ὕδατος. Adde 1 Macc. IX, 42. εἰς τὸ ἕλος τοῦ ἰορδάνου. *Vulg*. *ad ripam Iordanis*, coll. v. 45.

'ΕΛΠΙ'ΖΩ, *spero*, *exspecto*, *confido*, *fiduciam pono*. בָּטַח, *confido*. Iud. IX, 27. ἤλπισαν ἐπ' αὐτῷ, *confidebant* illi. Iud. XX, 36. ἤλπισαν ἐπὶ τὸ ἔνεδρον, *fiduciam collocabant* in insidiis. 2 Reg. XVIII, 5. ἐν κυρίῳ ἤλπισε, *confidebat* Domino, coll. Ps. XXXII, 21. Ps. IV, 6. ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον. Ps. XXV, 2. ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἐλπίζων, coll. Ps. XLIII, 8. - בֶּטַח, *confidentia*. Iob. XXIV, 23. - גלל, *devolutus*. Ps. XXI, 8. ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, (*Hieron*. *confugit*.) non male quoad sensum. Nam *volvere in aliquem* dicitur de eo, qui se resque suas alteri commendat, adeoque spem ac fiduciam suam in aliquo ponit. - *דָּמַם, *quiesco*, *sileo*, metaph. *spero*, *spem ac fiduciam in aliquo pono* (v. c. Ps. XXXVII, 7. LXII, 2.). *Inc*. sec. *Theodoret*. et *Cod*. *Norimb*. *Thren*. III, 26. - דָּרַשׁ, *quaero*. Ies. XI, 10. ubi דָּרַשׁ notat *animo fiducia pleno aliquem adire precibus*, et ex adiuncto *colere*, *venerari*. - הֵחֵל Hiph. a חָלַל, *incipio*. *Hebr*. et *LXX* Gen. IV, 25. Videntur legisse הוחיל, ac derivasse a יחל, *speravit*. - חָסָה, *confugio*. Ps. V, 13. VII, 1. XV, 1. - חָשַׁק, *amore propendeo*. Psalm. XC, 14. Secundum nonnullos legerunt חָשָׁה, quod acceperunt pro חָסָה. Sed *Buxtorfius* in *Anticrit*. p. 645. rectius mihi statuere videtur, eos sensum liberius expressisse. Nam *amare Deum* quid aliquid est, quam simul in eum sperare et confidere? Ita coniunctae sunt hae virtutes, ut facile sit unam pro alia sumere. - יחל Pih. *exspecto*. *Theod*. Mich. V, 7. LXX Ps. XXX, 32. XLI, 7. Ies. XLII, 4. - נָשָׂא Pih. *elevo*. Ier. XLIV, 14. *Elevare animam suam* est *magno alicuius rei desiderio teneri*, et ex adiuncto *sperare*. *Theodot*. 2 Sam. XIV, 14. - נִשְׁעַן Niph. *innitor*, metaph. *spem ac fiduciam pono*. 2 Par. XIII, 18. - קַו קָו, *linea linea*. Ies. XVIII, 7. ἔθνος ἐλπίζον. In mente habuerunt vocem קָוָה. - קִוָּה Pih. *exspecto*. Ies. XXV, 9. XXVI, 8. - קָרַב Pih. *appropinquo*. Ez. XXXVI, 8. ὅτι ἐλπίζουσι τοῦ ἐλθεῖν. Ita quoque Codex

Syr.'Hexapl. Mediol. Num scribendum *ἐγγίζουσιν?* coll. Gen. XII, 11. *ἤγγισεν εἰσελθεῖν*, et 2 Sam. XV, 5. --שִׁבֵּר, Pih. *exspecto*. Ps. CXLIV, 16. Ies. XXXVIII, 18. - שָׁפַט, *iudico*. Ies. LI, 1. Libere verterunt. *Koppio* legisse videntur יבטחו. Praeterea legitur Iud. XVIII, 7. ubi verba יֹרֵשׁ עֶצֶר, *possidens retentionem*, a LXX sec. *Hexapl.* redduntur: *κληρονόμος ἐλπίζων (Vat. ἐκπιέζων) θησαυρούς*. Illud *ἐλπίζων* e margine in textum translatum, sed inepto loco positum est. Pertinet enim ad בֹּטֵחַ in anteced. unde simul apparet, pro *ἐλπίζων* reponendum esse *ἐλπίζοντα*. Sir. II, 9. *ἐλπίσατε εἰς ἀγαθά*, sperate bona. 1 Macc. II, 61. Confer infra s. v. *κενός*.

'ΕΛΠΙ'Σ, *spes*, *fiducia*, *exspectatio*, *confidentia*, *securitas*. בָּטַח, *confido*. Ies. XLVII, 10. - בטח: מַבְטִיחַ, part. Kal et Hiph. *confidens*, *confidere faciens*. Iud. XVIII, 7. Ps. XXI, 9. Ies. XXXII, 9. 10. - בֶּטַח, *confidentia*. *Aqu.* Iob. XI, 18. *Vulg. securus dormies. Theod.* Ez. XXX, 9. ubi non vidit בטח adverbialiter sumendum esse, ac *confidenter* significare. LXX Iud. XVIII, 7. Ps. IV, 10. XV, 9. Hos. II, 18. *κατοικιῶ ἐπ' ἐλπίδι. Gloss. MS. in Proph. ἐπ' ἐλπίδι, ἀμερίμνοις.* Soph. III, 1. - בִּטָּחוֹן, idem. Cohel. IX, 4. - חָזוּת, *provisio.* Ies. XXVIII, 18. Vox hebr. h. l. *pactum* notat, unde ex adiuncto de *spe* ac *fiducia* eam explicandam putarunt. - חֶסֶד, *beneficentia*. 2 Par. XXXV, 26. ubi *ἐλπὶς* in universum *pietatem* notare videtur, ut *πίστις* in N. T. libris. Secundum *Tychsenium* legerunt כסלו. - כֶּסֶל, *fiducia*. Ps. LXXVII, 9. - *מַבָּט, *respectus*. *Theod.* Ies. XXV, 5. מבט est h. l. *spes* ac *fiducia*, a נָבַט, *respicere aliquem auxilii implorandi causa*. - *מַבָּט, idem. Zach. IX, 5. ubi non opus est statuere eos מִבְטָח legisse. - מִבְטָח et מִבְטָח, *fiducia*. Ps. XXXIX, 6. LXIV, 6. Ier. II, 32. - מַחְסֶה: מחסה, *refugium*. Ps. XIII, 7. LX, 3. LXI, 7. - *מִקְוֶה, *exspectatio*. *Symm. sec. Schol. Theodoreti in Catena Norimb.* Ier. L, 7. Non legit תִּקְוָה. - נְדִיבָה, foem. *ingenua*. Iob. XXX, 15. Vocem hebr. recentiores nonnulli interpretes de *felicitate* accipiunt, ut adeo LXX parum h. l. a vero sensu aberraverint. - *נֶפֶשׁ, *anima*, item *quivis affectus vehementior*, spec. *desiderium* et *cupiditas*. *Symm.* Iob. XXXI, 39. *ἐλπίδος ἐστέρησα*, spe privavi. Eandem notionem habet quoque formula hebr. *sufflare animam alicuius*, h. e. *spem alicuius frustrare*. - עֶזְרָה, *auxilium*. Ies. XXXI, 2. - צְבִי, *decus*, *gloria*. Ies. XXIV, 16. XXVIII, 4. 5. - קַו, *linea*, *regula*. Ies. XXVIII, 10. 13. 17. Deduxerunt a rad. קָוָה, *exspectavit*. - *קָוֶה, *funiculus mensoris*. *Symm.* Ierem. XXXI, 39. Deduxit a קָוָה, *exspectavit*. - רַחַץ, *lotio*. Psalm. LIX, 8. CVII, 9. רְחַץ in l. chald. et syr. *sperare* notat, et Moab *λέβης τῆς ἐλπίδος* vocatur, quia ibi tanquam in arce tutum se futurum sperabat. *Fr. Scacchus in Sacr. Elaeochrismat.* etc. p. 177. pro *ἐλπίδος* coniicit legendum *κάλπιδος*, hoc sen-

su: *vas calefaciens aquam lavacri mei.* - שֶׂבֶר, *exspectatio.* Ps. CXLV, 4. - תּוֹחֶלֶת, *spes.* Thren. III, 18. - תִּקְוָה, *exspectatio.* Iob. IV, 6. V, 16. VI, 8. ubi ἐλπὶς est *obiectum spei. Vulgat. quod expecto*, τὴν ἐλπίδα μου δῴη. Prov. X, 29. Sap. XIV, 6. Noachus cum familia ἐλπὶς τοῦ κόσμου dicitur, quia in arca servatus est, ut post diluvium genus humanum generando propagaret. 2 Maccab. VII, 14. τὰς ὑπὸ τοῦ θεοῦ προσδοκᾷν ἐλπίδας, *eventum promissionum divinarum* patienter exspectare. *Hes.* ἐλπὶς, προσδοκία. *Suidas:* ἐλπὶς, προσδοκία ἀγαθῶν.

*ΕΙ'Σ 'ΕΛΠΙ'ΔΑ "ΑΓΩ, *ad spem duco.* מָשַׁךְ הַתּוֹחֶלֶת, *traho spem*, h. e. *prorogo exspectationem.* Prov. XIII, 11.

"ΕΧΩ ΤΗ'Ν 'ΕΛΠΙ'ΔΑ, *spem habeo, fiduciam colloco, exspecto.* בָּטַח, *confido.* Ier. XVII, 5. - נָשָׂא אֶת נֶפֶשׁ, *attollo animam.* Deut. XXIV, 15. ἐπ' αὐτῷ ἔχει τὴν ἐλπίδα, exspectat illam, sc. mercedem.

'ΕΛΠΙ'Σ ΠΟΝΗΡΑ', *spes mala.* זְוָעָה, *commotio.* Ies. XXVIII, 19. Ita *Bielius.* Mihi vero ἐλπὶς tantum ad זְוָעָה pertinere videtur, ut πονηρὰ referendum sit ad רַק, *tantum*, pro quo רַע legerint, aut רָעָה.

'ΕΛΥ'Ω vel 'ΕΛΥ'Ω, *involvo, implico.* לוּט, idem. 1 Sam. XXI, 9. εἰλυμένη sec. cod. *Alex.* ut recte edi iussit *Breitingerus* loco vitiose impressi εἰλημμένη.

'ΕΜΑΥΤΟΥ", 'ΕΜΑΥΤΩ"ι, *mei ipsius, mihi ipsi.* לְבָבִי, *cor meum.* Iob. XXVII, 6. coll. 1 Cor. IV, 4. - לִי, *mihi.* Cant. IV, 6. ubi loco ἐμαυτῷ nonnulli reponere malunt ἐπ' αὐτῷ, ut legitur in *Philon. Episc. Carpat. enarr.* p. 108. *Arabs* transtulit: *cum eo.* Iob. XIX, 27. ad quem locum *Hesych.* ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ἐν ἑαυτῷ ἐπίσταμαι.

'ΑΠ' 'ΕΜΑΥΤΟΥ", *a me ipso.* מִלִּבִּי, *a corde meo.* Num. XVI, 29.

ΠΑΡ' 'ΕΜΑΥΤΟΥ", *apud me ipsum.* מִלִּבִּי, *e corde meo.* Num. XXIV, 13. - מִיָּדִי, *e manu mea.* Gen. XXXI, 39.

'ΕΜΒΑΘΥ'ΝΩ, *profundo, profundum facio, in profundum extendo.* הֶעֱמִיק, Hiph. idem. Ier. XLIX, 29. λίαν ἐμβαθύνατε εἰς κάθισιν, *profunde descendite* in foveam.

'ΕΜΒΑΙ'ΝΩ, *ingredior.* בּוֹא, *venio.* Nahum. III, 14. 1 Macc. XV, 36. ἐμβὰς εἰς πλοῖον, inscendens navigium. Vide et 2 Macc. XII, 3.

'ΕΜΒΑ'ΛΛΩ, *iniicio, immitto*, et ex adiuncto *misceo.* אָסַף, *colligo.* Ezech. XXIV, 4. ubi vox hebr. notionem *iniiciendi* adiunctam habet: *collecta iniicere.* - בּוֹא, *venio.* Hagg. II, 17. Libere quidem, sed recte transtulerunt. - הֵטִיל, Hiph. a טוּל, *eiicio, proiicio.* Ion. I, 12. 15. - הִפִּיל, Hiph. a נָפַל, *cadere facio.* 1 Sam. XVIII, 25. Ier. XXII, 7. - הִפְקִיד, *committo.* Ier. XXXVII, 20. ἐνεβάλοσαν αὐτὸν εἰς οἰκίαν τῆς

'ΕΠΙΣΙΤΙ'ΖΩ, *cibum praebeo*. הִצְטַיֵּר, *legatum me fingo*. Ios. IX, 4. ἐπεσιτίσαντο. Marg. cod. 58. *Holm.* τροφὰς μεθ' ἑαυτῶν ἔλαβον. Legerunt יִצְטַיָּדוּ cum Daleth, quod notat *commeatu se instruxerunt*. Conf. *Cappelli Crit. S.* p. 748 sequ. Vox ipsa legitur praeterea apud *Herodot.* VII. p. 439, 9. et *Strabonem* III. p. 251. A.

'ΕΠΙΣΙΤΙΣΜΟ'Σ, *cibaria*, *viaticum*, *commeatus*. צַיִד, *viaticum*. Nehem. XIII, 15. – צֵדָה et צֵידָה, idem. Ex. XII, 39. Ios. I, 11. Psalm. LXXVII, 29. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Gen. XLV, 21. *Aqu.* Ps. CXXXI, 15. *Hesych.* ἐπισιτισμὸν, ἐφοδιασμόν.

'ΕΠΙΣΚΑ'ΖΩ, *claudico*, *titubo*. צֹלֵעַ verbale, *claudicans*, *claudus*. Gen. XXXII, 31. ἐπέσκαζε τῷ μηρῷ αὐτοῦ,

claudicabat femore suo, ubi *Coislin.* in margine: ἐπέχωλευεν, ἐπέκλινε τῷ ποδὶ, quod videtur Scholion esse. *Hesych.* ἐπέσκαζεν, ἐχώλευεν.

*'ΕΠΙΣΚΑΡΙ'ΖΩ, *salio, palpito.* עוף, *lassus sum.* Iud. IV, 21. sec. cod. 128. *Holm.* ἐπισκάρισε καὶ ἐξέψυχε. Vide s. ἀποσκαρίζω.

'ΕΠΙΣΚΕΠΑ'Ω vel 'ΕΠΙΣΚΕΠΑ'ΖΩ, *obtego, tegmen obduco, obvelo.* סָכַךְ, *tego, obtego.* Thren. III, 29. - שׁוּף, *contero*, it. *occulto.* *Symm.* Ps. CXXXVIII, 10. ubi fortasse melius esset ἐπισκεδάζειν, *insuper dissipare*, nam σκεδάζειν est σκορπίζειν, ἀθετεῖν, καταργεῖν *Hesychio*, quod *conterendi* notioni affine. Vide quoque *Schol. Aristoph. Lysistr.* 663.

'ΕΠΙΣΚΕ'ΠΤΗΣ, *inspector.* פָּקִיד, *praefectus.* *Aqu.* Ezech. XXIII, 23.

'ΕΠΙΣΚΕ'ΠΤΟΜΑΙ, *inspicio, respicio, inquiro, dispicio, lustro, recenseo, inviso, visito, punio.* בִּקֵּר Pih. *inquiro.* Lev. XIII, 36. οὐκ ἐπισκέψεται ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς τριχὸς, non *inquiret* sacerdos de crine. Ib. XXVII, 31. οὐκ ἐπισκέψεται ἀνὰ μέσον καλοῦ καὶ πονηροῦ, non *inquiret*, an bonum vel malum sit. Esdr. VI, 1. ἐπεσκέψατο ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις, *inquisivit* in bibliothecis. Ezech. XXXIV, 11. ubi *Cappello* legisse videntur וּפְקַדְתִּים, cui sententiae nemo facile accedet. - בֹּקֶר, *mane.* Num. XVI, 5. ἐπέσκεπται καὶ ἐπέγνω ὁ Θεὸς τοὺς ὄντας αὐτοῦ, *respexit* et agnovit Deus suos: ubi non legerunt פָּקַד, uti *Cappellus* volebat, sed respexerunt notionem vocis בִּקֵּר, quae in Pihel *investigare, inquirere* notat. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐπέσκεπται, ἐπεσκέψατο καὶ ἔγνω. - דָּרַשׁ, *quaero.* 2 Par. XXIV, 6. Ez. XX, 40. - הִתְיַלֵּד Hithp. *natales profiteor.* Num. I, 18. ἐπεσκέπησαν κατὰ γενέσεις αὐτῶν, *lustrabantur* iuxta familias suas. - יָרַד, *descendo.* 1 Sam. XX, 19. ἐπισκεπήσῃ, ubi cum *Chald.*, *Syro* et *Arabe* legerunt תִּפָּקֵד, *multum desideraberis.* - נִחַם Pih. *consolor.* Iob. II, 11. τοῦ παρακαλέσαι καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτόν. Sed sine dubio verba h. l. transposita sunt, ut ἐπισκέπτεσθαι hebr. נוּד, παρακαλέω autem hebr. נִחַם respondeat, i. q. apparet e vers. *Vulg.* quae habet, *ut pariter venientes visitarent eum et consolarentur.* - פָּקַד, *diligenter et accuratus inspicio.* *Theod.* Iob. XXXV, 15. ἐπισκέπτεσθαι ὀργήν. *Vulg.* *inferre furorem.* *Aqu.* Ier. XXIII, 4. ἐπισκεπῶσιν. LXX Gen. XXI, 1. κύριος ἐπεσκέψατο τὴν Σάῤῥαν, dominus *invisit* Saram, dum sc. implevit promissa, quae ei dederat. Vide et Gen. L, 24. Ex. IV, 31. Ruth. I, 6. 1 Sam. II, 23. ac conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Num. I, 19. ἐπεσκέπησαν αὐτοὶ ἐν ἐρήμῳ, *recensebantur* illi in deserto. Vide et Num. II, 4. 28. 30. IV, 28. 33. Iud. XV, 1. ἐπεσκέψατο τὴν γυναῖκα, *invisebat* uxorem suam. Esdr. I, 2. ἐπεσκέψατο ἐπ' ἐμὲ, *respexit*, vel: *elegit* me. Ier. V, 9. μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι, num in ista non *animadvertam.* Ier.

XI, 22. ἐπισκέψομαι ἐπ' αὐτοὺς, *puniam* eos. Vide et Ier. XXXVI, 1. XLIV, 13. 29. Ier. XXIII, 2. οὐκ ἐπεσκέψασθε αὐτὰ, sc. τὰ πρόβατα, non *curam gessistis* illarum, sc. ovium. *Phavor.* ἐπισκέπτομαι, τὸ προμηθεύομαι καὶ κήδομαί τινος. — פָּקִיד, *praefectus*. Neh. XII, 41. — שׂוּשׂ, *gaudeo*. Ier. XXXII, 41. Sir. II, 17. ἐπισκέπτεσθαι, *inquirere*, *iudicare*, etiam *punire*. Ib. XVII, 32. ἐπισκέπτεται, *conspicit* et *perlustrat*. Iudith. XIII, 20. ἐπισκέψασθαί σε ἐν ἀγαθοῖς.

*ΕΠΙΣΚΕ'ΠΩ, *tego*, *contego*. אָטַם, *occludo*, *obturo*. *Symm.* 1 Reg. VI, 4. ἐπισκέποντας. *Montf.* *ad prospectum*. Male: nam fenestrae occlusae non inserviunt prospectui. Fortasse tamen reponendum est ἐπισκεπομένας.

'ΕΠΙ'ΣΚΕΨΙΣ, *inspectio*, *visitatio*, *lustratio*, *recensio*, *deliberatio*, etiam per *metonymiam*, *visitati*, seu *ad pugnam numerati*. בִּקֹּרֶת, *animadversio*, *flagellatio*. *Inc.* Lev. XIX, 20. — מִפְקָד, *census*. 2 Sam. XXIV, 9. 1 Par. XXI, 5. Nehem. III, 31. sec. *Compl.* — פָּקַד infin. Ier. XXVII, 22. — פְּקֻדָּה, *visitatio*. Num. III, 36. XVI, 29. — פְּקֻדִים part. Pah. plur. *numerati*. Ex. XXX, 13. Num. II, 32. (ubi haud pauci codd. *Holmes.* e glossemate, aut ex alio interprete ἀριθμὸς habent pariter ac IV, 41.) III, 39. 2 Macc. V, 18. ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ γαζοφυλακίου, ad *visitationem* gazophylacii. 2 Macc. XIV, 22. πλείονος δὲ γενομένης περὶ τούτων ἐπισκέψεως, cum multa de his fieret *deliberatio*.

'ΕΠΙΣΚΕΤΑ'ΖΩ, *apparo*, *exstruo*, *instauro*, *reparo*. בָּקַק, *rimor*. 2 Par. XXXIV, 10. ἐπισκευάσαι καὶ κατισχύσαι τὸν οἶκον, ut *repararent* et firmam redderent domum. *Symm.* 2 Reg. XII, 5. ubi ἐπισκευασθῆναι per *instaurandum*, *reparandum esse* vertendum est, ut sit i. q. δεῖσθαι τῆς ἐπισκευῆς, ut legitur in altera *Symmachi* editione. — הֶעֱלָה Hiph. *accendo*. Exod XXX, 8. Sermo ibi est de *lucernis*, quae reparantur, antequam accenduntur. Vide infra s. כָּבָה. — חדשׁ Pih. *renovo*. 2 Par. XXIV, 4. — חִזֵּק Pih. *restauro*. 2 Par. XXIV, 12. XXIX, 3. *Symm.* 2 Reg. XII, 5. — כָּבָה, *exstinguor*. 1 Sam. III, 3. πρὶν ἢ ἐπισκευασθῆναι. Coniicere fortasse aliquis posset, reponendum esse ἐπισβεσθῆναι, vel ἐπισκεπασθῆναι, quemadmodum quoque apud nos lucernas aut lampadas tegendo extinguere solent. Sed fortasse utraque coniectura non opus est. Scilicet satis constat, lucernas s. lampadas, quae erant in tentorio conventus ex mandato divino (Levit. XXIV, 2 sequ.), numquam extingui debuisse, sed cotidie renovandas ac redintegrandas fuisse. Huius praecepti divini bene memor incertus ille interpres omnem errandi occasionem adimere voluit versione π. ἢ ἐ.: nam paulo ante, quam extinguerentur, reparandae et restaurandae erant.

'ΕΠΙΣΚΕΥΗ', *reparatio.* בֶּדֶק, *rima, fissura. Symm.* 2 Reg. XII, 5. ubi partim formula ἐνισχύουσιν τὴν ἐπισκευὴν occurrit, partim δεόμενον τῆς ἐπισκευῆς. Posterius uti bene voci hebr. respondet, ita in priore formula ἐπισκευὴ notabit *id, quod instaurandum ac reparandum est*, nisi statuere malimus, *Symmachum* בֶּדֶק prorsus omisisse in versione sua, ac formula ἐνισχύειν τὴν ἐπισκευὴν tantum hebr. חִזֵּק exprimere voluisse.

*'ΕΠΙΣΚΗ'ΠΤΩ, *irruo, ingruo, urgeo, insto.* שׁוּב, *revertor. Inc.* 2 Sam. XXIII, 10. ἐπέσκηψεν sec. cod. *Reg* ubi alii ἐπέστρεψεν habent. Sed altera quoque lectio a textu hebr. non prorsus aliena dici potest.

'ΕΠΙΣΚΙΑ'ΖΩ, *inumbro, obumbro.* אָצַל, *sepono. Theod.* Num. XI, 25. In mente habuit radicem צָלַל. - *כִּי טוֹב צִלָּהּ, *quia bona umbra eius. Symm.* Hos. IV, 13. ἐπισκιάζουσαν. Bene quoad sensum. Non inepta tamen est coniectura *Bahrdtii, Symmachum* potius scripsisse εὐσκιάζουσαν. - מַשְׂכִּית, *imaginatio.* Prov. XVIII, 11. μέγα ἐπισκιάζει. *Vulg. circumdans eum. Vogelius* putat, eos legisse מְשׂוּכָתוֹ. *Iaegerus* ad h. l. haec verba expressa arbitratur ex חוֹמָה נִשְׂגָּבָה, libero interpretandi genere, et tropo alio substituto, ut σκιὰ de *defensione* ac *tutela* metaphorice accipiendum sit, quemadmodum *murus altus* est *signum certi praesidii* et *adiumenti.* Mihi autem LXX potius deduxisse videntur a rad. שָׂכַךְ, quae *tegere, obtegere* notat. - סָכַךְ, *tego.* Ps. XC, 4. CXXXIX, 8. - שָׁכַן, *habito, commoror.* Ex. XL, 32. ἐπεσκίαζεν ἐπ' αὐτὴν ἡ νεφέλη, obumbrabat illum nubes.

'ΕΠΙΣΚΟΠΕΥ'Ω, *inspicio, observo.* צָפָה, *speculor.* Mich. VII, 7. - צָפַן, *speculor, insidior. Symm.* Psalm. LXV, 7.

'ΕΠΙΣΚΟΠΕ'Ω, idem. אִתְבַּקַּר chald. Hithp. *perquiror.* Esdr. V, 17. ἐπισκοπείτω, ubi alii ἐπισκεψάσθω habent. - דָּרַשׁ, *quaero.* Deut. XI, 12. - יָדַע, *scio.* Esth. II, 11. - נִצַּח Pih. *urgeo.* 2 Par. XXXIV, 12. ἐπισκοπεῖν, *inspicere*, nempe ad opus urgendum. - פָּקַד, *visito.* Prov. XIX, 23. Legerunt יִפָּקֵד. - מֻפְקָד part. Hoph. *praefectus. Al.* 2 Reg. XII, 11.

'ΕΠΙΣΚΟΠΗ', *inspectio, visitatio, cuius in Dei alia est gratiae, alia irae, ultio, vindicatio, vindicta, punitio, lustratio, recensio.* בִּקֹּרֶת, *flagellatio.* Lev. XIX, 20. LXX, quos et *Lutherus* secutus est, pro *animadversione* simpliciter et *poena* acceperunt. - יִרְאָה, *timor.* Iob. VI, 14. Acceperunt hic ἐπισκοπὴν sensu bono. - פָּקַד, *visito.* Ier. VI, 15. Iob. XXXI, 14. ubi post ἐπισκοπὴν ex antecedentibus supplendum erit ποιῆται (ita nempe, ut post ἐπισκοπὴν comma ponatur, ac τίνα cum sequentibus iungatur.), aut ποιήσῃ aut ποιήσηται, ac vox ipsa sensu iudiciali adhibetur. Adde *Inc.* Prov. XIX, 23. - פְּקֹד infin. *visitando.* Gen. L, 24. 25.

Exod. III, 16. XIII, 19. - פְּקֻדָּה, *inspectio, visitatio. Theod.* Exod. XXX, 15. LXX Num. IV, 16. Iob. X, 12. (ubi *providentiam* notat. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐπισκοπὴν, προνόησιν, πρόνοιαν.) Ps. CVIII, 7. - פְּקֻדִים part. Pah. plur. *visitati.* Num. I, 21. ubi ἐπισκοπὴ *visitatos*, seu *ad pugnam numeratos* notat. Ib. VII, 2. XIV, 29. - צָפוּן, *reconditum.* Ez. VII, 22. μιανοῦσι τὴν ἐπισκοπήν μου. Videntur צְפוּנִי accepisse, quasi esset a צָפָה, *speculari.* 3 Macc. V, 42. ubi consilii mutatio (de Iudaeis sc. non interficiendis) dicitur γενομένη πρὸς ἐπισκοπὴν τῶν ἰουδαίων, facta ad *salutem* Iudaeorum. In notione *poenae* legitur Sap. XIV, 11. XIX, 15. Sap. III, 13. ἐπισκοπὴ ψυχῶν *Bretschneidero* esse videtur *iudicium de beandis vel damnandis mortuis*, coll. 1 Petr. II, 12. 3 Esdr. VI, 5. in notione *curae ac tutelae*, ἐπισκοπῆς γενομένης ἐπὶ, chald. עַיִן אֱלָהֲהֹם עַל, *oculus Dei super.* Esdr. V, 5. Sir. XXVII, 18. σκοποὶ καθήμενοι ἐπὶ μετεώρου ἐπισκοπῆς, speculatores in alta *specula* collocati, ubi ἐπισκοπὴ aeque ac σκοπὴ (Conf. *Stephani Thes.* l. gr. T. III. p. 823.), *ipsam speculam*, seu *locum excelsum*, *unde prospectatur*, notat. Lectionem cod. *Vatic.* ἐπὶ σκοπῆς antecedens formula ἐπὶ μετεώρου non admittere videtur. *Hesych.* ἐπισκοπὴ, ἐκδίκησις.

'ΕΠΙΣΚΟΠΗ' 'ΕΣΤΙ, *inspectio est*, *visitatio iudicialis est.* נִפְקַד Niph. Num. XVI, 29. εἰ δὲ κατ' ἐπίσκεψιν πάντων ἀνθρώπων ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν, si autem vulgari *poena* afficiantur. Ies. XXIV, 22. XXIX, 6. - סָכַן, *prodest.* Iob. XXXIV, 9. ὅτι οὐκ ἔσται ἐπισκοπὴ ἀνδρός, h. e. non a Deo *beneficiis afficietur. Symm.* σωθήσεται. In textu hebr. legitur: *nullam utilitatem percipiet vir. Vulg. non placebit vir Deo.* - רָצָה, *beneplacitum habeo.* Iob. XXXIV, 9. καὶ ἐπισκοπὴ αὐτοῦ παρὰ κυρίου, ubi pro καὶ legere mallem κἂν, et ἐπισκοπῇ notionem *beneplaciti* et *gratiae* tribuere. Ἐπισκοπή μοι παρά τινος notat *gratia alicuius et favore fruor*, *habeo mihi aliquem propitium. Vulg. etiamsi cucurrerit cum eo.* Secutus est interpretem graecum, qui בִּרְצֹתוֹ a רָצָא aut רוּץ, *currere*, deduxit.

'ΕΠΙΣΚΟΠΗ'Ν ΠΟΙΕ'Ω et ΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *inspicio*, *visito*, *curam gero.* סוֹד, *arcanum.* Iob. XXIX, 4. θεὸς ἐπισκοπὴν ἐποιεῖτο τοῦ οἴκου μου. Verum quidem est, סוֹד interdum de *amicitia* et *intima familiaritate* dici, sed magis tamen vero accedere mihi videtur, LXX legisse סָכַךְ, *tegere, obtegere.* Certe *Symmachus* h. l. voce περιφράσσειν usus est. - הֵאִיר עֵינַיִם, *illumino oculos.* Prov. XXIX, 13. ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ποιεῖται, eius *curam habet*, providentiam suam exserit in defendendo oppresso. Formula hebr. de *laetandi materia*, *quam Deus praebet*, explicanda est. - הֵשִׂים תִּפְלָה Hiph. *pono insulsitatem.* Iob. XXIV, 12. ubi loco תִּפְלָה legerunt

תְּפִלָּה, *preces*, *ponere seu admittere preces*, sc. *afflictorum et oppressorum*. *Vulgatus*: *Deus inultum abire non patitur*. – פָּקַד, *visito*. Iob. VII, 18. ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ποιήσῃ, *curam* eius habeas.

'ΕΠΙ'ΣΚΟΠΟΣ, *inspector*, *visitator*, *praefectus*, *praeses*. אֵל, *Deus*. Iob. XX, 29. – מֻפְקָד part. Hoph. *praefectus*. 2 Par. XXXIV, 12. 17. – נוֹגֵשׂ, *exactor*. Ies. LX, 17. – פְּקֻדָּה, *inspectio*. Num. IV, 16. 2 Reg. XI, 19. – פָּקוּד part. Pah. *praefectus*. Num. XXXI, 14. τοῖς ἐπισκόποις τῆς δυνάμεως, *praefectis* exercitus, coll. 2 Reg. XI, 16. – פָּקִיד, idem. *Inc*. Gen. XLI, 34. LXX Iud. IX, 28. (ubi *imperatorem* notat. Conf. *Valckenarii Scholas in Actus Apostol*. I, 20. p. 332 sequ.) Neh. XI, 9. 14. 22. Sic et apud gentiles praesides s. praefectos urbium vel regionum ἐπισκόπους dictos esse ostendit *Dougtaeus* in *Anal. Sacr*. P. II. Ex. 93. p. 139. Vide et *Elsnerum* ad 1 Tim. III, 2. – צִיּוּנִים, *signa*, *monumenta*. *Aqu*. ac *Inc*. Ier. XXXI, 21. Legerunt sine dubio צופים a צָפָה, *speculari*. Ex coniectura *Montfauconi* uterque scripserat σκοποὺς vel κατασκόπους. Sap. I, 6. τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἀληθὴς, cordis eius *spectator* verus. 1 Macc. I, 51. ἐπισκόπους, *curatores* rei, coll. *Ioseph*. *A*. *I*. XII, 5, 4. *Hesych*. ἐπίσκοπος, βασιλεὺς, ἐπήκοος, φύλαξ, ἐπόπτης, κατάσκοπος.

'ΕΠΙΣΟΒΕ'Ω, *abigo*. Sir. XXII, 21. βάλλων λίθον ἐπὶ πετεινὰ, ἐπισοβεῖ αὐτά. Ita *Bielius Trommium* secutus, sed perperam: nam in omnibus codd. hucusque collatis ἀποσοβεῖ ibi legitur.

'ΕΠΙΣΟΣ, *similis*, etiam *aequalis*, *par*. Sirac. IX, 10. ubi cum ἐπίσης et ἔφισος in codd. permutatur. Ib. XXXI, 31. ἔπισον ζωῆς, *vitae accommodatum est*. *Complutensia* vertunt *additamentum vitae*: h. e. addit, adauget et producit vitam homini.

'ΕΠΙ'ΣΠΑΣΤΡΟΝ, *funis*, *quo aliquid attrahitur*, vel *velum*, *quod aditui alicui obducitur*. מָסָךְ, *tegumentum*. Ex. XXVI, 36. *Cyrillus* ad h. l. ἐπίσπ. ὀνομάζει τὸ τῆς θύρας περιτάνυσμα κ. τ. λ. *Procopius* autem funem intelligit, δι' οὗ συνήγετό τε καὶ ἡπλοῦτο τὸ καταπέτασμα. Num. IV, 27. *Samar*. Num. IV, 25. Legitur praeterea Exod. XXXV, 17. sec. *Compl*. ubi nihil ei in textu hebr. respondet. *Hesych*. ἐπίσπαστρον, βρόχον.

'ΕΠΙΣΠΑ'Ω, ἄομαι, *attraho*. *גּוּר in notione *terrendi*. *Aqu*. Prov. XXI, 7. ubi vel deduxit a גָּרַר, *traxit*, *attraxit*, vel respexit notionem *colligendi* ac *congregandi*, quam גור quandoque habet. – מָשַׁךְ, *traho*. Ies. V, 18. οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας, qui poenas tanquam funibus attrahunt, h. e. provocant iudicia divina. *Suidas*: ἐπισπόμενος, ἐπακολουθῶν· ἐπισπώμενος δὲ προσλαμβάνων καὶ ἐπισύρων. – סָחַב, *traho*,

distraho. *Al.* 2 Sam. XVII, 13. – סַלֵּף Pih. *perverto.* *Symm.* Prov. XIII, 6. Benè quoad sensum. Nam *peiores reddit*, quod exhibent verba hebr., non differt sensu a verbis *attrahit peccatum*, aut *auget peccatorum numerum*, quod *Symmachus* posuit. Praeterea سلف est *praecessit*, سلّف, *praecedere fecit.* – שָׁאַב, *exhaurio.* Nah. III, 14. *ἐπίσπασαι σεαυτῇ*, h. e. duc aquam, sc. in s. ad munitiones tuas. Eodem quoque modo hebr. שָׁאַב intellegendum est. – תָּפַשׂ, *prehendo.* Gen. XXXIX, 12. Iudith. XII, 12. de *amoris commercio* vel *concubitu* adhibetur, ac cum *ὁμιλεῖν* permutatur. *Syrus* ibi usus est voce ܢܩܒ, quae de *familiaritate* ac *intima coniunctione* adhibetur. Sap. I, 12. *μὴ ἐπισπᾶσθε ὄλεθρον ἔργοις χειρῶν ὑμῶν.* In eadem *conciliandi* notione legitur quoque apud *Iosephum A. I.* IX, 8. p. 496. ed. *Hav.* Ibid. XIX, 3. *ἕτερον ἐπεσπάσαντο λογισμὸν*, aliud *ceperunt* consilium. *Vulg.* *assumserunt.* 1 Macc. XIV, 1. *τοῦ ἐπισπάσασθαι βοήθειαν αὐτῷ*, ad *colligendas* sibi copias auxiliares. *Vulgatus: contrahere*, sensu lat. coll. *Cic. Att.* VIII, 12. uti apud nos quoque *zusammenziehen* sensu militari dicitur. 4 Macc. V, 1. *ἐπισπᾶσθαι* per *rapere* vertere mallem, quam cum interprete latino de *attractione praeputii* intellegere. Cf. v. 4. ubi per *ἁρπάζεσθαι* s. *συναρπάζεσθαι* explicatur.

*'ΕΠΙΣΠΑΌΜΑΙ ΘΆΝΑΤΟΝ, *attraho s. concilio mortem.* עָמֵל sequ. לְ, *laboro*, et ex adiuncto, *labore efficio ac concilio mihi aliquid.* *Theod. Prov.* XVI, 26. ubi LXX habent *ἐκβιάζεται ἑαυτῷ τὴν ἀπώλειαν.* Bene quoad sensum.

'ΕΠΙΣΠΕΥ'ΔΩ, *festino*, *accelero*, *festinare facio.* הִבְהִיל Hiph. idem. Esth. VI, 14. *ἐπισπεύδοντες ἐπὶ τὸν πότον*, *propere ducentes* ad convivium. – מִהֵר Pih. idem. Prov. VI, 18. – רָדַף, *persequor.* *Symm.* Prov. XII, 11. 3 Esdr. I, 25.

'ΕΠΙΣΠΛΑΓΧΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *misereor.* חָמַל, *clemens sum, parco.* *Symm.* Deut. XIII, 8. *ἐπισπλαγχνισθήσῃ.*

'ΕΠΙΣΠΟΥΔΆΖΩ, *festino*, *accelero*, et *ἐπισπουδάζομαι*, *celeriter acquiror.* אוּץ, *festino retro.* Prov. XXI, 5. Gen. XIX, 15. sec. *Alex.* et *Coton.* – בָּהַל Pih. Prov. XX, 21. Sc. secuti sunt h. l. lectionem marginalem. *Properare pecuniam* legitur apud *Horat. Od.* III, 24. 62. pro *properando* vel *per scelus accumulare.* – *מֵהֶבֶל, *ex vanitate.* Prov. XIII, 11. *ἐπισπουδαζομένη.* *Vulg. festinata.* Ex sententia plerorumque legerunt literis transpositis מְבֹהָל a בָּהַל, *festinare.* Sed legerunt potius מְהֻבָּל part. Pyh. ab הָבַל, coll. arab. عبل, quod *festinare* notat. Conf. *Arnoldi Symb. Critt.* p. 96. – *נִצַּח, *vinco*, etiam *urgeo.* 2 Par. XXXIV, 12. sec. *Compl.* seu *Inc. Int.* Adde *Lucian. Piscat.* p. 200. B.

'ΕΠΙΣΠΟΥΔΑΣΤΗ'Σ, *sollicitator.* מַדְהֵבָה foem. *aurea.* Ies. XIV, 4. Videntur nonnullis legisse מַרְהֵבָה, ut reponere quoque voluit *Michaelis*, praeeunte *Syro*, et collato ibid. XXX, 7. Sed non opus est, nam arab. رعب est *abigere, auferre*, ut multis exemplis docuit *Schultensius* in *Opp. min.* p. 263.

'ΕΠΙ'ΣΤΑΜΑΙ, *novi, scio.* דַּעַת, *scientia.* Prov. XV, 2. - הָבִין Hiph. a בּין, *intelligere.* Iob. XIV, 21. XXVIII, 20. - הִשְׂכִּיל Hiph. *intellego.* Deut. XXXII, 28. Ies. XLI, 20. - יָדַע. *Hebr. et οἱ λοιποὶ* Gen. XLVII, 6. LXX Ex. IV, 14. IX, 31. et alibi saepius. - נָצַר, *custodio.* Iob. VII, 19. ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν. In lingua *Arab.* (نظر) et *Aeth.* נָצַר notat *inspexit, adspexit.* - רָעָה, *pasco.* Prov. X, 21. Legerunt יָדְעוּ pro יִרְעוּ, *pascent.* - *תָּעָה, *erro.* Prov. XIV, 22. Legerunt יָדְעוּ, verbum non dissimilis quidem soni, sed dissimillimae significationis.

'ΕΠΙΣΤΑ'ΣΕΙΣ, *epistases.* שְׁפַתַּיִם, *lapides focarii.* Quidam *cremathras* esse dicunt. *Aquila* sec. ed. primam Ez. XL, 43. Sed lectio ipsa mihi est admodum suspecta. Suspicor legendum esse ἐπισπάσεις, *attractiones*, s. ἐπισπαστῆρες, nam vox hebr. notat *uncinos ferreos ad suspendendam carnem.* Fortasse tamen ἐπιστάσεις notat *ea quae apponuntur*, qualia sunt *lapides focarii.*

*'ΕΠΙΣΤΑΣΙ'Α, *mora in aliqua re, attenta consideratio, praefectura, cura.* הַצּוֹת, *rixando*, inf. a נָצָה. Num. XXVI, 9. ἐν τῇ ἐπιστασίᾳ sec. *Compl.* Videtur hic *Inc. Int.* ἐπιστασίαν in ea notione accepisse, ut sit i. q. ἐπισύστασις in cod. *Vat., seditio, tumultus, coniuratio.* Certe paulo ante ibid. pro ἐπισυστάντες *Alex.* et *Compl.* etiam ἐπιστάντες habent. *Hesych.* ἐπιστασίαν, προστασίαν, παραμονήν.

'ΕΠΙ'ΣΤΑΣΙΣ, *aggressio, incursio.* 2 Macc. VI, 3. ἐπίστασις τῆς κακίας, *aggressio* malitiae. Significat ἐπίστασις h. l. *impetum, cum rei instamus*, h. e. *eam persequimur.* A nonnullis h. l. vertitur *praeceptum.*

*'ΕΠΙΣΤΑΤΕ'Ω, *praesum, praefectus sum.* 3 Esdr. VII, 2. ἐπεστάτουν τῶν ἱερῶν ἔργων, h. e. *templo exstruendo praeerant.* In textu Chald. Esr. VI, 14. בְּנָה exstat. *Polyaen. Stratag.* lib. V. c. 1. αὐτὸς ὑπέσχετο τοῦ ἔργου ἐπιστάτης ἂν γενέσθαι, ubi de templo Iovis ab Agrigentinis aedificando sermo est.

'ΕΠΙΣΤΑ'ΤΗΣ, *praefectus.* מְנַצֵּחַ, *praefectus.* 2 Par. II, 4. XXXIV, 13. - נָגִיד, *dux, princeps.* 2 Par. XXXI, 12. - נֹגֵשׂ, *exactor.* Exod. V, 14. - פָּקִיד, *praefectus.* 2 Reg. XXIV, 39. Ier. XXIX, 26. LII, 22. - רֹדֶה part. *dominator.* 1 Reg. V, 16. - *שֹׁטֵר, *praefectus, inspector.* *Symm.* Ios.

I, 10. ἐπιστάτας sec. *Procopium* in *Cat. Niceph.* p. 7. – שַׂר, *princeps*. Exod. I, 11. *Hesych.* ἐπιστάτης, ἐφέτης ἢ ἐπαίτης, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι, ἢ ἐπίτροπος, ἢ διδάσκαλος, καὶ ὁ τακτικὸς, καὶ ὁ βραβευτὴς, καὶ ἄρχων τις Ἀθήνῃσι, καὶ ὁ ἐφεστηκώς.

*'ΕΠΙΣΤΕ'ΛΛΩ, *mitto ad, mitto literas, per literas certiorem facio*, aut *rogo*. שָׁלַח, idem. 1 Reg. V, 8. sec. cod. *Alex.* ubi vox ἐπιστέλλω non est in ἀποστέλλω mutanda, cum verosimile sit, Salomonem legatum cum literis misisse.

'ΕΠΙΣΤΗΘΙ'ΖΟΜΑΙ, *pectori alicuius incumbo*. הִתְרַפֵּק Hithp. *adhaereo*. *Al.* Cant. VIII, 5. ἐπιστηθιζομένη, ubi vide notas *L. Bos.*

'ΕΠΙΣΤΗ'ΜΗ, *scientia*. בִּינָה, *intellegentia*. Iob. XXXVIII, 36. Dan I, 20. – דֵּעַ. Iob. XXXII, 6. XXXVI, 3. – דַּעַת. Exod. XXXI, 3. XXXV, 29. Num. XXIV, 16. – הַשְׂכֵּל. Iob. XXXIV, 35. – דַּעַת וְהַשְׂכֵּל. Ier. III, 15. – חָכְמָה, *sapientia*. Exod. XXXVI, 2. Ezech. XXVIII, 4. 5. 7. 17. – טַעַם, *sapor*, it. *consilium*. *Al.* Iob. XII, 20. – *מַדָּע. Dan. I, 17. et II, 21. sec. *Chis.* – שֹׁגֵג part. *errans*. Iob. XII, 16. Sine dubio existimavit, non commode dici posse Dei esse errantem, adeoque voci hebr. contrariam tribuit notionem. – שֵׂכֶל: שֶׂכֶל. 2 Par. II, 12. Neh. VIII, 10. – שִׂכְלוּת. Cohel. I, 17. – תְּבוּנָה. Exod. XXXVI, 1. Iob. XII, 12. 3 Esdr. VIII, 8. πολλὴν ἐπιστήμην περιεῖχεν, magnam *curam* et *diligentiam* adhibuit. *Vulg. magnam disciplinam obtinebat.* Sic ἐπισταμένως legitur apud *Hom. Il.* VII, 317. Sirac. XVII, 11. ἐπιστήμη est *lex Mosaica*. Ib. XIX, 22. ἐπιστήμη πονηρίας, peccatorum prudentia, h. e. scientia et ars nequitiam astute et maligne exercendi. In *Prol. Syr. studium* notat.

'ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΙ'ΖΩ, *doceo*. הִשְׂכִּיל Hiph. *intellegere facio*. *Aqu. Symm.* Ies. LII, 13. ἐπιστημονισθήσεται.

*'ΕΠΙΣΤΗΜΟ'ΝΩΣ, *prudenter, intellegenter*. מַשְׂכִּיל part. Hiph. *intellegere faciens*. *Aqu. Symm.* Psalm. XLVI, 8. sec. *Vat.* Cf. *Repertor. Bibl. et Or. Literat.* T. XIV. p. 590. *Pollux Onom.* I, 157. V, 144.

'ΕΠΙΣΤΗΜΟ'ΟΜΑΙ, *scientiam admitto, erudior*. הִשְׂכִּיל Hiph. *intellegere facio*, etiam *intellego*. *Aqu.* Ps. II, 10. ἐπιστημώθητε. *Inc.* Ps. XCIII, 8.

'ΕΠΙΣΤΗΜΟ'Ω, ῶ, *doceo, intellegere facio*. הִשְׂכִּיל Hiph. *Aqu.* Ps. XXXI, 8. ἐπιστημώσω σε.

'ΕΠΙΣΤΗ'ΜΩΝ, *sciens, scientia praeditus, sapiens, peritus*. יָדוּעַ part. Pah. idem. Deut. I, 15. – נָבוֹן part. Niph. a בּוּן. Deut. I, 13. IV, 6. Ies. V, 21. – מַשְׂכִּיל. Dan. I, 4. sec. *Chis. Aqu.* Ps. XLIV, 1. LIII, 1. – מַשְׂכֶּלֶת part. foem. Hiph. *intellegens, prudens*. *Aqu.* et *Theod.* Prov. XIX, 14. *Hesych.* ἐπιστήμων, σοφός. *Suidas*; ἐπιστήμονος, τοῦ ἐμπείρου.

*'ΕΠΙΣΤΗ'ΡΙΓΜΑ, *fulcrum*, metaph. *columen, praesidium.* מַשְׁעֵן, *scipio, cui quis innititur.* 2 Sam. XXII, 19. sec. *Vat.*

'ΕΠΙΣΤΗΡΙ'ΖΩ, Ι'ΖΟΜΑΙ, *stabilio, innitor.* *אֱמוּנָה, *fidelitas.* *Aqu.* (?) sec. cod. X. *Holm.* Ex. XVII, 12. ἐπεστηριγμέναι. Sic quoque, sed sine nomine Interpretis, cod. 57. Non male quoad sensum. Vide quoque s. στηρίζω. — הִתְרַפֵּק Hithp. *adhaereo.* Cant. VIII, 5. ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς, *recumbens* s. *innixa* super dilectum suum. رفق in Conj. VIIma notat *inniti alicui rei. Vulg. innixa.* Conf. *Schultensii Op. min.* p. 249. רָפַק in l. *aethiop. recumbere, accumbere* notat, et pro ἀνακλίνεσθαι ponitur in vers. *Aethiop.* Matth. VIII, 11. Vide supra s. v. ἐπιστηθίζομαι. — יָעַץ, *consilium do.* Ps. XXXI, 10. ἐπιστηριῶ ἐπί σε ὀφθαλμούς μου, *figam* in te oculos meos. *Vulg. firmabo super te oculos meos,* h. e. intenti in te erunt oculi mei. Variae sunt de hac versione Intt. sententiae. Secundum *Koehlerum* legerunt אֲעַצֶּה a rad. עָצָה, cui hanc significationem tribuerunt, coll. Prov. XVI, 30. Alii statuunt, ante עָלֶיךָ supplendum esse אָשִׂים, quod Gen. XLIV, 27. et Ier. X, 4. additur, et supplevit h. l. *Syrus.* Nonnullis denique accepisse videntur, quasi esset a עָזַז vel עָזָה, *robustus fuit,* nempe אֲעִזֶּה. Sed si cogitamus, arab. وغض propr. *stipandi* notionem habere, omnibus his coniecturis commode carere poterimus. — סָמַךְ: נִסְמַךְ, Kal et Niph. *Οἱ λοιποὶ* Ies. LIX, 16. LXX Iud. XVI, 30. ἐπεστηρίξατο ἐπ' αὐτοῖς, *innitebatur* illis. 2 Reg. XVIII, 21. ὃς ἂν ἐπιστηριχθῇ ἀνὴρ ἐπ' αὐτήν. Ies. XXXVI, 6. *Symm.* et *LXX* Ps. LXX, 7. — נָחַת, *descendo.* Ps. XXXVII, 2. ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. *Theodoretus* ad h. l. ἐπεστήριξας κ. τ. λ. ἐκ μεταφορᾶς τέθεικε τῶν αἰκιζομένων, καὶ πολλὰς ἐπιφερόντων πληγάς. Inde *Suidam* sua depromsisse in ἐπεστήριξας monet *Küsterus.* Inde quoque emendandus est *Hesychius,* apud quem perperam legitur: καὶ ἐπεστήρισας, ὠργίσθης, ἢ ἐπεστήριξας. Reponendum nempe *Biello* videtur: Ἐπεστήριξας τὴν χεῖρά σου, ὠργίσθης. Sed ultimo verbo ἐπεστήριξας indicatur varietas lectionis in textu graeco, et ὠργίσθης exprimit phrasin ἐπεστήρισας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. — נָכוֹן a כּוּן Niph. Iud. XVI, 27. 30. — נִצָּב a יָצַב Niph. Gen. XXVIII, 33. — נִשְׁעַן Niph. Iud. XVI, 27. 2 Sam. I, 6. — *עַל, *super.* *Theod.* et LXX Iud. XVI, 26. 29. Bene quoad sensum. — Vox ἐπεστήριξαι apud *Inc. Int.* Hab. III, 4. quorsum referenda sit, incertum est. Fortasse legit שָׂם שָׁם.

'ΕΠΙΣΤΟΙΒΑ'ΖΩ, *constipo, congero.* עָרַךְ, *ordino.* Lev. I, 12. *Al.* Lev. I, 7. 8. Vide et Sir. VIII, 4. et *Eustath.* in *Od.* α', p. 6, 31.

'ΕΠΙΣΤΟΛΗ', *epistola.* אִגְּרָא chald. *epistola.* Esth. IV, 8. 11. V, 6. – אִגֶּרֶת, idem. 2 Par. XXX, 1. Neh. II, 7. Esth. IX, 26. – כְּלִי, *vas, instrumentum.* Ies. XVIII, 1. *Faber* ad *Harmarum* P. II. p. 125. coniicit, LXX loco בִּכְלֵי legisse כְּבָלֵי, quod sit *consutum, colligatum, complicatum,* a כָּבַל, *vincire. Doederleinius* ad h. l. mavult reponere ἐπὶ σκολοῖς βιβλίνοις, *navigiis papyraceis,* quod mihi praeferendum videtur. – כְּתָב, *scriptura.* Esth. III, 14. – סֵפֶר, *liber.* Ies. XXXIX, 1. *Inc.* 2 Reg. XX, 12. – שִׂטְנָה, *accusatio.* Esdr. IV, 6. ubi ἐπιστολὴ *libellum actionis* notat. 1 Macc. VIII, 22. *instrumentum foederis.*

*'ΕΠΙΣΤΡΑΤΕΙ'Α, *expeditio.* 3 Macc. III, 14. ἐκ τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενομένης ἡμῖν ἐπιστρατείας, post factam a nobis in Asiam *expeditionem. Xenoph. de expedit. Cyri* lib. II. c. 4. §. 1. Vide quoque infra s. v. ἐπιφάνεια.

'ΕΠΙΣΤΡΑΤΕΥ'Ω, *bellum infero, milito, expeditionem suscipio adversus aliquem.* צָבָא, idem. Ies. XXIX, 7. 8. XXXI, 4. Zach. XIV, 12. 2 Macc. XII, 27.

*'ΕΠΙΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥ'Ω, i. q. ἐπιστρατεύω, *castra moveo adversus aliquem.* Iudith. II, 21. sec. *Alex.* et *Vat.* ἐπεστρατοπέδευσεν, *castra metatus est.* Subst. ἐπιστρατοπεδεία, *locatio castrorum ex adverso hostis,* item: *expeditio, impetus hostilis,* a *Stephano* non notatum, reperitur apud *Polybium* lib. V. c. 76, 9. et I, 77, 7.

'ΕΠΙΣΤΡΕ'ΦΩ, *converto,* it. *revertor.* אָסַף, *colligo,* it. *recipio.* Ios. XX, 4. – בּוֹא, *venio.* 1 Reg. XXII, 27. – בָּחַן, *probo.* Mal. III, 10. ἐπιστρέψατε δὴ ἐν τούτῳ. Num deduxerunt a חָנָה, ar. حنى, *inclinavit, deflexit?* aut a בָּחַר? aut a פָּנָה, ut legerint פְּנוּ נָא? – דָּחַף, *impello.* In Niph. *festino,* h. l. *festinanter redeo.* Esth. VI, 12. ἐπέστρεψεν (sc. ἑαυτὸν) εἰς τὰ ἴδια, *revertebatur* domum. – הַבִּיט Hiph. a נָבַט, *intueor.* 1 Sam. XVI, 7. μὴ ἐπιστρέψῃς (sc. σεαυτὸν) εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, ne *convertas te* ad faciem eius, h. e ne *respicias* faciem eius. Ies. LXIII, 15. ubi tamen mihi admodum verosimile est pro ἐπίστρεψον legendum esse ἐπίβλεψον, quod *Aqu.* et *Symm.* habent. Thren. I, 15. ubi etiam nonnulli pro ἐπιστρέψατε reponere malunt ἐπιβλέψατε. – *הִכְנִיעַ Hiph. a כָּנַע, *incurvare facio. Inc.* Iob. XL, 7. sec. *Drusium* ἐπίστρεψε, quod tamen referre mallem ad sequens הֲדֹךְ, cuius loco legerit הֲדַר (hoc enim Syris id significat), vel הֲפֹךְ. – הָפַךְ, *verto, muto.* 1 Sam. IV, 20. X, 9. Dan. X, 16. sec. *Chis.* – *הִשְׁבִּית Hiph. a שָׁבַת, *cessare facio.* Dan. XI, 18. sec. *Chis.* N. L. – הִשִּׁיג Hiph. a נָשַׂג, *attingo.* 1 Sam. XIV, 27. – הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono,* item: *converto.* Ezech. XXXV, 2. – הִשְׁלִיךְ Hiph. *proiicio.* 2 Sam. XX, 12. ubi ἐπιστρέφειν notionem Hiphil. habet, ut sit i. q. ἐπιῤῥίπτειν, qua voce h. l. alii usi sunt. –

*חָשַׁב, *cogito. Inc. Thren.* II, 8. sec. *Theodor. Cod. Norimb.* et ed. *Ald.* ἐπέστρεψε. Legit חָשַׁב, a rad. שׁוּב. - *יָשַׁב, *sedeo.* Iud. IX, 41. sec. *Oxon.* ἐπέστρεψεν, cuius versionis auctor יָשַׁב a verbo שׁוּב, *redire*, deducendum credidit. - נִגַּשׁ, Niph. *appropinquo.* Ier. XXX, 21. - נָהָה, *lamentor. Inc.* 1 Sam. VII, 2. ἐπέστρεψεν. Sermo ibi est de lamentatione recipiscentiae ac poenitentiae indice, de qua ἐπιστρέφειν πρὸς τὸν θεὸν saepius adhibetur. Conf. v. 3. et *Ioseph.* A. I. VI, 2, 1. Quod alii volunt conferendum esse arab. نهى, *perduci*, nullo exemplo probari potest. - נִכְנַע, Niph. *humilio me.* 2 Paral. XXXIII, 19. Sc. *humiliare* h. l. est *se convertere ad Deum.* - נָפַל, *cado.* 2 Reg. V, 21. 1 Par. XII, 19. ἐπιστρέψει (sc. ἑαυτὸν) πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ, convertet se ad Dominum suum. - סָבַב: הֵסֵב, Kal et Hiph. *circumeo, circumdo.* Iud. XVIII, 23. 2 Reg. IX, 18. ἐπίστρεφε (sc. ἑαυτὸν) εἰς τὰ ὀπίσω μου, revertere post me. *Al.* Esdr. VI, 22. ἐπέστρεψε καρδίαν βασιλέως ἐπ' αὐτοὺς, *convertit* cor regis ad illos, h. e. animum regis Assur *propensum fecit* illis. Cf. Sir. XLVIII, 10. et Luc. I, 17. et ad h. l. *L. Bos.* Adde 1 Par. X, 14. ubi ἐπιστρέφειν est vernaculum *zuwenden*, h. e. *efficere, ut aliquid ad aliquem perveniat.* - סָבִיב, *circumquaque.* 1 Sam. XIV, 21. ubi pro סָבִיב וְגַם legerunt סָבְבוּ גַם, aut יָסֹבּוּ. Adde Ez. XLII, 17. 19. - סִפֵּר, Pih. *narro.* 1 Reg. XIII, 11. N. L. - פָּנָה, *respicio.* Genes. XXIV, 49. Exod. VII, 23. Num. XIV, 25. Adde Iud. XV, 4. ubi pro ἐπέστρεψε fortasse legendum συνέστρεψε. - *רָצָה, in Pih. et Hithp. *gratiam alicuius mihi conciliare studeo, ambio*, coll. 1 Sam. XXIX, 4. *Aqu.* Iob. XX, 10. Iam si ἐπιστρέφειν, *se convertere ad aliquem*, h. l. esset i. q. vernaculum: *sich an einen wenden*, h. e. *alicuius opem ac protectionem implorare, expetere sibi aliquid ab aliquo*, nec incommoda nec aliena a textu hebr. dici posset haec versio. Quia tamen *Aquila* non amat tales formulas loquendi metaphoricas, statuere mallem, eum יְרַצּוּ derivasse a רוּץ, *currere, accurrere.* - שׁוּב: הֵשִׁיב, Kal et Hiph. *Symm.* et LXX Ps. LXVII, 23. pro הֵשִׁיב *Vulg. convertam. Theod.* Ier. XXXIV, 11. ubi notat *reducere e captivitate in patriam. Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* Genes. III, 19. LXX Gen. VIII, 12. Iud. XIX, 3. ubi ἐπιστρέφειν τινὰ τινὶ est *reconciliare aliquem alicui.* Confer supra s. v. διαλλάσσω. 1 Sam. XXIII, 23. ἐπιστρέψατε, ubi nunc in *Hex. Montfauc.* legitur ἐπιτρέψατε, quod est merum vitium typographicum. Ibid. XXVI, 23. ubi ἐπιστρέφειν est *retribuere, remunerari*, quasi *redire facere ad aliquem. Symm.* ἀποδώσει. 2 Reg. III, 4. ἐ., *tributi loco aliquid dare.* 2 Chron. XII, 10. 11. οἱ ἐπιστρέφοντες, qui a *Theodoreto* in *Quaest.* T. I. p. 493. exponuntur οἱ τοῦ ναοῦ φύλακες. *Hesych.* ἐπίστροφος καὶ φροντίζων ἢ ἐπιμελητής. Adde *Suidam.* Ps. VII, 12. pro ἐπιστραφῆτε legen-

dum sine dubio est ἐπιστρέφηται. Ps. LXXXIV, 9. Legerunt אֵלַי יָשׁוּבוּ. Ps. CXVIII, 79. Si lectio ἐπιστρεψάτωσάν με sana est, vel πρὸς supplendum erit ante με, quod quaedam exemplaria adiunctum habent, vel sic accipiendum: *convertant me, h. e. arguant, corrigant me, et ad rectam viam revocent.* Sed cum *Agellio* suspicor legendum μοι. *Vulg. convertantur mihi*, h. e. redeant ad me, scil. ad pristinam amicitiam et vitae consuetudinem, qui antea se subduxerant. Thren. II, 14. ubi pro ἐπιστρέψαι *Theodoretus* habet ἀποστρέψαι, rectius fortasse. Eodem modo Mal. II, 6. pro ἐπέστρεψεν forte legendum ἀπέστρεψεν. Sic certe *Vulgat. Syr. Arab.* – שׁוּב לָלֶכֶת, *redeo eundo.* 1 Reg. XIII, 17. – שׁוֹבָב, *aversus.* Ierem. III, 22. – שָׁלַח, Pih. *dimitto.* Ies. XLV, 13. Habet ἐπιστρέφειν h. l. notionem Hiphilicam. – שָׁמַע, *audio*, etiam *obedio.* Ierem. XII, 17. XXXIV, 10. – *שָׁפַךְ, *effundo.* Dan. XI, 15. sec. *Chis.* ubi an sensum expresserint, aut vere legerint הָפַךְ, diiudicare nequeo. – שָׁקַר, *mentior. Incert.* 1 Sam. XV, 29. ubi pro ἐπιστρέψει sine dubio reponendum erit ἀποστρέψει, quod vide supra. – תּוּב, chald. Dan. IV, 31. 33. – תְּשׁוּבָה, *reditus.* 2 Sam. XI, 1. 1 Reg. XX, 22. 26. 2 Paral. XXXVI, 10. *Iudith.* VI, 5. ἐπιστρέφειν secundum *Baduellum* est *in fugam vertere.* Sirac. XVII, 24. ἐπιστρέφειν ἐπὶ κύριον esse videtur i. q. δεῖσθαι κατὰ πρόσωπον, *preces facere pro remissione peccatorum, suppliciter veniam postulare.* Ibid. XVIII, 13. *emendare, reducere in rectam viam.* Sap. XVI, 7. ubi ἐπιστρέφεσθαι est *advertere se ad intuendum* s. *intueri.* Sap. XIX, 2. ubi pro ἐπιστρέψαντες legendum ἐπιτρέψαντες.

'ΕΠΙ'ΣΤΡΕΨΙΣ, *conversio.* מְשׁוּבָה, *aversio. Symmach.* Ier. III, 22. τὰς ἐπιστρέψεις. Scribendum sine dubio ἀποστρέψεις. Ἐπιστρέφειν et ἀποστρέφειν saepe invicem permutari, ex exemplis s. ἐπιστρέφω allatis luculenter apparet.

'ΕΠΙΣΤΡΟΦΗ', *conversio, reditus,* it. *animi propensio, desiderium, summus amor.* *גֶּבֶא, *fossa, in qua aqua colligitur.* Ez. XLVII, 11. ἐν τῇ ἐπιστροφῇ αὐτοῦ. Legerunt וּבְבֹאוֹ, *et cum intrabit, sc. ripas, h. e. redibit.* – *מִשְׁפָּט, *ius.* Ez. XVIII, 27. ubi *facere iudicium* est *recte agere, se convertere ad Deum.* – שְׁבִית, *captivitas. Theod.* Ier. XXXIII, 26. Significat hic ἐπιστροφὴ *reditum e captivitate.* Deduxit autem שְׁבוּת non a שָׁבָה, sed a שׁוּב, *redire.* – שׁוּב, infin. *reverti.* Ez. XLVII, 8. – תְּשׁוּקָה, *appetitus.* Cant. VII, 10. ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ ἐπ' ἐμέ, animi ipsius *propensio* erga me, seu: prae amore et mei desiderio totus in me convertitur, uti solent amantes fixis oculis amicas suas intueri. Confer *L. Bos. Exerc. in N. T.* p. 27. et *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. c. 16. p. 368. Sir. XVIII, 21. ἐπιστροφὴ est *conversio ad Deum* sensu morali. *Vulg. conversatio*, quod est i. q. *conversio* apud *Senecam* Ep. 75. Ib. XL, 2. XLIX, 5.

'ΕΠΙΣΤΡΩΝΝΥ'Ω, *insterno, substerno.* הִתְפַּלֵּשׁ, Hithp. *voluto me.* Ezech. XXVII, 30. *σποδὸν ἐπιστρώσονται:* sensu eodem.

'ΕΠΙΣΤΥ'ΛΙΟΝ, *epistylium, ornamentum columnae superimpositum.* כֹּתֶרֶת, *cinctura, coronamentum*, quo aliquid, e. g. columna, undique cingitur. *Symm.* 1 Reg. VII, 16.

*'ΕΠΙΣΥΓΧΩΡΕ'Ω, *concedo, consentio.* Esther. V, 8. sec. *Vet. alt.* *ἐπισυγκεχώρηκέ σοι ὁ βασιλεὺς ἀφανίσαι αὐτόν.*

'ΕΠΙΣΥΝΑ'ΓΩ, *congrego.* אָסַף, idem. Ies. LII, 2. Mich. IV, 11. Hab. II, 5. - הֵשִׁיב, Hiph. a שׁוּב, *redire facio, retraho.* Gen. XXXVIII, 29. - כִּנֵּס, Pih. *colligo, congrego.* Psalm. CXLVI, 2. - *כְּנַשׁ, chald. *congrego.* Dan. III, 2. sec. *Chis.* - מָלֵא, *plenus.* Ierem. XII, 6. Arab. ملا est *turba, conventus.* Conf. *Michaelis* in *Suppl.* p. 1504. - נוֹסַד, Niph. a יָסַד, *consulto.* Ps. XXX, 13. *ἐπισυναχθῆναι*, *convenire consultandi causa.* - *נִלְוָה, Niph. *copulor.* Dan. XI, 34. sec. *Chis.* Bene quoad sensum. - סָאַן, *confligo.* Ies. IX, 4. *ἐπισυνηγμένην δόλῳ.* Ita ex mera coniectura transtulisse mihi videntur, ignorantes nempe veram notionem vocis hebraicae. - צֹהַר, *fenestra.* Gen. VI, 16. *ἐπισυνάγων*, congregandis inter aedificandum animalibus et aliis ad vitam sustentandam necessariis. Aut legerunt צֹבֵר aut habuerunt pro participio verbi צָהַר, quod in l. arab. صهر *coniunxit* notat. Confer quoque *Schultens. Op. min.* p. 99. - קָבַץ, *colligo, congrego.* 1 Reg. XVIII, 20. Ps. CI, 23. CV, 45. - קָהַל, idem. 2 Par. XX, 27. 1 Macc. V, 53. ubi *ἐπισυνάγειν* est *receptum exercitus tueri.*

'ΕΠΙΣΥΝΑΓΩΓΗ', *congregatio.* 2 Macc. II, 7. *ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ Θεὸς τὴν ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ*, ex hebraismo, pro: donec congreget Deus populum.

'ΕΠΙΣΥΝΕ'ΧΩ, *insuper mecum teneo, habeo, contineo, continenter habeo.* 3 Esdr. IX, 17.

'ΕΠΙΣΥΝΙ'ΣΤΗΜΙ, *insurgo adversus aliquem, conspiro.* הִגִּיד, Hiph. a נָגַד, *indico.* Ier. XX, 10. Derivarunt a גָּדַד, vel גּוּר, quod notat *turmatim convenire*, ac videtur convenientius. - הִקְהִיל, Hiph. *congrego.* Num. XVI, 19. - נוֹעַד, Niph. a יָעַד, *convenio.* Num. XIV, 35. - נִצָּה, Niph. *rixor*, item *rebello.* Num. XXVI, 9. - סַלּוֹן, *spina.* Ez. II, 6. Fortasse deduxerunt a סָלַל, *aggerare, cumulare.* - עָמַד sequ. עַל. *Al.* Lev. XIX, 16.

'ΕΠΙΣΥΣΚΕΥΑ'ΖΩ, *vasa colligo, spolio.* נִצֵּל, Pih. *eripio.* *Al.* et LXX sec. *Compl.* Exod. III, 22. *ἐπισυσκευάσατε*, ubi vide var. lectt. in ed. *Bosiana* notatas.

'ΕΠΙΣΥ'ΣΤΑΣΙΣ, *coitio, qua plures in aliquem insurgunt, conspiratio, tumultus.* הַצּוֹת, inf. Hiph. a נָצָה, *rixas*

movendo. Num. XXVI, 9. *ἐν τῇ ἐπισυστάσει τοῦ κυρίου*, in *coitione* adversus Dominum. - עֵדָה, *congregatio.* Num. XVI, 40. 3 Esdr. V, 90. *ἐπισυστάσεις ποιούμενοι*, *tumultus* excitantes. Ita et Act. XXIV, 12. et apud *Iosephum* c. *Apion.* pag. 1045. Vide *L. Bos. anim.* ad SS. GG. p. 117.

'ΕΠΙΣΥΣΤΡΕ'ΦΩ, *congrego*, *convoco.* קָהַל, idem. Num. XVI, 42. Vide et 1 Macc. XIV, 44. *ἐπισυστρέψαι συστροφὴν*, *coetus factiosos agitare.*

'ΕΠΙΣΥ'ΣΧΕΣΙΣ, *retentio.* עֲצֶרֶת, idem. *Inc.* Levit. XXIII, 36.

'ΕΠΙΣΦΑΛΗ'Σ, *lubricus*, *periculosus.* Sap. IX, 14. *Hes.* *ἐπισφαλὴς*, *βλαβερὸς*, *ἐπικίνδυνος.*

'ΕΠΙΣΦΑΛΩ͂Σ, *lubrice*, *periculose.* Sap. IV, 4.

*'ΕΠΙΣΦΗΝΟ'Ω, *insuper obstruo et obturo cuneo.* נָעַל, *obsero.* Iud. III, 34. sec. cod. 75. *Holm.* *ἐπεσφήνωσεν.* Ita enim legendum loco *ἐπεσφίνωσεν.*

'ΕΠΙΣΦΡΑΓΙ'ΖΩ, *obsigno.* חָתַם, idem. Neh. IX, 38.

'ΕΠΙ'ΣΧΕΣΙΣ, *retentio.* מַעְצוֹר, *restrictio.* *Aqu.* 1 Sam. XIV, 6. - עֲצֶרֶת, *retentio.* *Samar.* Num. XXIX, 35. sec. *Schol.* ed. *Bos.* ubi vid. *Montf.* *Incert.* Lev. XXIII, 36. *Aqu.* Deut. XVI, 8.

'ΕΠΙΣΧΥ'Ω, vel Υ'ΝΩ, *invalesco*, *praevaleo.* Sirac. XXIX, 1. *ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ*, *qui manu sua praevalet*, h. e. *qui multum largitur.* Conf. *Spicil.* I. p. 52. seq. 1 Macc. VI, 6. *ἐπίσχυσαν ὅπλοις καὶ δυνάμει*, *invaluerunt* armis et potentia.

*'ΕΠΙ'ΣΧΩ, *cohibeo.* חָדַל, *desisto.* Iud. XX, 28. *ἢ ἐπισχῶμεν*, aut *desistamus a pugna.* Ita *Oxon.* sed alii *κοπάσωμεν* habent.

'ΕΠΙΣΩΡΕΥ'Ω, *coacervo*, *accumulo.* דֶּגֶל, *vexillum.* *Symm.* Cant. II, 4. *ἐπισωρεύσατε.* Legit ex nonnullorum sententia דִּבְרוּ a דָּבַר, *collegit*, *congregavit*, aut, quod magis placet, דִּגְלוּ, imp. Kal, ut sensum exprimere voluerit. Nam ad signa militaria se congregare solent milites, et ibi tuti esse. - חָתַם, *obsigno.* *Symm.* Iob. XIV, 17. Sed ibi non tam voci חָתַם, quam formulae חָתַם בִּצְרוֹר, *signare in fasciculo* (*Vulg.* *quasi in sacculo*), respondet. Adde *Schol. Aristoph.* *Pac.* 224.

'ΕΠΙΤΑΓΗ', *mandatum*, *praeceptum.* חֹק, *statutum.* Dan. III, 16. sec. *Chis.* *Symm.* Mich. VII, 11. Vide et Sap. XIV, 16. XVIII, 16. ubi aeque ac XIX, 6. *ἐπιταγὴ* *poenam* notat, *quae ab omnipotentis manu proficiscitur.* Quae observatio an illustrationi loci Paulini Tit. II, 15. inserviat, aliis diiudicandum relinquo.

'ΕΠΙ'ΤΑΓΜΑ, *praeceptum.* אוֹר, *lumen.* *Symm.* Iob. XXV, 3. Scil. quemadmodum *illuminare docere* notat apud Hebraeos, ita etiam *lumen Dei* eius *religionem ac praecepta* significat.

'ΕΠΙΤΑΡΑ'ΣΣΩ, *conturbo, perturbo, confundo.* 2 Macc. IX, 24.

'ΕΠΙ'ΤΑΣΙΣ, *intentio,* metaph. *amplificatio, incrementum.* Sap. XIV, 18. *εἰς ἐπίτασιν θρησκείας, ut cultus eo maior redderetur.*

'ΕΠΙΤΑ'ΣΣΩ vel ΤΤΩ, *praecipio, mando, ordino, colloco.* *אֲמַר, *dico, praecipio.* Dan. I, 18. et II, 2. 46. sec. *Chis.* – *בָּחַר, *eligo. Inc.* 2 Sam. XIX, 38. ubi *ἐπιτάσσειν τί τινὶ optare, rogare, petere ab aliquo* significat. Qui enim aliquid ab altero petit, iniungit ei quasi ac praecipit, ut certum bonorum genus sibi conferat. – חָקַק, quod etiam *statuere, decernere, leges ferre* notat. Iud. V, 14. – יָסַד, Pih. *fundo, statuo.* Esth. I, 8. – פָּקַד, *dilegenter et accuratus inspicio,* item *mando. Inc.* 1 Sam. XXV, 15. ubi *ἐπιτάσσειν* notat *inique ac severe alicui imperare.* – צָוָה, Pih. Gen. XLIX, 32. Esth. III, 12. – *קוּם. Ps. CVI, 29. קָיַם, *stare fecit, ἐπέταξεν.* Non videntur legisse יִקַּר a קָנָה, ut nonnullis placuit, sed libere verterunt, sensu tamen eodem. Sermo enim ibi est de tempestate, quae iussu divino tranquillatur, unde etiam in sequentibus additur: *καὶ ἔστη.* – רְשַׁם, chald. *consigno, exaro.* Dan. VI, 9. Libere transtulit. – בְּשֵׁם, *in nomine,* h. e. *iussu et mandato.* Esther. VIII, 9. Tob. III, 15. *ἐπίταξον ἐπιβλέψαι εἰς με, velis* me respicere, s. respicee me. Ib. v. 6. VIII, 7. 3 Esdr. V, 51. hebr. כָּתַב Esdr. III, 4. 3 Esdr. II, 26. 28. chald. שִׂים טְעֵם Esdr. IV, 19. 21. 1 Macc. IV, 61. *ἐπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν, collocabat* ibi *exercitum.* Vide et 1 Macc. VI, 50.

*'ΕΠΙΤΑ'ΦΙΟΝ, *epitaphium, carmen sepulcrale s. inscriptio sepulcralis.* 4 Macc. XVII, 8. Vide *Suidam* s. h. v.

'ΕΠΙΤΕΙ'ΝΩ, *intendo, extendo, augeo.* כָּמַהּ, *desiderio teneor. Aqu.* Psalm. LXII, 2. *ἐπετάθη, extendit se,* nempe *prae nimio desiderio.* Tunc non opus erit statuere, eum *ἐπιποθεῖ σου* scripsisse. – פָּרַשׂ, *extendo. Theodot.* Iob. XI, 13. *ἐπίτασας.* – *רָפַף, *palpito, motito alas.* Iob. XXVI, 11. sec. *Vat. ἐπετάσθησαν.* Fortasse legendum *ἀπεστάθησαν.* Praeterea legitur Dan. VII, 6. sec. *Chis. ἐπίτεινον ἐπάνω αὐτοῦ,* quae verba chald. עַל־גַּבַּהּ, *super dorso eius,* respondere videntur. Sap. XVI, 24. ubi res creatae dicuntur *ἐπιτείνεσθαι, intendi,* seu: *maiores vires accipere* (nam opponitur *ἀνίεσθαι*) in poenam peccatorum, metaphora ab arcu petita. 4 Macc. III, 11. *ἐπιτείνουσα, incessens.* Ibid. XV, 25. *Hesych. ἐπιτεῖναι, μεγαλῦναι, μακρῦναι.* Idem: *ἐπιτείνεται, ἐπὶ τῷ ὄντι πλεονάζει, ἢ αὔξει, ἢ εἰς ἐπίδοσιν ἄγεται.*

'ΕΠΙΤΕΛΕ'Ω, *perficio.* בָּצַע, Pih. *abscindo, abrumpo,* metaph. *finio, absolvo.* Zach. IV, 9. – *גָּמַר, *perficio. Duo incerti* Psalm. CXXXVII, 8. – דָּחַף, *impello.* Esth. VIII, 14. Sensum expresserunt. – *הֵכִין, Hiph. a כּוּן, *stabilio. Symm.*

Ier. XXXIII, 2. - זְמַן, *tempus*, *condictum*. Esther. IX, 27. N. L. - כָּלָה, Pih. 1 Sam. III, 12. *ἄρξομαι καὶ ἐπιτελέσω*, incipiam et perficiam. Adde Dan. XI, 16. sec. *Chis.* - *כּוֹנֵן. *Symm.* Ps. LXXXIX, 15. ubi sensum secutus est. - עָשָׂה, *facio.* Iud XX, 10. *Symm.* Gen. XVIII, 21. *Al.* Iud. XI, 39. - פָּעַל, *operor.* Num. XXIII, 23. - קִטֵּר, Pih. *adoleo.* Lev. VI, 22. Num loco *ἐπιτελεσθήσεται* fortasse legendum *ἐπιτεθήσεται?* aut voci *ἐπιτελέω* subiecerunt notionem, quam simplex *τελέω* habet, ut sit *consecrare Deo?* 3 Esdr. VI, 4. ubi *ἐπιτελεῖν aedificare* notat, coll. VIII, 15. et 16. ubi chald. עֲבַר Esdr. VII, 18. respondet.

*'ΕΠΙΤΕ'ΛΛΩ, *orior.* 3 Macc. V, 20. *εἰς τὴν ἐπιτέλλουσαν ἡμέραν*, die *illucescente*. *Phrynichus* pag. 48. ed. *Pauw.* *ἀνατέλλειν* affirmat dici de sole, *ἐπιτέλλειν* vero de Cane aut Orione aut alia quavis stella; quemadmodum hoc verbum de *ortu siderum* usurpavit *Polybius* IX, 15, 9. *Zonaras Lexic.* col. 816. *ἐπιτέλλων*, *ἀνατέλλων*. Idem: *ἐπιτείλας*, *ἀνατείλας*.

'ΕΠΙΤΕ'ΜΝΩ, *disseco*, *contraho*, *abbrevio*. 2 Maccab. II, 24. *δι' ἑνὸς συντάγματος ἐπιτεμεῖν*, in uno volumine *abbreviare*. Ib. v. 33. *τὴν ἱστορίαν ἐπιτεμεῖν*.

'ΕΠΙΤΕΡΠΗ'Σ, *delectabilis*, *iucundus*. 2 Macc. XV, 40. *ἐπιτερπῆ χάριν*.

'ΕΠΙΤΗ'ΔΕΙΟΣ, *aptus*, *idoneus*, *utilis*. 1 Par. XXVIII, 2. ubi nihil est in textu hebr. Sap. IV, 5. *εἰς οὐδὲν ἐπιτήδειος*, ad nihil *utilis*. 1 Maccab. IV, 46. *ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ*, in loco *idoneo*. Ib. XIII, 30. XIV, 34. 2 Macc. II, 30. 3 Macc. VI, 30. *Hesych.* *ἐπιτήδειον*, *ἕτοιμον*, *ὠφέλιμον*.

'ΕΠΙ'ΤΗΔΕΣ, *studio*, *de industria*. לַמּוֹעֵד, *in condictum conventum*. *Symm.* 1 Sam. IX, 24. *ὅτι ἐπίτηδες τετήρηταί σοι*, quoniam *de industria* asservatum tibi est. *Suidas*: *ἐπίτηδες*, *ἐκ σπουδῆς*. Idem hoc fragmentum antiqui auctoris subiungit: *Οὐκοῦν ἐπίτηδες ξυνελέγημεν*.

'ΕΠΙΤΗ'ΔΕΥΜΑ, *institutum*, *studium*, *molimen*, *opus*, *factum*, etiam *id*, *quod studiose sectamur*. גִּלּוּלִים, plur. *dii stercorei* s. *idola*, quae, quia sunt ab hominibus inventa, *ἐπιτηδεύματα* dicuntur. 1 Reg. XV, 12. Ez. VI, 9. XIV, 6. XX, 7. 8. - מַעֲלָלִים, plur. *actiones*. Deut. XXVIII, 20. Iud. II, 19. Ps. XXVII, 5. ubi *ἐπιτηδεύματα* notat *ex industria*, *considerate*, *malitiose excogitata*. *Aqu.* Ies. III, 8. *Aqu. Symm.* Hos. VI, 2. De *institutis* et *factis nefariis*, seu *sceleribus* legitur apud *Aquilam* Hos. V, 4. et cap. VII, 2. etiam apud *Symmachum*, ubi in *Vers. Quint.* ipsum nomen formae *ἀσεβήματα* habetur. - דְּרָכִים וּמַעֲלָלִים, *viae et actiones*. Ierem. XXIII, 22. - מוֹעֵצוֹת, plur. *consultationes*. Ps. LXXX, 10. - מַעֲשֶׂה, *factum*, *opus*. Lev. XVIII, 3. - עֲלִילָה, *actio*, *opus*. 1 Sam. II, 3. 1 Par. XVI, 8. Psalm. IX, 11. ubi *ἐπιτηδεύματα* sunt *artes et machinae astu adinventae*, vel: *simulacra et*

idola studio et figmento hominum excogitata. - עוֹלֵל, *puerulus.* Mich. II, 9. Legerunt עַל־מַעַלְלֵיהֶם loco עֹלָלֶיהָ־מֵעַל. - צַעַד, *gressus.* Iob. XIV, 16. - שְׁרִירוּת, *speculatio.* Ps. LXXX, 10. - תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Ezech. VIII, 15. Sir. IX, 4. μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῆς, ne forte *illecebris eius et malis artibus* capiaris: ubi in quibusdam libris est ἐπιχειρήμασιν. Hinc *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τὰ ἐπιτηδεύματα, τὰ ἐπιχειρήματα. *Hesych.* ἐπιτήδευμα, ἐπίνοια, ἔργον, ποίημα. *Lexic. Vet.* 'Επιτήδευμα, *institutum, inceptum, studium, professio.*

*'ΕΠΙΤΗΔΕΥ'ΜΑΤΑ ΠΟΝΗΡΆ. מַעֲלָלִים, *opera. Aqu. Theod.* Ier. XXI, 14.

'ΕΠΙΤΗΔΕΥ'Ω, *studeo, machinor, studiose sector.* בָּעַל בַּת, *in uxorem duco filiam.* Mal. II, 11. ἐπετήδευσεν εἰς θεοὺς ἀλλοτρίους, *studiose sectatus est* deos alienos. Nam hanc significationem habet h. l. ἐπιτηδεύειν εἰς τινὰ, vel ἐπὶ τινὶ (Vide var. lect.), metaphorice si sumitur, ac multam elegantiam inde habet, quoniam ἐπιτηδεύειν quoque est *necessitudinem* vel *affinitatem contrahere,* unde ἐπιτήδειοι interdum sunt *necessarii, affines, consanguinei.* Sap. XIX, 13. χαλεπωτέραν μισοξενίαν ἐπετήδευσαν, gravius erga peregrinos odium *exercuerunt.* Conf. supra s. v. βδελυρία. 3 Macc. II, 14. ubi *machinari* et *conari* notat.

'ΕΠΙΤΗΡΕ'Ω, *observo, insidior.* שָׁמַר, idem. *Symm.* Ps. LXX, 10.

*'ΕΠΙΤΗ'ΡΗΣΙΣ, *observatio, insidiae.* תְּרָפִים, *simulacra, quae de rebus dubiis et occultis percontari et consulere solebant. Inc.* 1 Sam. XV, 23. Sed vox haec referenda potius est ad אָוֶן, quod interdum quoque *consilia prava, machinationes, insidias structas* aut *straendas* notat. Vide supra s. v. ἀνθυφαίρεσις. *Zimmermanno* post ἐπιτήρησιν omissum videtur τῶν οἰωνῶν.

'ΕΠΙΤΙ'ΘΗΜΙ, *impono,* et med. ἐπιτίθεμαι, *mihi propono, irruptionem facio, adorior, invado, conspirationem facio, conspiro, adamo, amasium* et *amasiam ago.* גּוּר, *congrego me,* sequ. עַל. Ps. LVIII, 3. ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοὶ, *invadebant* me robusti. - הֵנִיחַ, Hiph. a נוּחַ, *colloco.* Num. XVII, 2. sec. *Compl.* ubi tamen fortasse loco ἐπέθηκε reponendum est ἀπέθηκε, ut reliqui libri habent. 1 Sam. VI, 18. 2 Reg. XIII, 29. Ez. XL, 45. *Aqu.* Ps. XXXVII, 2. sec. *Catenam PP. GG.* T. I. p. 700. ἐπέθηκας. *Glossa Cod. Vat.* ἐπέθηκας, ἐπεσκέπασας. - הֵנִיף, Hiph. a נוּף, *agito.* Lev. VII, 20. Num. V, 25. (ἐπιθήσει. Scripsit fortasse ἐπιθύσει.) 2 Reg. V, 11. - הֵסֵב, Hiph. a סָבַב, *converto.* 2 Reg. XXIV, 17. - הִקְטִיר, *adoleo.* Exod. XXIX, 13. Lev. I, 9. 17. (ubi fortasse loco ἐπιθήσει recipienda est lectio *Complut.* ἐπιθύσει.) II, 2. *Inc.* Lev. II, 16. - *הֵרִים, Hiph. a רוּם, *tollo, attollo.* Ez. XXI, 26. Sed plures et meliores libri pro ἐπίθου legunt ibi

ἀπόθου. - הִרְכִּיב, Hiph. *vehendum impono.* 1 Paral. XIII, 7. Hos. X, 10. sec. *Compl. Symm.* 2 Sam. VI, 3. - הִשְׁחִית, Hiph. *perdo.* Ierem. XLIX, 8. ἐπιθήσουσι, *iniiciendo corrumpent.* - הֵשִׁית, Hiph. a שִׁית, *pono.* Genes. XLVIII, 12. sec. *Compl.* Ruth. III, 15. - הִתְנַפֵּל, Hithp. *irruo.* Gen. XLIII, 18. τοῦ συκοφαντῆσαι ἡμᾶς, καὶ ἐπιθέσθαι ἡμῖν, ut calumniose deferat, et *aggrediatur* nos. - הוֹתֵת, Pih. ab הָתַת, *prava molior, insidior.* Arab. هات pro هيت, *intulit malum, grassatus est.* Psalm. LXI, 3. ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; quousque *insidias paratis* in hominem? - הֵזִיד : זוּד, Kal et Hiph. *superbe ago.* Ex. XVIII, 11. ἐπέθεντο αὐτοῖς, *invaserunt* illos. Ibid. XXI, 14. ἐὰν δέ τις ἐπιθῆται τὸν πλησίον ἀποκτεῖναι, si autem aliquis proximum *invadat* ad occidendum. *Tychsen.* in *tentam.* p. 85. putat, LXX hariolatos esse הֵשִׁית. Aliis videtur hic observata significatio verbi arab. زاد, *addidit.* - חָבַשׁ, *obligo, medeor.* *Symm.* Iob. V, 18. ἐπιθήσει. Lege ἐπιδήσει, ab ἐπιδέω. - זָמַם, *cogito.* Gen. XI, 6. ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν, quaecunque sibi *proposuerint* facere: ubi *Schol.* ed. *Rom.* ὅθεν ἐννοηθήσονται. Idem quoque vocem hebr. significare docet arabismus, ubi زم est *ligare*, inde *obstringere se ad aliquid.* Secundum *Tychsenium* שׂוּם, *ponere*, cogitarunt. - יָצַק, *fundo.* Exod. XXXVIII, 5. Ies. XLIV, 3. *Al.* Iob. XXXVI, 27. ἐπιθήσονται. - יָקֹשׁ, *laqueum tendo.* Ier. L, 24. ἐπιθήσονταί σοι, *insidias tibi struent.* Conf. *Lexic. N. T.* s. h. v. - לָקַח, *accipio.* Lev. IV, 25. ubi non solum τῷ לָקַח, sed etiam τῷ נָתַן respondet. Idem valet de loco Num. VI, 18. - נִיב, *proventus.* Mal. I, 12. τὰ ἐπιτιθέμενα. In mente habuisse videntur vocem כנף in sacris usitatam, aut pro נִיבוֹ legerunt נְבוֹ, et acceperunt pro נִבָּא, quasi esset praeter. Niph. a בּוֹא: *quod adducitur super mensam*, h. e. *quod illi superimponitur. Chald. dona.* Recte quoad sententiam. Sermo enim ibi est de sacrificiis Deo oblatis. - נָשָׂא, *fero, porto.* Genes. XLII, 26. - נָתַן, *do.* Exod. XXV, 12. 20. 26. 30. et alibi saepius. - סָמַךְ, *nitor, fulcio.* Exod. XXIX, 10. Lev. I, 4. III, 2. - עָגַב, *adamo.* Ez. XXIII, 5. ἐπέθετο ἐπὶ τοὺς ἐραστὰς αὐτῆς, *amasiam egit* cum amatoribus suis. Vide et v. 7. 9. 12. ac confer s. v. ἐπίθεσις. - עָלָה : הֶעֱלָה, Kal et Hiph. *ascendo, accendo.* Exod. XXV, 37. Num. VIII, 3. 1 Sam. VI, 7. - עָמַס, *onero.* Gen. XLIV, 13. *Inc.* Lev. I, 7. - עָרַךְ, *ordino.* Gen. XXII, 9. Lev. I, 7. et 8. ubi cum ἐπιστοιβάζω et στοιβάζω in codd. permutatur. - עָשָׂה, *facio.* Ex. XXV, 18. XXXVI, 34. XXXVII, 7. - *עָשָׂה הַמִּסְפָּחוֹת, *facio velamina. Hebr. Int.* Ezech. XIII, 18. - פָּרַשׂ, *expando.* Num. IV, 11. et 13. - פָּשַׁט, *irruo.* 1 Sam. XXIII, 27. ἐπέθεντο ἐπὶ τὴν γῆν,

irruptionem fecerunt in terram. *Inc.* 1 Sam. XXVII, 8. 2 Par. XXV, 13. et XXVIII, 18. Sic apud *Diodor. Sic.* lib. III. p. 199. νυκτὸς ἐπιθέσθαι, noctu *irruptionem facere.* - קָשַׁר, *conspiro, coniurationem facio.* 2 Par. XXIV, 21. 25. ἐπέθεντο αὐτῷ, *coniurationem* contra illum *faciebant.* Ita et apud *Phil.* lib. *Quod quivis liber sit probus* p. 605. εἷς τῶν ἐπιτιθεμένων τῷ Ἰουλίῳ Καίσαρι Βροῦτος. 2 Par. XXIV, 26. οἱ ἐπιτιθέμενοι ἐπ' αὐτὸν, qui *coniurationem* contra illum *faciebant.* Vide et 2 Par. XXXIII, 25. - קֶשֶׁר, *coniuratio.* 2 Par. XXIII, 13. - רִמָּה, Pih. *fallo, decipio. Symm.* aut potius *Aquila* Genes. XXIX, 25. ἐπέθου με, *fefellisti* me. Idem 1 Sam. XXVIII, 2. ἐπέθου μοι. - שִׁית, Pih. *dispono.* Ps. XX, 5. *Symm.* Psalm. LXXXVIII, 20. - שׂוּם שִׂים, Kal et Hiph. *pono. Symmach.* 1 Sam. XV, 2. ubi tamen non tam voci שׂוּם, quam formulae שׂוּם בַּדֶּרֶךְ sequ. ל respondet, quae itidem respondet vernaculae: *einem etwas in den Weg legen*, h. e. *adoriri aliquem, hostiliter aliquem tractare. Symm.* Iob. XXIII, 6. μόνον αὐτὸς μὴ ἐπιτιθέσθω μοι, solummodo ipse ne *imponat* mihi. *Vulgatus* bene quoad sensum: *nec magnitudinis suae mole me premat. Aqu. et LXX sec. Compl.* Iob. I, 17. ἐπέθηκαν. Sed *Olympiodorus* in *Catena PP. GG.* p. 45. habet ἔθηκαν καθ' ἡμῶν LXX Gen. XXVIII, 11. ubi tamen pro ἐπέθηκεν, quod habet cod. *Alex.*, legere mallem ὑπέθηκεν, coll. v. 18. ubi etiam, ut h. l., in codd. cum τίθημι permutatur. Ex. III, 22. 2 Sam. XIII, 19. ἐπέθηκε τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, imponebat manus suas super caput suum, quod fiebat in signum luctus. Conf. Ierem. II, 37. et *Eurip. Phoen.* v. 1359. sequ. - שִׁית, *pono. Al.* Ps. III, 2. τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι, circumcirca *invadentes* me. Sic et *Herodot.* lib. I. c. 26. et 102. 177. Adde *Philostrat.* de *vit. Apoll. Tyan.* l. V. c. 35. p. 219. Praeterea legitur Mal. I, 7. in fine, ubi verbis καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουθενώσατε nihil respondet in textu hebr. et pro quibus in *Vers. Arab.* rectius legitur: καὶ βρώματα τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουδενωμένα. Sunt autem haec verba addita et transsumta ex v. 12. h. cap.

'ΕΠΙΤΙΜΑ΄Ω, *increpo, reprehendo, obiurgo, interminor, additis minis praecipio.* נִעֵר, idem. *Inc.* sec. cod. *Norimb.* Ier. XXIX, 27. *Aqu.* Ies. XVII, 13. ἐπιτιμήσει ἐν αὐτῷ. LXX Gen. XXXVII, 9. ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *obiurgabat* illum pater eius. Ps. CV, 10. ἐπετίμησε τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, *increpabat* mare rubrum, vel: *cum severa quasi interminatione praecepit* mari rubro. Zach. III, 2. - הִטִּיף, Hiph. a נָטַף, *stillo. Symm.* Mich. II, 6. ἐπιτιμᾶτε. נָטַף in I. et IV. Coniug. apud Arabes notat quoque *accusare, reprehendere.* - עָצַב, *dolore afficio. Inc.* 1 Reg. I, 6. ἐπετίμησεν, ubi LXX ἀποκωλύειν habent. Vel libere vertit, vel loco עָצַב legit עָצַר.

'ΕΠΙΤΙ'ΜΗΣΙΣ, *increpatio*, *obiurgatio*. גְּעָרָה, idem. *Aqu.* Ps. LXXV, 7. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XIII, 8. LXX Iob. XXVI, 11. Ps. XVII, 18. CIII, 8. – מִגְעֶרֶת, idem. *Aqu.* Deut. XXVIII, 20.

'ΕΠΙΤΙΜΙ'Α, *increpatio*, *mulcta*, *poena*, *supplicium*. Sap. III, 16. *ἀσεβεῖς, καθὰ ἐλογίσαντο, ἕξουσιν ἐπιτιμίαν*, impii iuxta ea, quae moliti sunt, *punientur*. Confer *Lexic. N. T.* s. h. v.

'ΕΠΙΤΙ'ΜΙΟΝ (τὸ), scil. πρᾶγμα, *res obiurgatione vel poena digna*, *peccatum*, *culpa*, it. *mulcta*, *poena*. (*Alciphr.* III, 52. *Philo lib. de Cain.* pag. 525. Conf. *Intt.* ad *Lucian. de mercede conductis* c. 4.) Sir. VIII, 8. *πάντες ἐσμὲν ἐν ἐπιτιμίοις*, omnes sumus in *culpa*, s. *peccatores*. Ibid. IX, 5. *μήποτε σκανδαλισθῇς ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς*, quae verba *Bielius* transtulit: ne offendiculum capias peccatis eius; sed rectius, ut mihi videtur, *Vulgatus*: *ne forte scandalizeris in decore eius*, sc. decore aetatis florentis et formae, ac elegantia vestium et cultus. *'Επιτίμιον* enim vi etymologiae *omne* notat, *quod est praestans* (unde etiam *τὰ ἐπιτίμια* interdum *praemia* significant), ut adeo h. l. commode de *venustate* et *pulcritudine* explicari possit, coll. v. 8. et 9. Non tamen repugnarem, si quis *ἐπιτίμοις* legere mallet. Nonnulli legendum suspicati sunt *ψιμυθίοις* hoc sensu: ne impingas *fuco* eius. 2 Maccab. VI, 13. *περιπίπτειν ἐπιτιμίοις*, incidere in *poenas*. *Hesych.* *ἐπιτίμιον, πρόστιμον, τιμωρία*.

*'*ΕΠΙ'ΤΙΜΟΣ*, *pretiosus*, *exquisitus*, *egregius*. Tob. XIII, 16. *λίθῳ ἐπιτίμῳ*, sec. cod. *Alex.* In reliquis *ἐντίμῳ* exstat. Sir. VIII, 5. sec. *Alex.* ubi *Vat.* pro *ἐπιτίμοις* habet *ἐπιτιμίοις*. *Hesych.* *ἐπίτιμον, πλούσιον, τιμωρὸν, τιμητόν*. *Suidas*: *ἐπίτιμον, πλούσιον, ἢ τὸ μὴ ἄτιμον*. Adde *Thomae Mag. Eclog.* p. 358. ed. *Bernard.*

'ΕΠΙ'ΤΟΚΟΣ, *partui vicina*. הָרָה לָלַת, *gravida ad pariendum*. *Symm.* 1 Sam. IV, 19.

'ΕΠΙΤΟΜΗ', proprie: *amputatio*, *qua aliquid breve redditur*, deinde: *compendium*, *breviarium*. 2 Maccab. II, 27. 29.

'ΕΠΙΤΡΑ'ΧΗΛΟΝ, *collare*, *quod supra collum est*. פָּתִיל, *sudarium*, vel, ut alii exponunt, *linteum capitis*, vel *pallium*. *Inc.* Gen. XXXVIII, 18. ubi tamen *ἐπιτραχήλιον* legendum est, quod nonnulli iterum in *περιτραχήλιον* mutarunt: coll. v. 25. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*.

'ΕΠΙΤΡΕ'ΠΩ, *permitto*. אָמַר, *dico*. Esther. IX, 14. *ἐπέτρεψεν οὕτω γενέσθαι*, *permittebat* ita fieri. *Hesych.* *ἐπέτρεψεν, ἐπέτρεπεν, ὑπεχώρει*. – נָתַן, *do*. *Symm.* 1 Sam. XXIV, 8. – עָזַב, *relinquo*. Genes. XXXIX, 6. ubi *committere*, *concredere* notat. – עָרַךְ, *ordino*. Iob. XXXII, 15. 4 Macc. IV, 17. *ἐπιτρέπειν τὴν ἀρχὴν*, pontificatum *deferre*. Ib. v. 18.

'ΕΠΙΤΡΕ'ΧΩ, *accurro, incurso, irrumpo.* רוּץ, *curro.* Genes. XXIV, 17. *Symm.* Psalm. LVIII, 5. Susann. v. 15. *ἐπέδραμον αὐτῇ, incursabant* in illam. Vide et 1 Maccab. VI, 45.

'ΕΠΙΤΡΙ'ΒΩ, *attero, allido.* הִדַּכָּא pro הִתְדַּכָּא, Hithp. *conteror. Aqu.* Iob. V, 4. *ἐπιτριβήσονται, atterentur.* שָׁאַף, *absorbeo. Symm.* Psalm. LV, 3. *ἐπέτριβον.* שָׁאַף interdum est i. q. שׁוּף, *protero, conculco.* Cf. Amos. II, 7. unde LXX h. l. voce *καταπατεῖν* usi sunt.

'ΕΠΙΤΡΙΜΜΟ'Σ, *attritio.* דַּכָּא, idem. *Aqu.* Deut. XXIII, 1.

'ΕΠΙ'ΤΡΙΠΤΟΣ, *attritus, fractus.* דַּךְ, idem. *Aqu.* Ps. IX, 9. *ἐπιτρίπτῳ.*

'ΕΠΙ'ΤΡΙΨΙΣ, *allisio,* it. *fluctus.* דָּכִי, *contritio, allisio.* Ps. XCII, 3. – מְסַפֵּחַ, part. Pih. *adhibens, admovens. Aqu. sec. cod. Barb.* Hab. II, 15. Legit מִסְפַּח, *effusio. Effusio* autem est symbolum interitus.

'ΕΠΙΤΡΟΠΗ', *potestas, permissio, procuratio.* 2 Macc. XIII, 14. *δοὺς δὲ ἐπιτροπὴν τῷ κτίστῃ τοῦ κόσμου,* dans autem *procurationem,* s. permittens *exitum pugnae* creatori mundi.

'ΕΠΙ'ΤΡΟΠΟΣ, *procurator, tutor.* 2 Maccab. XI, 1. *Λυσίας ἐπίτροπος τοῦ βασιλέως,* Lysias *procurator* regis: ubi vid. *Baduellus* et *Grotius.* Ibid. XIII, 2. XIV, 2. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΕΠΙΤΥΓΧΑ'ΝΩ, *adipiscor, consequor,* it. *felix sum, feliciter ago, prospero rerum successu utor.* חָרַךְ, *aduro, asso.* Prov. XII, 28. *οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας,* non *consequetur* dolosus feram. Arab. حرك est *movere, excitare,* speciatim *praedam e cubili. Hesych.* *οὐκ ἐπιτεύξεται, οὐκ ἐπιτυχὴς ἔσται. Glossar. in Octat.* *ἐπιτεύξεται, ἐπιτυγχάνει.* Conf. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. VI. c. 13. pag. 737. – מַצְלִיחַ, part. Hiph. *prospere agens.* Gen. XXXIX, 2. *ἀνὴρ ἦν ἐπιτυγχάνων,* vir erat *prospero rerum successu utens.* Sic etiam *Diod. Sic.* lib. III. sub fin. *ἐπιτυχόντα πᾶσι τοῖς ἄθλοις* vocat, *in omnibus certaminibus felici successu usum.* Alioquin etiam rescribi posset *εὐτυχῶν.*

'ΕΠΙΤΥΧΙ'Α, *adeptio, consecutio, prosper successus,* ab *ἐπιτυχής, qui voti redditur particeps.* Sap. XIII, 19. *χειρῶν ἐπιτυχίας.*

'ΕΠΙΦΑΙ'ΝΩ, *appareo, illumino.* הָאִיר, Hiph. ab אוֹר, *illumino.* Num. VI, 25. Ps. XXX, 20. CXVII, 26. – הִגְלָה: נִגְלָה, Hiph. et Niph. *deporto, migro in captivitatem,* item *revelo me.* Gen. XXXV, 7. Ez. XXXIX, 28. – הוֹפִיעַ, Hiph. a יָפַע, *splendeo. Aqu.* Ps. XCIII, 1. *ἐπιφάνηθι.* – זָרַח, *orior.* Deut. XXXIII, 2. *ἐπέφανεν.* In *Symmacho* legitur *ἐπεφάνη.*

Sed vox haec, quam *Montf.* ad זָרַח retulit, pertinet potius ad הוֹפִיעַ, ut recte ad h. l. observavit *Scharfenbergius.* — נוֹרָא, part. Niph. a יָרֵא, *terribilis.* Soph. II, 11. — נִמְצָא, Niph. *invenior.* Ierem. XXIX, 14. — פָּנָה, *respicio.* Ez. XVII, 6. — צָלַח, *irruo. Theodot.* 1 Sam. XVI, 13. ἐπεφάνη, *advenit, exseruit se in illo.* Ep. Ier. v. 51. ἀστραπὴ ὅταν ἐπιφανῇ, fulgur si *affulgeat.* 3 Maccab. II, 19. hiphilice notat *splendide manifestare, insigni modo aliquid palam declarare,* ἐπίφανον τὸ ἔλεός σου. Sic φαίνειν apud *Dion. Cass. fragment.* p. 1. ed. *Reim.*

'ΕΠΙΦΑ'ΝΕΙΑ, *apparitio, ostentum, illustris potentiae divinae manifestatio.* חַיִל, *exercitus. Aqu.* 2 Sam. VIII, 9. τὴν ἐπιφάνειαν. Ita *Montfauconus* e cod. *Regio* edi iussit. Sed, ut *Wesselingius* in *Probabil.* pag. 216. ac *Scharfenbergius* ad h. l. iam recte monuerunt, τὴν ἐπιφάνειαν componendum potius erat cum חֵמָה, praeeuntibus *Hieronymo, Theodoreto Quaestt.* 22. in 2 Reg. et *Procopio* p. 126. ed. *Meursii.* Fuit cum suspicarer, pro ἐπιφάνειαν reponendum esse ἐπιστρατείαν, aut ἐπιστρατίαν, quod vide supra. — *מוֹצָא, *exitus. Symm.* Hos. VI, 3. Bene quoad sensum. Sermo enim ibi est de Deo, cui, quando apparet, exitus e coelo tanquam palatio suo tribuitur. — מְרִיא, *saginatum.* Amos. V, 22. ἐπιφανείας αὐτῶν. Legerunt aperte מַרְאֵיכֶם loco מְרִיאֵיכֶם, *pinguium vestrorum.* V. *Cappelli Crit. S.* P. III. pag. 199. ed. rec. — *נִדְגָּלוֹת, part. *vexillatae. Inc.* Cant. VI, 9. ὡς ἐπιφάνεια. Fortasse legit literis transpositis כְּנִגְלוֹת cum auctore *Ed. Quint.* et *Sextae,* ac ἐπιφάνειαν in notione *apparitionis divinae* dedit. Potest tamen in *Hexaplis* quoque legi ἐπιφάνεια ὡς, ut ad proxime antecedens אֲיֻמָּה referatur, quod ab auctore *Ed. Quint.* ἐπιφανὴς redditur. — נוֹרָאוֹת, part. plur. Niph. *terribilia.* 2 Sam. VII, 23. ποιῆσαι μεγαλωσύνην καὶ ἐπιφάνειαν, facere magna et *ostenta.* Sic etiam de *manifesto documento praesentiae divinae s. miraculo* adhibetur 2 Macc. III, 24. XIV, 15. XV, 27. 3 Maccab. II, 9. Vide *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I, 55. et *Valesium* ad *Eusebii H. E.* II, 6.

'ΕΠΙΦΑΝΗ'Σ, *illustris, splendidus.* אֵימָה, *terror, formido. Ed. Quint.* Cant. VI, 9. — מוּרְאָה, part. Hoph. foem. a רָאָה, *visu horrenda.* Soph. III, 3. — *מֹרִיָּה, *Moriiah.* Nomen proprium montis. Genes. XXII, 2. sec. *Oxon.* ἐπιφανῆ. Ita enim legendum loco vocis misere depravatae ἐπιφαή. — נָאוֹר, Niph. ab אוֹר, *illustris fio. Symm.* Psalm. LXXV, 5. — נוֹרָא, part. Niph. a יָרֵא, *terribilis.* Iud. XIII, 6. 1 Par. XVII, 21. Hab. I, 7. Mal. I, 14. In omnibus his ac reliquis, ubi occurrit, locis nonnulli statuunt eos נוֹרָא permutasse cum נִרְאָה, coll. Mal. IV, 5.

'ΕΠΙΦΑΝΕ'ΣΤΑΤΟΣ, *splendidissimus.* אַיִן, *non, nihil.* Prov. XXV, 14. Nisi statuere velis, ἐπιφανέστατα esse h. l.

blandientia quidem formis, sed per inanem speciem fallentia, cum *Iaegero* reponendum erit ἐπισφαλέστατα, *incertissima, fallacissima.*

*'ΕΠΙΦΑΝΩ͂Σ, *insigniter, splendide, magnifice.* Esth. XII, 5. sec. *Vet. Ar.* πᾶσαν θύραν ἐπιφανῶς (Num ἐπιμελῶς legendum? *K.*) τηρεῖν. Ib. II, 18. ἤγαγε τὸν γάμον ἐπιφανῶς. *Pollux Onom.* V, 159.

*'ΕΠΙΦΑΥΛΙ'ΖΩ, *pro vili habeo, flocci facio, contemno.* עוֹלֵל, *vindemiam facio.* Thren. II, 20. ἐπεφαύλισας sec. cod. *Alex.* Sed reponendum potius ibi est ἐπεφύλλισας, quanquam et altera lectio locum habere potest. Cf. *Schultensii Origin. hebr.* p. 92. sequ.

'ΕΠΙΦΑΥ'ΣΚΩ, *illucesco, orior, luceo, splendeo.* *הַאֲהִיל, Hiph. ab אָהַל, *tabernaculum pono.* Iob. XXV, 5. Cum *Vulg. Syr. Arab. Chald.* legisse videntur יָהֵל, aut potius ἐπιφαύσκειν de *expansione luminis* explicandum erit. – הֵהֵל, Hiph. ab הָלַל, *lucere facio.* Iob. XXXI, 26. ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα, videmus solem *lucentem.* *Hes.* ἐπιφαύσκοντα, ἀνατέλλοντα, φαίνοντα. Iob. XLI, 10. – פָּרַד, *disiungo, separo.* *Al.* Iob. XLI, 9. Ita *Bielius.* Sed ἐπιφαύσκεται ibi hebr. הָהֵל respondet.

'ΕΠΙΦΕ'ΡΩ, *infero*, et ἐπιφέρομαι, *feror, irruo.* הֵנִיף, Hiph. a נוּף, *agito.* Zach. II, 9. – הֵשִׁיב, Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Prov. XXVI, 15. *Symm.* Iob. XX, 10. – יָלַךְ, *eo, ambulo.* Gen. VII, 18. ἐπεφέρετο κιβωτὸς ἐπάνω τοῦ ὕδατος, *ferebatur* arca super aquam. – רָזַם, *specto.* Iob. XV, 12. τί ἐπήνεγκαν οἱ ὀφθαλμοί σου; quid *intulerunt*, vel *innuerunt* oculi tui? Permutarunt fortasse רָזַם cum רָסַן. – רָחַף, *incubo.* Genes. I, 2. πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Syr. ܢܚܦ notat *desuper venire*, aut *descendere.* *Iosephus* habet πνεύματος αὐτὴν ἄνωθεν ἐπιθέοντος. *Aqu.* et *Symm.* ib. ἐπιφερόμενον. – *רָצָה, quod in Piel et Hithp. notat *gratiam alicuius sibi conciliare studere.* *Symm.* Iob. XX, 10. ἐποίσουσιν, *inferent*, sc. *in domos suas*, h. e. summa cum humanitate eos excipient, et ita gratiam eorum sibi conciliare studebunt. Fortasse tamen et hic יְרַצּוּ a רוּץ in notione hiphilica derivarunt. – שָׁלַח, *mitto.* Gen. XXXVII, 21. χεῖρα δὲ μὴ ἐπενέγκητε αὐτῷ, manum autem non *inferte* illi. 1 Sam. XXII, 17. XXIV, 7. 2 Macc. XII, 35. τῶν ἱππέων Θρᾳκῶν τινος ἐπενεχθέντος αὐτῷ, cum aliquis equitum Thracum *irrueret* in illum. *Hesych.* ἐπιφερομένους, ὡρμηκότας.

'ΕΠΙΦΗΜΙ'ΖΟΜΑΙ, *approbo*, it. *diffamo, impropero, obiicio.* הִתְבָּרֵךְ, Hithp. *benedico mihi.* Deut. XXIX, 19. ἐπιφημίσηται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ λέγων, *blandiatur* sibi ipse, s. sibi persuadeat felicem se futurum. Sap. II, 10. ἐπιφημίζε-

ται ἡμῖν ἁμαρτήματα, *improperat* nobis peccata. *Vulgat.* *diffamat.*

'ΕΠΙΦΘΕΓΓΟΜΑΙ, *eloquor.* דִּבֵּר, *loquor.* *Aqu.* Psalm. II, 5.

*'ΕΠΙΦΙ', nomen mensis *Aegyptiaci undecimi*, nostro *Iulio* respondentis. 3 Maccab. VI, 40. ἕως τῆς τετάρτης τοῦ 'Επιφὶ (ubi in libris vett. scribitur etiam ἐπαφὶ et ἐπίφ.); et paulo post in eodem commate ἀπὸ πέμπτης τοῦ 'Επιφί. *Syrus* in utroque loco non expressit. Conf. *Prolegom.* ad *H. Steph. Thes. l. Gr.* (ed. *Lond.*) T. I. Vol. 2. p. CCXV.

*'ΕΠΙΦΛΥΓΜΟ'Σ, *scatebra*, *scaturigo*, *eruptio aquarum.* אֵד, *vapor.* *Aqu.* Genes. II, 6. ubi alii ἐπιβλυσμὸς, alii ἐπιβλυγμὸς habent, ac videndus est *Montfauconus.*

*'ΕΠΙΦΟΒΕΡΟ'Σ, *admodum terribilis ac formidolosus*, nam praepositio ἐπὶ in compositione auget quandoque significationem, v. c. ἐπιφανής. Reddenda est haec vox *Aquilae* Psalm. XLIV, 5. ubi nunc quidem pro נוֹרָאוֹת, *terribilia*, in *Hexaplis* legitur: φωτίσει σε ἐπὶ φοβερὰ, sed re vera legendum est ἐπιφοβερὰ, *admodum terribilia.* *Symmachus* ibi φοβερὰ habet.

'ΕΠΙ'ΦΟΒΟΣ, *tremendus*, etiam *illustris*, *venerabilis.* אֵימָה, *formido.* *Symm.* Cant. VI, 3. 9. - נוֹרָה, Niph. a יָרֵא, *metuor.* *Aqu.* *Symm.* Ps. LXXXVIII, 8. ac *Inc.* (sine dubio *Aquila*) sec. cod. *Barb.* in margine Mal. II, 20. (I, 14.), ubi est i. q. ἐπιφανής, h. e. *illustris*, *venerabilis.* - *נוֹרָאוֹת, *terribilia*, *insignia.* *Aqu.* 2 Sam. VII, 24.

'ΕΠΙ'ΦΟΒΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *metu perculsus sum*, it. *metuendus*, *illustris*, *venerabilis sum.* נוֹרָה, Niph. a יָרֵא, *metuor.* *Inc.* Ps. CXXIX, 4.

'ΕΠΙΦΡΑ'ΤΤΩ, *obstruo*, *oblero.* לָעַג, *subsanno*, *irrideo.* *Symm.* Ps. LVIII, 9. ἐπιφράξεις. Iam *Montfauconus* suspicatus est, in versionem *Symmachi* (ex *Eusebio* et uno cod. *Reg.* desumtam) vitium aliquod irrepsisse, cum utraque vox longe diversis gaudeat significationibus. Vera ac sincera fortasse est lectio, quam nobis servavit *Eusebius*, qui in *Catena PP. GG.* T. II. p. 160. *Symmachum* ἐπιφθέγξῃ, *acclamabis*, vertisse testatur. - *סָכַר, *claudo*, *occludo.* *Aqu.* Gen. VIII, 2. ubi vid. *Montf.*

'ΕΠΙΦΥΛΑ'ΤΤΩ, *observo*, *studeo.* שָׁמַר, idem. Ezech. XLIV, 8.

'ΕΠΙΦΥΛΛΙ'ΖΩ, *racemo*, *racemationem facio*, *vindemio.* עוֹלֵל, Pih. ab עָלַל, *facio*, it. *vindemiam facio.* Thren. I, 21. sec. *Compl.* *Vatic.* habet ἐποίησαν ἐπιφυλλίδα. Ibid. II, 20. III, 30. ὀφθαλμός μου ἐπιφυλλιεῖ, *oculus meus racemabit*, ad quae verba *Origenes*: ὅτι κατεπόντισάν με τὰ δάκρυα, τῇ ἐν ὕδατι πνιγομένων μεταφορᾷ. κατὰ δὲ τοὺς ὁ κατακόπτει με τὰ δάκρυα, καθάπερ ἄμπελον ἀκριβὴς τρυγητής. Vid. *Flam.* *Nobil.*

ad h. l. *Aqu.* Deut. XXIV, 21. ubi vid. *Montf.* *Inc.* Thren. I, 12. ἐπιφυλλίσεις.

'ΕΠΙΦΥΛΛΙ'Σ, *racematio*, vel *parvus racemulus relictus sub foliis.* עֲלִילָה, *actio*, *opus.* Soph. III, 8. Legerunt עֹלֵלָה. - עֹלֵלוֹת, plural. *racemationes*, *racemi.* Iud. VII, 2. ubi alii ἐπιφυλλίδας ipsos pampinos racemorum feraces appellari malunt, quos et *Columella* Latinique alii *pampinos racemorum* vocant. Abd. v. 5. οὐκ ἂν ἐπελείποντο ἐπιφυλλίδα, non relinquent *racemum.* Vide et Mich. VII, 1. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐπιφυλλίδα, ῥωγολογίαν. Adde *Symm.* Ies. XXIV, 10. *Hes.* ἐπιφυλλίς, βοτρύδιον ἐπὶ τέλει βλαστάνον. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Επιφυλλίδες, τὰ μικρὰ βοτρύδια τὰ ἐναφιέμενα τοῖς κλήμασι τῆς ἀμπέλου, ὡς παρώμενα. Lege παρῃμένα. Conf. *Schol. Aristoph.* ad *Ran.* v. 92. et quae inde repetuntur apud *Suidam* et *Phavorinum.*

'ΕΠΙΦΥΛΛΙ'ΔΑ ΠΟΙΕ'Ω, *racemationem facio.* עוֹלֵל, Pih. *racemo, iterum iterumque uvas colligo.* Thren. II, 20. ἐπιφυλλίδα ἐποίησε μάγειρος, de quo loco vide notata a me in *Opusc. Crit.* p. 598.

*'ΕΠΙΦΥ'ΛΛΙΟΝ, i. q. ἐπιφυλλίς. עֹלֵלוֹת, plur. *racemi.* Iud. VII, 2. sec. *Compl.*

'ΕΠΙΦΥ'ΟΜΑΙ, *insuper nascor, adnascor, accresco,* it. *cresco, augeor.* 2 Macc. IV, 50. ἐπιφυόμενος τῇ κακίᾳ, *crescens* malitia. 2 Maccab. XV, 17. ubi ἐπιφυέντες redditur *in hostes incitati et illati,* et *Baduellus:* Verbum est sumtum a plantis atque stirpibus, quae ἐπιφύονται, adnascentes insurgunt. H. l. *eos* significat, *qui aliis vim inferunt.*

*'ΕΠΙΦΥΤΕΥ'Ω, *insuper sero.* 4 Macc. XV, 6. ἐπιφυτευομένην φιλοστοργίαν, *insitum* liberorum amorem.

'ΕΠΙΦΩΝΕ'Ω, *acclamo.* 3 Esdr. IX, 47. ubi in textu hebr. Nehem. VIII, 6. est עָנָה. 2 Maccab. I, 23. 3 Maccab. VII, 13.

'ΕΠΙΧΑΙ'ΡΩ, ***gaudeo, exulto, laetor,*** **speciatim *propter mala alterius,* s. *infortuniis alicuius insulto,* aut *miserum maligne irrideo. Demosthen.* in *Orat. c. Midiam* p. 404. et *Isocrates* in *Aeginet.* p. 394. אָמַר הֶאָח, *dico heah.* Ezech. XXV, 5. - הִגִּיל, Hiph. a גּוּל. Hos. X, 5. - הֵרִיעַ, Hiph. a רִיעַ, *clango.* Ps. XL, 12. - חָנֵף, *contaminor.* Mich. IV, 11.** Cogitarunt forte חָנַף, *hypocritam egit.* Arab. حنف, *fastidiose nasum attraxit, aversatus est.* - לָעַג, *subsanno.* Prov. I, 26. - שְׁאָט, *depopulatio.* Ezech. XXV, 15. - שָׂמַח. Psalm. XXXIV, 22. 27. XXXVII, 17. Prov. XXIV, 17. - *שָׂמֵחַ, verbale, *laetus.* Ps. XXXIV, 29. Prov. XVII. 5. - *שָׂחַק. Prov. I, 26. sec. *Vat.*

*'ΕΠΙΧΑΡΑΚΟ'Ω, *vallo communio, circumvallo, obsideo, obsidione cingo. Inc.* 1 Reg. XV, 27. ἐπεχαράκωσεν,

pro hebr. יַכֵּהוּ, *percussit eum. Montfauconus* iam monuit, hanc vocem videri mendose positam: et ita vere est. Scribendum est ἐπεχάραξεν.

*'ΕΠΙΧΑΡΑ΄ΣΣΩ vel ἐπιχαράττω, *insculpo, incisuris serratum reddo.* Vide ἐπιχαρακόω.

'ΕΠΙΧΑΡΗ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *laetus fio.* שָׂמַח. Iob. XXXI, 29. Adde Nahum. III, 4. sec. *Alex.*

'ΕΠΙ'ΧΑΡΙΣ, *gratus, iucundus.* חֵן, *gratia.* Nab. III, 4. - חֶסֶד, *benignitas. Symm.* Prov. XXXI, 26. νόμος ἐπίχαρις τῇ γλώσσῃ αὐτῆς, lex iucunda linguae eius. *Suidas:* Ἐπίχαρις, ἐπιτερπής, ὁμιλητικός.

'ΕΠΙ'ΧΑΡΜΑ, *gaudium, ludibrium, irrisio.* שִׁמְצָה, *ignominia. Theod.* et LXX Exod. XXXII, 24. Arab. شمع, *lusit, risit, iocatus est,* et in Coniug. II. *ludibrio exposuit, risui habuit.* Sir. VI, 5 ἐπίχαρμα ἐχθρῶν ποιήσει αὐτόν, gaudium inimicorum faciet illum. Idem legitur ibid. XVIII, 31. XLII, 16. ubi derisio et gaudium inimicorum is dicitur, qui sibi infamiam, morbos, pauperiem etc. consciscit. *Hesych.* ἐπίχαρμα, χάρμα, ᾧ τινι χαίρει τις, καὶ ὁ ἐπίχαρτος. Adde *Eurip. Herc. Fur.* v. 380.

*'ΕΠΙ'ΧΑΡΤΟΣ, *laetitiam ac gaudium adferens,* etiam *is cuius malis ac infortuniis laetamur.* Reperitur haec vox apud LXX Prov. XI, 3. in quem locum verba πρόχειρος δὲ καὶ ἐπίχαρτος κ. τ. λ. transierunt e v. 10. ubi vox ἐπίχαρτος hebr. רִנָּה, *ovatio,* respondet. Adde *Thucyd.* III, 67. ubi vid. *Intt.* ac *Pollucis Onom.* III, 101. et IX, 56.

'ΕΠΙΧΕΙΡΕ΄Ω, *manum admoveo, aggredior, conor, audeo.* בִּקֵּשׁ, *quaero. Symm.* 2 Sam. XXI, 2. - גָּמַל, *retribuo.* 2 Par. XX, 11. - חָשַׁב, *cogito.* Esth. IX, 25. ὅσα δὲ ἐπεχείρησε ἐπάξαι ἐπὶ ἰουδαίους, quaecunque autem *conabatur* adducere super Iudaeos. 3 Esdr. I, 27. hebr. הִתְחַפֵּשׂ. 2 Chron. XXXV, 22. 2 Macc. II, 30. ζωγραφεῖν ἐπιχειροῦντι, illi qui ad pingendum *manum admovet,* h. e. pictori. 2 Macc. VII, 19. θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας, qui *audes* adversus Deum pugnare. *Hesych.* ἐπιχειρεῖ, ἐπιτολμᾷ.

'ΕΠΙΧΕΙ'ΡΗΜΑ, *conatus, molimen, institutum, artificium.* Sir. IX, 4. μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασι, ne capiaris *artificiis* s. *artibus* eius, ubi cum ἐπιτήδευμα in codd. permutatur. *Suidas:* Τὰ ἐπιχειρήματα, αἱ ἐπιχειρήσεις, τὰ ἐπιτηδεύματα.

'ΕΠΙ'ΧΕΙΡΟΝ, in lingua hellenistica notat *manum et manui additum brachium et humerum,* it. *sceptrum.* זְרוֹעַ, *brachium.* Ierem. XLVIII, 25. τὸ ἐπίχειρον αὐτῶν συνετρίβη, *brachium* eorum contritum est. Ad quem locum *Origenes* in *Catena Ghisler.* p. 481. ἐπίχειρον ἢ τὸ σκῆπτρον παρίστησιν, ἢ τοὺς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ἢ τοὺς μισθωτούς. ἐπίχειρα γὰρ ὁ μισθός.

Al. Ier. XXVII, 5. feci terram ἐν τῇ ἰσχύϊ μου μεγάλῃ, καὶ ἐν τῷ ἐπιχείρῳ μου τῷ ὑψηλῷ, potentia mea magna et brachio meo excelso. 2 Macc. XV, 33. τὰ ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας κατέναντι τοῦ ναοῦ κρεμάσαι, brachia autem dementiae ex adverso templi suspendere. Latinus reddit: *manum* autem *dementis* contra templum suspendi. *Grotio* placebat ἐπιχείρια, *praemia* aut *monumenta victoriae*, νικητήρια, *Polluce* interprete.

'ΕΠΙΧΕ'Ω, *infundo.* הֵרִיק Hiph. a רִיק, *evacuo.* Zach. IV, 12. - *יָרַק. Exod. XXIV, 6. sec. *Oxon.* - הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono.* Lev. V, 11. - יָצַק. Gen. XXVIII, 18. 2 Reg. IX, 6. - נָתַן, *do.* Lev. II, 15.

'ΕΠΙΧΟΡΗΓΕ'Ω, *suppedito.* Sir. XXV, 24. γυνὴ ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ubi *vindicare sibi imperium* notat. Nam choragi vocantur chororum societatumque duces, tenentesque primatum. *Vulg. mulier si primatum habeat.* Ex *Bretschneideri* sententia ἐπιχορηγεῖν hic significare videtur: *rem familiarem augere adferendo largam dotem marito.* Cf. *Lex. N. T. s. h. v.*

'ΕΠΙΧΥ'ΝΩ, *infundo*, *influo.* יָצַק, *fundo*, *effundo.* 1 Reg. XXII, 35.

'ΕΠΙ'ΧΥΣΙΣ, *infusio*, et *fusio* simpliciter. מוּצָק part. Hoph. a יָצַק, *fusus.* Iob. XXXVII, 18. ὡς ὅρασις ἐπιχύσεως, ut speculum *aere fusum* s. *fusi metalli.* Confer v. 10. Vide infra s. v. σύγχυσις. - צוּקָה, *angustia*, *coarctatio*, a צוּק. *Aqu.* Prov. I, 27. Deduxit a יָצַק, *fundere*, *effundere.* *Hesych.* ἐπίχυσις, κονίασις.

'ΕΠΙΧΥΤΗ'Ρ, *infusorium.* מוּצָקוֹת plur. *infundibula*, *quibus infunditur.* *Symm.* Zach. IV, 2. ἐπιχυτῆρες. - צַנְתְּרוֹת plur. *tubi*, *fistulae*, *ampullae.* *Symm.* Zach. IV, 12.

'ΕΠΙΧΥ'Ω, *infundo.* יָצַק, *fundo.* Lev. XXI, 10. Iob. XXVI, 27. - נָתַן, *do.* Lev. XI, 38. Sermo ibi est de aqua.

'ΕΠΙΧΩΡΕ'Ω, *concedo*, *permitto.* 2 Macc. IV, 9. ἐὰν ἐπιχωρηθῇ διὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ, si *concessum esset* per auctoritatem eius. Vide et 2 Macc. XII, 12.

'ΕΠΙΧΩ'ΡΗΣΙΣ, *concessio*, *permissio.* רִשְׁיוֹן, *licentia.* Esdr. III, 7.

'ΕΠΙΨΑ'ΛΛΩ, *accino.* 2 Macc. I, 30. οἱ δὲ ἱερεῖς ἐπέψαλλον τοὺς ὕμνους, sacerdotes autem *accinebant* hymnos.

'ΕΠΟ'ΖΩ, *redoleo*, *oleo.* בָּאַשׁ, *putresco.* Exod. VII, 18. 21. VIII, 14. XVI, 20. 24.

'ΕΠΟΙ'ΚΙΟΝ, *villa*, *casa.* *חָצֵר, *atrium.* *Inc.* Lev. XXV, 31. sec. *Coisl.* et *Lips.* - כָּפָר, *pagus.* Ios. XVIII, 24. Vide et 1 Par. XXVII, 25. ubi nihil est in textu hebraico.

'ΕΠΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, *superstruo*, *aedifico.* בָּנָה, *aedifico.* Num. XXXII, 38. nomina urbium, ἃς ἐπῳκοδόμησαν, quas aedificarunt, sec. ed. *Ald.* ubi tamen lectio ἐπῳκοδόμησαν ex

antecedente *ἐπωνόμασαν* orta esse videtur. Certe reliqui libri habent *ᾠκοδόμησαν*.

"ΕΠΟΜΑΙ, *sequor.* אַחֲרוֹן, *postremum. Symm.* Ex. IV, 9. - *הָלַךְ, *ambulo. Inc.* Ies. LXV, 2. 3 Macc. II, 26.

'ΕΠΟΝΕΙ'ΔΙΣΤΟΣ, *exprobrabilis, qui exprobrari potest, turpis, illiberalis.* חֹרֵף part. *exprobrans.* Prov. XXVII, 11. *ἐπονειδίστους λόγους*, sermones *exprobratorios.* Loco חֹרְפִי, *exprobranti mihi*, legerunt חֶרְפָּה aut חֲרָפוֹת. - חֶרְפָּה, *opprobrium. Symm.* Ps. XXXVIII, 9. 3 Macc. VI, 31. *οἱ πρὶν ἐπονείδιστοι καὶ πλησίον τοῦ ᾅδου.* Sermo ibi est de Iudaeis, quibus crudelissima et ignominiosa mors destinata fuerat. *Polyb.* IV, 31, 8. *ἐπονείδιστος δουλεία, turpissima servitus.* Ibid. XI, 2, 7. *ἐπον. βίος, ignominiosissima* vita.

'ΕΠΟΝΕΙ'ΔΙΣΤΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *exprobrabilis fio.* חִסֵּר Pih. *probro afficio.* Prov. XXV, 10.

'ΕΠΟΝΕΙ'ΔΙΣΤΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *exprobrabilis sum.* הֶחְפִּיר Hiph. *probro afficio.* Prov. XIX, 26. - הִתְגַּלַּע Hithp. *immisceo me.* Prov. XVIII, 1. ubi pro יִתְגַּלַּע legisse videntur per metathesin literarum יִתְגַּעַל (nam גָּעַל est *βδελύττειν*), vel יִתְלַעַג. Vide tamen *Schultensium* ad h. l. et cap. XVII, 14.

'ΕΠΟΝΟΜΑ'ΖΩ, *appello, cognomino.* הִזְכִּיר Hiph. *recordari facio.* Exod. XX, 24. - נָקַב, *expresse nomino.* Lev. XXIV, 11. *Aqu.* Gen. XXX, 28. et Lev. XXIV, 15. - קָרָא, *voco.* Gen. IV, 16. 24. 25. Exod. II, 10. *Al.* Gen. XIX, 22. - שׂוּם אֶת שֵׁם, *pono nomen.* Deut. XII, 5. 2 Par. XII, 13.

'ΕΠΟΞΥ'ΝΩ, *exacuo, accelero.* 2 Macc. IX, 7. *ἐποξύνειν τὴν πορείαν, accelerare* iter.

'ΕΠΟΠΤΕΥ'Ω, *specto, inspicio.* הִבִּיט Hiph. a נָבַט, *intueor. Symm.* Ps. X, (sec. *Hebr.* IX,) 14. *ἐποπτεύεις.*

'ΕΠΟ'ΠΤΗΣ, *inspector.* 2 Macc. III, 39. VII, 35. 3 Macc. II, 21. ubi de Deo, summo moderatore rerum omnium, dicitur. *Hesych. ἐπόπτης· Ζεὺς ἢ θεατής.*

*'ΕΠΟΠΤΙΚΟ'Σ, *qui aliquid inspicit et curat.* 4 Macc. V, 13. *τῆς θρησκείας ἐποπτικὴ δύναμις, numen, cui ista superstitio sit curae.*

'ΕΠΟ'ΠΤΟΜΑΙ, *inspicio, contemplor.* חָזָה, *video.* Mich. IV, 11. - *נָבַט. *Hebr. Symm. Theod.* Ps. XCI, 12. ubi notat *cum voluptate videre.* - צָפָה, *speculor.* Ps. V, 4. *ἐπόψομαι* sec. *Vat. Syrus* in opinione fuisse videtur, *ἐπόψομαι* esse passivae coniugationis et significationis. *Arabs* legisse videtur *ἐπόψῃ με*, ut quoque habet *Alex.* et *Euseb.* Confer ad h. l. *L. Bosium.* - רָאָה, *video.* Ps. XXXIV, 20. *κύριε, πότε ἐπόψῃ; Vulgatus* bene: *quando respicies*, h. e. *rationem habebis*, seu: *curam geres?* Ps. CXVII, 7. *ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου, laetus* inimicorum meorum *poenam videbo. Hesych. ἐπόψομαι, θεωρήσω.* Mich. VII, 10. Sir. VII, 10. *τῷ πλήθει*

τῶν δώρων μου ἐπόψεται, ad multitudinem sacrificiorum meorum *respiciet* me.

'ΕΠΟΡΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *irascor*. *הִשְׂתָּעֵר sequ. עַל, *turbino, instar turbinis venio contra*. Dan. XI, 10. ἐποργισθήσεται αὐτῷ sec. *Chis*. sensu eodem. *Segaarius* coniicit, legendum esse ἐφορμηθήσεται. 2 Macc. VII, 33. ἐπώργισται.

"ΕΠΟΣ, *verbum*, it. *carmen*. Sir. XLIV, 6. διηγούμενοι ἔπη ἐν γραφῇ. *Vulg. narrantes carmina in Scriptura. Suidas:* ἔπος ; λόγος ἔμμετρος, στίχος.

*'ΕΠΟΤΡΥ'ΝΩ, *instigo, incito*. 4 Macc. V, 14. XIV, 1. *Zonaras Lex*. col. 851. ἐποτρύνει, παροξύνει. Idem tradit *Hesychius*, qui praeterea addit: παρορμᾷ, quemadmodum *Suidas:* διεγείρει.

'ΕΠΟΥΡΑ'ΝΙΟΣ, *coelestis*. שַׁדַּי, *omnipotens*. Ps. LXVII, 15. Arab. سدر notat *summam rei conscendere*, hinc שַׁדַּי, *summi coeli sessor*. Vid. *Michaelis* ad *Lowthum* pag. 504. – שְׁמַיָּא chald. dual. *coeli*. Dan. IV, 23. Adde 2 Macc. III, 39.

'ΕΠΟΧΕ'ΟΜΑΙ, ὀχοῦμαι, *vehor*. רָכַב, *vehor*, sive curru, sive iumento. *Symm*. Ps. LXVII, 5. 34.

'ΕΠΟΧΗ', *retentio, constrictio*. מַעְצוֹר, *impedimentum*, seu: *omne, quo quis ab agendo cohibetur et detinetur. Symm*. 1 Sam. XIV, 6. – עֹצֶר, *occlusio*. *Aqu*. Prov. XXX, 16. ἐποχὴ μήτρας, *constrictio* vulvae.

"ΕΠΟΨ, *upupa*. דּוּכִיפַת, *attagen*. Lev. XI, 19. Deut. XIV, 18. – חֲסִידָה, *ciconia*. Zach. V, 9. πτέρυγας ἔποπος. *Gloss*. in *Prophet*. "Αποτος (Legendum videtur ex *Zach*. l. c. "Εποπος, et addendum ἔποψ.), ὄρνεον οὕτω καλούμενον. Favet emendationi huic series literarum. Nam vox "Αποτος est inter 'Επαριστρίδες et "Ενστρον posita. Inde vero vox "Απαφος, quae apud *Hesychium* exponitur ἔποψ ὄρνεον, videtur enata, et corruptis, quae Grammatico passim inserta sunt, accensenda. – כּוֹס, *upupa*, a כָּסָה, *tegere, quia se per diem tegit. Symm*. Lev. XI, 17. Ps. CI, 7. De aliis huius avis nominibus vide *Hesychium* s. v. Μαχαίκρανος. Confer quoque de hac ave praeter auctores citatos *Bocharto Hier*. P. II. l. II. c. 31. *Platonem Phaedon*. p. 387. et *Aristophanem Av*. v. 287.

'ΕΠΤΑ', *septem*. *לְפִי, *ad os*. Lev. XXVII, 18. ἑπτὰ sec. *Ald*. sed ortum suum debet haec vitiosa lectio τῷ ἐπὶ τὰ, quod reliqui libri habent. – שֶׁבַע : שִׁבְעָה. Gen. V, 7. VII, 2. Postremo loco ἑπτὰ *multos* notat. Confer *Drusium in Fragm*. p. 514. et Ps. CXVIII, 163. ubi שֶׁבַע, quod LXX vertunt ἑπτάκις, alii interpretantur πλειστάκις, *pluries, saepius*. Gen. XI, 21. – שָׁבוּעַ, *septimana*. Ez. XLV, 21. – שִׁבְעָנָה per נ epenthet. Iob. XLII, 13. – שִׁבְעָתַיִם dual. *septies*. Gen. IV, 15. – *שֹׂבַע, *satietas*. *Symm*. Ps. XVI, 11. Legit שֶׁבַע. –

*שִׁשָּׁה, *sex.* 2 Sam. VI, 13. Permutarunt ibi literas ו (6) et ז (7).

ΔΙ'Σ 'ΕΠΤΑ' 'ΗΜΕ'ΡΑΙ, *bis septem dies.* שְׁבֻעַיִם dual. *duae septimanae.* Lev. XII, 5.

'ΕΠΤΑΕΤΗ'Σ, *septennis, septem annorum.* שֶׁבַע שָׁנִים. Iud. VI, 25.

*'ΕΠΤΑΚΑΙ'ΔΕΚΑ, *septendecim.* שִׁבְעָה עָשָׂר: שְׁבַע עֶשְׂרֵה. 1 Reg. XIV, 21. 1 Par. VII, 11. Esdr. II, 39.

'ΕΠΤΑΚΑΙΔΕ'ΚΑΤΟΣ, *decimus septimus*, pro eodem in hebr. 1 Reg. XXII, 52. 2 Reg. XVI, 1. 1 Par. XXIV, 15.

'ΕΠΤΑ'ΚΙΣ, *septies.* שִׁבְעָה: שֶׁבַע. Psalm. CXVIII, 163. Prov. XXIV, 16. - שִׁבְעָתַיִם dualis. Gen. IV, 23. - שֶׁבַע פְּעָמִים, *septem vicibus.* Gen. XXXIII, 3. Lev. IV, 6. 17.

'ΕΠΤΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, *septem millia.* שִׁבְעַת אֲלָפִים. Num. III, 22. Esdr. II, 65. Iob. I, 3.

'ΕΠΤΑΚΟ'ΣΙΟΙ, *septingenti.* שְׁבַע מֵאוֹת. Gen. V, 26. 31. Num. I, 39. et alibi saepius.

'ΕΠΤΑ'ΜΗΝΟΝ, sc. διάστημα, et ἑπτάμηνος, sc. διάστασις, *intervallum* vel *spatium septem mensium, septimestre.* שִׁבְעָה חֳדָשִׁים. Ez. XXXIX, 12. ἵνα καθαρισθῇ ἡ γῆ ἑπτάμηνον pro καθ' ἑπτάμηνον διάστημα, ut purgetur terra per spatium septem mensium. Ib. v. 14. μετὰ τὴν ἑπτάμηνον, sc. διάστασιν, post intervallum septem mensium. Adde *Herodot.* VI. pag. 355, 7. *Hippocr. de septim. partu* pag. 255, 1. Similiter τετράμηνον, ἑξάμηνον, δωδεκάμηνον, quas voces vide suo loco.

*'ΕΠΤΑΜΗ'ΤΩΡ, *septem filiorum mater.* 4 Macc. XVI, 24.

'ΕΠΤΑΠΛΑ'ΣΙΟΝ, sc. μέρος, *septuplum.* שִׁבְעָתַיִם. Prov. VI, 31. Ies. XXX, 26. ubi vide var. lect. Vide quoque Sir. XX, 11. XXXV, 10.

'ΕΠΤΑΠΛΑΣΙ'ΩΝ, *septuplus.* אַרְבַּעְתַּיִם dual. *quadruplus.* 2 Sam. XII, 6. ἑπταπλασίονα, ubi non aliter legerunt, sed *multitudinis* notionem alia magis usitata ratione exprimere voluerunt. Negari tamen nequit, loco ἑπταπλασίονα apud *Inc.* et LXX vel ἑπταπλάσιον, sc. μέρος, ut habet Cod. *Alex.*, vel ἑπταπλασίως reponendum esse. In *Compl.* et apud *Theodor.* (*Quaest.* ad h. l. p. 426. ed. *Hal.*) legitur quidem τετραπλάσιον, sed haec lectio e recensione Hexaplari irrepsit, estque Theodotionis interpretatio. - שִׁבְעָתַיִם. Psalm. LXXVIII, 13.

'ΕΠΤΑΠΛΑΣΙ'ΩΣ, *septuplo.* חַד שִׁבְעָה Chald. *unum septem.* Dan. III, 19. et ib. v. 22. sec. *Chis.* - שִׁבְעָתַיִם. Ps. XI, 7. Adde *Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. IV, 24.

*'ΕΠΤΑ'ΠΥΡΓΟΣ, *qui habet septem turres.* 4 Macc. XIII, 7. ἑπτάπυργος εὐλογιστία. Ita dicitur relate ad septem fratres, quorum historia in anteced. legitur.

'ΕΠΤΑΧΗ͂, *septempliciter, septifariam.* שִׁבְעָתַיִם. *Aqu.* Gen. IV, 15. Vide ad h. l. *Montfauconium.*

͂ΕΠΩ, *dico, loquor, sermonem habeo, indico, notum facio, cogito, praecipio.* אָמַר. 2 Sam. XII, 32. *μὴ εἰπάτω ὁ κύριός μου ὁ βασιλεὺς,* sc. *ἐν τῇ καρδίᾳ,* ne *cogitet* dominus meus rex. Vide et Gen. XX, 11. XXXI, 31. Iud. XV, 2. Iob. VII, 13. XXXII, 7. et conf. 2 Sam. XXI, 16. ubi hebr. אָמַר per *διανοέομαι, cogito,* exponitur. Eodem sensu *ἐρέω* aliquando usurpatur. Vide infra s. h. v. 2 Par. I, 2. *εἶπε Σολομὼν πρὸς πάντα Ἰσραὴλ, loquebatur* Salomo cum toto Israel. 2 Par. II, 11. *εἶπεν ἐν τῇ γραφῇ, dicebat per scripturam,* h. e. *literas scribebat.* 2 Par. XXXI, 11. *εἶπεν ἔτι ἑτοιμάσαι παστοφόρια, iubebat,* ut pararent amplius pastophoria. Vide et 2 Par. XXXII, 1. XXXIII, 16. et conf. Matth. XX, 2. coll. Luc. VIII, 55. nec non *Lex. N. T. s. h. v.* Ps. XV, 2. *εἶπα* pro אָמַרְתְּ, *dixisti,* sive quod legerint אָמַרְתִּי, sive quod perspicuitati studuerint, sensum tantum secuti. – דָּבַר et passim in Pih. דִּבֵּר. Gen. VIII, 15. XXIII, 13. – *דָּבָר, *verbum.* Ex. VIII, 13. 31. Prov. XV, 24. – דָּבָר הָיָה, *verbum fuit.* 1 Reg. XXI, 17. – דִּמָּה Pih. *imaginor.* Esth. IV, 12. *μὴ εἴπῃς σεαυτῇ, ne imagineris tibi,* vel *ne cogites.* – הִגִּיד Hiph. a נָגַד, *notum facio, indico.* 2 Reg. XXII, 10. Ies. XLI, 22. – הוֹרָה, Hiph. a יָרָה, *doceo.* Iob. XII, 7. – הֵסִית Hiph. a סוּת, *incito.* Iob. II, 3. ubi *ἔπω* est *auctor alicui sum, suadeo,* et quidem sensu malo. – הִשְׁמִיעַ Hiph. a שָׁמַע, *audire facio.* Ies. XLI, 22. – הֵתֵם Hiph. a תָּמַם, *perficio, consummo.* 2 Sam. XX, 18. *καὶ οὕτως εἶπον,* et deinde *dic,* aut: *decerne, quid faciendnm sit.* – יָדַע, *scio.* Ies. XIX, 12. ubi יָדַע a multis per *notificare* exponitur. – יָעֵף, *lassus.* Ies. L, 4. Ita *Bielius.* Sed vide de hoc loco infra notata sub *ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν.* – כִּי, *sed, verum.* 1 Sam. XXVIII, 13. Bene quoad sensum. – *מָרָה, *rebello.* Ez. XX, 13. ubi יַמְרוּ deduxerunt ab אָמַר, ut א exciderit, quod aliquoties factum est. – מַשְׂאֵת, *collecta.* 2 Par. XXIV, 9. Scil. vox hebr. etiam *effatum, decretum* significare potest. – נְאֻם part. a נָאַם, *dictum, effatum.* Ps. CIX, 1. Ies. LVI, 8. LXVI, 17. Ier. I, 19. – עָנָה, *respondeo.* Iob. II, 2. – עָרַךְ, *dispono, ordino.* Ibid. XXIII, 4. – צִוָּה Pih. *praecipio.* Exod. XXXV, 1. Lev. IX, 6. – קָרָא, *voco, clamo.* Gen. XLV, 1. 1 Sam. III, 16. et alibi. – רָאָה, *video.* Thren. III, 36. Aliquando suspicabar, loco *καὶ εἶπε* reponendum esse *καὶ εἶδε,* ut altera lectio huc e versu sequenti venerit. Sed recepta lectio (quam *Arabs* tuetur) defendi quoque potest, modo vertatur: *non iubet, non probat,* quem sensum admittit h. l. formula hebr. לֹא רָאָה. Sirac. XIX, 14. *εἰπεῖν* notat *iracunde, odiose et noxie s. temere aliquid loqui.* Vide alibi s. v. *κακῶς* et *παραβολή.*

*ΕΙ'ΠΕΝ 'Η ΚΑΡΔΙ'Α ΜΟΥ ΕΥ'ΓΕ, *dixit cor meum euge.* הִתְעֹרַרְתִּי, *excitavi me.* Iob. XXXI, 29. non male quoad sensum.

*'ΕΠΩ 'ΡΗ'ΜΑ ΤΙ' ΕΙ'Σ ΤΙΝΑ', *maledico alicui, blaspheme loquor.* בָּרֵךְ, *benedico*, etiam *maledico.* Iob. II, 9. Conf. *Hexapla ac Lex. N. T. s. h. v.*

*'ΗΝΙ'ΚΑ ΔΕΙ' ΕΙ'ΠΕΙ'Ν, *quando oporteat loqui.* Sic LXX Ies. L, 4. עֵת vel עֵתָה, *tempestive loqui,* interpretati sunt. Conf. ad h. l. *Cappelli nott. critt.* p. 516.

*ΕΙ'ΠΟΝ Ω. Sic legitur 2 Reg. III, 21. sec. *Vatic.* pro וָמַעְלָה, *et supra.* Sed legendum ibi est ἐπάνω, ut habent *Alex. Ald.* et *Compl. sec. L. Bos.* in *prol.* c. 3. Sine dubio orta est haec lectio a librario, qui illud וָמַעְלָה in hac orationis serie non intellegebat, et eius loco aliquid exhibere volebat, quod responderet praecedenti ἀνεβόησαν.

'ΕΠΩιΔΗ', *incantatio, incantamentum.* חֲבָרִים, *coniunctiones, incantationes. Symm.* Ps. LVI, 6. ubi pro ἐπῳδαῖς sine dubio legendum est ἐπῳδὰς, *incantationes edocti.* — לַחַשׁ, *mussitatio, susurrus. Aqu.* Cohel. X, 11. *Theod.* Ies. III, 3.

'ΕΠΩΜΙ'Σ, proprie *superhumerale*, i. e. *summa humeri pars*, τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος sec. *Pollucem Onom.* II, 137. etiam simpliciter *humerus* eodem teste c. 133. deinde *amiculum humerale*, it. *latus*, *ora.* אֵפוֹד, *ephod*, *cinctum.* Ex. XXVIII, 6. XXIX, 5. XXXV, 8. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐπωμίδα, ἐπένδυμα, ὁ χιτών. Idem: Ἐπωμίδα, ἱερατικὸν ἔνδυμα περὶ τὸν ὦμον. *Gloss. in Octat.* ἐπωμίς, ἱερατικὸν περιβόλαιον. — אֲפֻדָּה, *amictus.* Exod. XXVIII, 8. XXXIX, 4. — כָּתֵף, *humerus*, *latus.* Exod. XXVIII, 7. δύο ἐπωμίδες ἔσονται αὐτῷ, duas *oras* habebit. Vide et Exod. XXXIX, 4. Ez. XLI, 2. ἐπωμίδες τοῦ πυλῶνος, humeri seu *latera ostii.* Eodem sensu ὠμία alias legitur. Vide infra in h. v. In navi etiam *eminens pars*, *ubi inscriptum est elogium*, ἐπωμίς vocatur. Vide *Stephani* Thes. l. gr.

'ΕΠΩ'ΝΥΜΟΣ, *celebris*, *solemnis.* Esth. XVI, 22. ἐπωνύμοις ἑορταῖς, *festis celebribus*, vel: *solemnibus.*

'ΕΠΩΡΥ'ΟΜΑΙ, *horrendum vociferor*, *rugio*, *clamo adversus aliquem.* בָּחַל, *fastidio. Al.* Zach. XI, 8. ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμὲ, *rugiebant* adversus me. *Theodoretus* ad h. l. θηριωδῶς μοι προσῆλθον οἱονεὶ βρυχώμενοι, καὶ τὴν ἐμὴν διψῶντες σφαγήν. In aliis libris legebatur ἐπορεύοντο, ut forte legebat *Hieronymus*, qui vertit: *irruebant super me.* Apud *Suidam* ἐπωρυόμενος exponitur φωνῶν. Conf. v. ὠρύομαι.

'ΕΡΑ'ΟΜΑΙ, *amo*, *diligo.* אָהַב, idem. Esth. II, 17. ἠράσθη ὁ βασιλεὺς Ἐσθήρ. Prov. IV, 6. ἐράσθητι αὐτῆς. Sic *Aelianus V. H.* X, 18. ἠράσθη αὐτοῦ. — חָפֵץ, *delector.* 1 Sam.

XIX, 1. ἠρεῖτο τὸν Δαβὶδ σφόδρα, *amabat* Davidem valde. *Hesych.* ἠρεῖτο, ἠγάπα.

'ΕΡΑΣΤΗ'Σ, amator, amasius, amicus, cultor, studiosus alicuius rei. מְאַהֵב part. Pih. Ier. XXII, 20. 22. Thren. I, 20. *Inc.* Ez. XVI, 33. - עֹגֵב part. *amans.* Ier. IV, 30. - *רֵעַ, *socius.* Οἱ ἄλλοι Ierem. III, 1. *Vulg. amantibus.* Vide ad h. l. *Montf.* Sap. VIII, 2. ubi de cultore sapientiae sermo est. Ib. XV, 6. ἐρασταὶ κακῶν, idolorum *cultores.*

'ΕΡΓΑ'Β. Hac voce LXX reddunt הָאֶבֶן, *lapis.* 1 Sam. XX, 19. et ib. v. 41. נֶגֶב, *auster*, procul dubio, quod aliter legerunt, ac hodie in Codd. hebr. legitur, fortasse הַרְגַּב. *Eusebius* in *Onom.* p. 71. ed. *Cleric.* ἐργὰβ male inter nomina propria locorum refert; ibique *Bonfrerius* observat, quod valde varie haec vox in variis LXX Intt. codd. et in Patribus exprimatur, nempe *Ergab*, *Argab*, *Argaph*, *Annegab*, *Negeb.* Addit *Bielius*, quod in MSS. Glossariis aliter adhuc legatur. Sic enim in *Gloss.* ad lib. I. Reg. apud *Fabricium Bibl. Gr.* l. V. c. 40. p. 67. Παρὰ τῶν ἐργαβυὰρ, παρὰ τῶν λίθων. In aliis eiusdem generis *Lex. MS. Cyrilli Bodleiano* additis ita: Παρὰ τοῦ ἀριστοὺβ, παρὰ τῷ λίθῳ. In iisdem paulo post: Παρὰ τὸ ἐργαβιὰρ, περὶ τῷ λίθῳ. Vide et, quae supra notata sunt in v. Βερσεκαθὰν, et conf. *Fesselium Adv. Sacr.* l. V. c. 5. p. 58. ac *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 677 sequ.

'ΕΡΓΑ'ΖΟΜΑΙ, operor, servio, opus rusticum facio, sulco, operam do, negotior, acquiro. אָרַג, *texo.* Ies. XIX, 9. - גָּמַל, *rependo.* Prov. III, 30. - חָטַב, *caedo.* 2 Par. II, 10. - מַעֲשֶׂה, *opus.* Num. XXXI, 50. - סַחַר, *negotiatio.* Prov. XXXI, 18. ubi ἐργάζεσθαι non est *negotiari*, ut plerique volunt, sed *laborare*, *rem familiarem administrare*, nam mercatura mulieri h. l. non commode tribuitur. - עָבַד, *servio*, it. *colo*, *facio.* Gen. III, 23. ἐργάζεσθαι τὴν γῆν, *colere terram.* Vide et Gen. II, 5. 15. IV, 2. 11. Prov. XII, 11. *Symm.* et LXX Cohel. V, 8. Sic etiam apud *Hesiod.* ἔργ. v. 621. et *Aelian. V. H.* IX, 25. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. Num. III, 7. ἐργάζεσθαι ἔργα τῆς σκηνῆς, ut faciant opera tabernaculi. Vide et Num. VIII, 12. 15. 19. Deut. XXI, 13. δάμαλιν ἐκ βοῶν, ἥτις οὐκ εἴργασται, vitulam de armento, quae non *aravit.* Ies. XIX, 9. τοὺς ἐργαζομένους τὸ λίνον - τὴν βύσσον, qui *operantur* in lino - in bysso. Ierem. XXVII, 11. ἐργάσασθε βασιλεῖ Βαβυλῶνος, *servite* regi Babylonis. Vide et Ier. XXVIII, 14. XL, 9. Ier. XXX, 9. ἐργῶνται τῷ Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, *serviant* Domino Deo ipsorum. Ez. XLVIII, 19. οἱ ἐργαζόμενοι τὴν πόλιν, qui in urbe *operantur.* - עֲבֹדָה, *opus.* 1 Par. XXVII, 26. - עָבַר, *transeo.* Ies. XXIII, 10. ἐργάζου τὴν γῆν σου, *cole* terram tuam. Hic male legerunt עָבַד cum Daleth. - עָשָׂה, *facio.* Exod. XXXI, 4. ἐργάζεσθαι τὸ χρυ-

σίον, operari in auro. Ibid. v. 5. XXXV, 9. XXXVI, 4. Ez. XXVII, 19. – עָשָׂה מְלָאכָה, facio opus. Exod. XXXVI, 5. 7. – עָל. Symm. Iob. XXXV, 6. LXX Psalm. VI, 8. XIII, 5. XXXV, 15. οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, operam dantes iniquitati. Ps. XIV, 2. ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, operam dans iustitiae. Vide et Soph. II, 3. 1 Macc. IX, 23. et Lex. N. T. s. h. v. Hab. I, 5. ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι, opus ego facio. Theod. Prov. XXI, 6. ἐργαζόμενος θησαυρούς, acquirens thesauros. Conf. Sap. VIII, 5. 6. Sic et Herodotus lib. I. ἐργαζόμενος μεγάλα χρήματα, cum multas opes acquisivisset. Vide Fesselii Advers. SS. I. IV. c. 3. p. 326. Alias ποιεῖν eodem sensu usurpatur, quod vide infra s. l. – פָּעַל, opus. Ies. XLV, 9. – שִׂדֵּד, Pih. occo. Ies. XXVIII, 24. πρὶν ἐργάσασθαι τὴν γῆν, antequam terram sulcaverit. – *שְׂרִקוֹת, retia. Ies. XIX, 10. οἱ ἐργαζόμενοι αὐτὰ sec. cod. Vat. Sc. שָׂרַק notat h. l. e l. arab. texere, textorem agere, quod intellexerunt h. l. LXX per ἐργάζεσθαι. Baruch. I, 22. ἐργάζεσθαι θεοῖς ἑτέροις, colendo Deos alienos. Ita Syrus. Ibid. II, 21. 22. et 24. ἐργάζεσθαι τῷ βασιλεῖ. Eodem modo et עָבַר adhibetur de cultu et amore, quo cives regem amplectuntur et prosequuntur, v. c. Cohel. V, 8. Sirac. XIII, 5. ἐὰν χρησιμεύσῃς, ἐργᾶται ἐν σοὶ, καὶ ἐὰν ὑστερήσῃς, καταθλίψει σὲ, quamdiu florenti rerum statu gaudebis, utetur opera tua et ministerio, te autem ad inopiam redactum affliget. Vulg. assumet te, sc. ad suam amicitiam ac familiaritatem. Syrus: colet te. Sir. XXIV, 30. οἱ ἐργαζόμενοι ἐν σοφίᾳ, qui operam dant sapientiae, s. vitam suam ad eius praecepta instituunt ac componunt. Ib. XXX, 13. ἐργάζεσθαι ἐν υἱῷ, operam dare filio instituendo et educando, i. q. παιδεύειν in antecedentibus. Ib. XXXIII, 25. ἐργάζεσθαι ἐν παιδὶ, servum opere imposito occupare et exercere, coll. v. 24. Sap. VIII, 6. ubi pro ἐργάζεται Grabius substituit ἐράζεται, amatur, cuius verbi rarior ac solis fere poetis receptus usus in causa ei fuisse videtur, ut in ἐργάζεται perperam transferretur.

'ΕΡΓΑΖΟΜΑΙ 'ΑΜΙΣΘΙ ΚΑΙ 'ΑΣΙΤΙ, operor sine mercede et cibo. לָקַשׁ Pih. sero, colligo, vindemio. Iob. XXIV, 6. ἀμπελῶνας ἀσεβῶν ἀμισθὶ καὶ ἀσιτὶ εἰργάσαντο, in vineis impiorum sine mercede et cibo operati sunt. Alii quoque Intt. h. l. de labore pauperum explicarunt, ad quem ab impiis coguntur. Vide ad h. l. Dathium.

ΕΙ'ΡΓΑΣΜΕ'ΝΟΣ, fabricatus. עָשׁוֹת, sing. nitidus. Ez. XXVII, 19. σίδηρος εἰργασμένος, ferrum fabricatum: ubi nonnullis legisse videntur עָשׂוּי.

'ΕΡΓΑΛΕΙ'ΟΝ, instrumentum artificum, quo ad exercendam artem suam utuntur, aut omnino instrumentum, sc. quo ad opus faciendum utimur. כְּלִי, vas, instrumentum.

Ex. XXXIX, 42. – *מַשָּׂא, *onus.* Num. IV, 27. sec. *Oxon.* *κατὰ πάντα τὰ ἐργαλεῖα δι' αὐτῶν.* – עֲבֹדָה, *opus.* Ex. XXVII, 19.

'ΕΡΓΑΣΙ'Α, *operatio, opus, negotiatio.* *בַּעֲבוּר *propter.* *Symm.* Gen. III, 17. *ἐν τῇ ἐργασίᾳ σου* (h. e. dum illam *colis*: nam vox *ἐργασία* h. l., ut alias saepe, de *agricultura* adhibetur.), ubi pro בַּעֲבוּרְךָ legit בַּעֲבֹדְךָ. *Vulg.* in *opere tuo.* – מְלָאכָה, *opus, negotium.* Exod. XXXVIII, 24. Lev. XIII, 51. et alibi saepius. – מַעֲשֶׂה. Exod. XXVI, 1. Num. XXXI, 20. 1 Sam. XXV, 2. *ἡ ἐργασία αὐτοῦ* sec. *Compl.* seu potius *Inc. Int.* ubi alii *τὰ ποίμνια* habent. Scilicet vox hebr. notat metonymice *omne, quod est labore paratum et acquisitum*, speciatim *pecudes*, et sic quoque *ἐργασία* h. l. accipiendum est. Ion. I, 8. *τίς ἡ ἐργασία σου*; quaenam est *ars* tua? vel quodnam *vitae institutum* sequeris? Eodem modo מַעֲשֶׂה quandoque *negotium* vel *vitae genus* notat, v. c. Gen. XLVI, 30. et XLVII, 3. – עֶבֶד, *servus*, it. *opus.* Cohel. IX, 1. – עֲבֹדָה. Gen. XXIX, 26. 2 Par. XXIV, 12. et alibi. – בְּעֶצְיוֹן, ubi sequitur גֶּבֶר, *in Ezeon Geber*, quod est nomen loci ad mare erythraeum, unde perperam fabricarunt *ἐργασία γάβερ*, pro quo alii habent *ἐν ἀσιὼν*, vel *εἰς γαιζιών.* 1 Reg. IX, 26. 2 Par. XX, 37. – פֹּעַל, *opus.* Ruth. II, 12. Ies. I, 31. XLI, 24. *Theod.* Ies. XLV, 11. et Prov. XX, 11. – פְּעֻלָּה, idem. 2 Par. XV, 7. – *רֶכֶב, *currus.* Nah. II, 13. Loco רִכְבָּה legerunt רַבָּה, extrito Caph. Sir. VII, 14. *ἐπίπονον ἐργασίαν*, ubi *ἐργασία* notat: *opificium, quo exercendo victus paratur.* De *opere arte facto* usurpatum legitur Sap. XIII, 12. et XIV, 20. ac de *quovis munere et ministerio* 3 Esdr. VIII, 49. עֲבֹדָה, coll. Esdr. VIII, 21. Sir. VI, 20. *ἐν γὰρ τῇ ἐργασίᾳ αὐτῆς ὀλίγον κοπιάσεις*, molestum tibi primum erit et difficile negotium *acquirere* tibi ac *comparare* sapientiam veram. Cf. *Graevium* ad *Hesiod.* *ἔργ.* v. 43.

'ΕΡΓΑΣΙΜΟΣ, *qui elaborari potest*, vel: *quo quem operari licet, elaboratus*, it. *operi destinatus.* מְלָאכָה, *opus, negotium.* Lev. XIII, 48. *ἐν παντὶ ἐργασίμῳ δέρματι*, in omni pelle, *quae elaborari potest.* – מַעֲשֶׂה, idem. 1 Sam. XX, 18. *τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐργασίμῃ.* *Vulg.* *die, qua operari licet*, scil. secundum legem Mosaicam. Latini *diem profestum* dicunt, nostrates *Werkeltag.* *Al.* Ez. XLVI, 1. *ἡμέρας τὰς ἐργασίμας.* Sic quoque *Compl.*

agendas, robur. Sap. XIII, 19. *τὸν ἀδρανέστατο*
εὐδράνειαν αἰτεῖται, ab illo, quod nihil valet ma
seu *prosperum rerum successum* petit. *Gloss. MS*
του: εὐδράνειαν, ἰσχύν. Hesych. εὐδράνεια, ἰσχύς

* *ΕΥ'ΕΙΔΗ'Σ, venustus, speciosus forma*
bonus specie, h. e. *formosus.* Dan. I, 4. sec. C
ἐνειδὴς sine dubio reponendum est *εὐειδής*, mo
Romanis editoribus in praef. pag. XVIII. *Theo*
καλὸς τῇ ὄψει. Suidas: εὐειδής, ὁ κατὰ θεωρίαν κα
εὐειδέα, εὔμορφα. Magis vero ad *Danielis* l. l.
Mag. εὐειδής, ὁ τὸ εἶδος τοῦ σώματος κάλλιστ
καλὸς δὲ ὁ τὴν ὄψιν ἀστεῖος. Vide *Wesseling.*
III, 1.

ΕΥ'ΕΚΤΕΙ͂Ν ΠΟΙΕ'Ω, bene habere vel
הֵיטִיב גֵּהָה, *bonam medicinam facio.* Prov. XVI
εὐφραινομένη εὐεκτεῖν ποιεῖ, cor, quod laetitia
valere facit. Hes. et *Lex. Cyrilli MS. Brem. εὐεκ*
ὑγιαίνει.

ΕΥ'ΕΛΠΙΣ, *qui est bonae spei.* תִּקְוָה, *exspectatio.* Prov. XIX, 18. *παίδευε τὸν υἱόν σου, οὕτως γὰρ ἔσται εὔελπις:* ubi *εὔελπις eum* notat, *de quo bene existimari sperarique potest, qui bonam de se spem affert.* Apud GG. notat *eum, qui bene sperat.* Vide *Plat. Alcib.* I. princ. *Apol. Socr.* cap. 35. *Xenoph. Ages.* 8, 2. et *Aeschyl. Prom.* 509. Sap. XII, 19. *εὐέλπιδας ἐποίησας, bonae spei* fecisti. 3 Maccab. II, 33. *Dio Cass.* pag. 352. ed. *Reim.* hortor *πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας εἶναι.*

ΕΥ'ΕΞΙ'Α, *bonus corporis habitus, robur, valetudo.* Sir. XXX, 14. *ὑγιεία καὶ εὐεξία βελτίων παντὸς χρυσίου*, sanitas et *bonus corporis habitus* melior omni auro. *Hesych. εὐεξία, ὑγιεία, εὐφυΐα. Suidas: εὐεξία, εὐρωστία σώματος. εὐεξία δέ ἐστιν ἐπιτεταμένη ὑγεία, ἀκρότης ὑγείας εὐεξία. Lexic. Cyrilli MS. Brem. εὐεξία, εὐρωστία, ὑγεία σώματος.* De robusto athletarum habitu vocem hanc solemnem esse ostendit *Spanhemius Observ. ad Iulianum* p. 101. seq.

ΕΥ'ΕΡΓΕΣΙ'Α, *beneficentia, beneficium.* גְּמוּל, *retributio, collatio, eaque vel boni vel mali. Symm.* Ps. CII, 2. Vide s. v. *εὐεργετέω.* – עֲלִילָה, *opus*, seu *actio*, in bonam et malam partem. Ps. LXXVII, 14. Vide et Sap. XVI, 11. 24. 2 Macc. VI, 13. IX, 26.

ΕΥ'ΕΡΓΕΤΕ'Ω, *benefacio.* גָּמַל, *rependo*, etiam *benefacio.* Chald. גְּמָלָא, *beneficium.* Cf. et arab. جَمَلَ in Conj. II. Ps. XII, 6. CXIV, 7. Adde *Symm.* et *Inc.* Ps. CXLI, 8. *Symm.* Ies. LXII, 7. et Prov. XI, 17. – גָּמַר, *perficio.* Psalm. LVI, 3. ubi non גָּמַל legerunt. Vide s. v. *ἀνταποδίδωμι.* – *עָשָׂה טוֹב, *facio bonum, benefacio. Symm.* Ps. CXVIII, 65. Psalm. L, 20. *Symm.* 1 Sam. II, 32. Sap. III, 5. *μεγάλα εὐεργετηθήσονται*, magnis beneficiis afficientur. Vide et Sap. XI, 6. 14.

ΕΥ'ΕΡΓΕ'ΤΗΜΑ, *beneficium.* 2 Macc. V, 20.

ΕΥ'ΕΡΓΕ'ΤΗΣ, *benefactor, bene meritus.* Sap. XIX, 13. 2 Macc. IV, 2. *τὸν εὐεργέτην τῆς πόλεως, bene meritum* de urbe. Similiter *Hercules Isocrati Orat.* ad *Philipp.* pag. 190. dicitur *ἁπάσης τῆς ἑλλάδος εὐεργέτης. Hesych. εὐεργέτης, ἀγαθοποιός.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΕΥ'ΕΡΓΕΤΙΚΟ'Σ, *beneficus.* Sap. VII, 22. *ἔστι γὰρ ἐν σοφίᾳ πνεῦμα εὐεργετικόν.*

ΕΥ'ΖΩΙ'Α, *prosperitas.* גָּד, *prosperitas. Aqu.* Genes. XXX, 11. ubi tamen nonnullis legendum videtur vel *ἡ ζῶσις* (*venit cinctus*) vel *εὐζωνία, bona armatura.* Vide s. *εὐζωνίζω* et *εὔζωνος. Hesych. εὐζωΐα, καλὴ ζωή.*

ΕΥΖΩΝΙ'ΖΩ, *accingo.* גָּדַד, *turmatim convenio et aggredior. Aqu.* Genes. XLIX, 19. εὐζωνιεῖ, et postea εὐζωνισθήσεται.

ΕΥ'ΖΩΝΟΣ, *accinctus, bene armatus, expeditus.* חָלוּץ, part. Pah. *lectus in exercitum.* Ios. IV, 13. εὔζωνοι εἰς μάχην, *bene armati* ad pugnam. *Hesych.* εὔζωνοι, εὔοπλοι, ἔνοπλοι. *Suidas:* εὔζωνοι, ἔνοπλοι, ἢ οἱ μὴ ἔχοντες φορτία κ. τ. λ. – חֲמֻשִׁים, plur. *quini, quino ordine incedentes.* Ios. I, 14. – גְּדוּד, *turma, agmen. Al.* Gen. XLIX, 19. εὔζωνος, significatione fortasse petita a rad. chald. אזר, *ligavit, colligavit.* Sic et *Aquila* eandem vocem Gen. XXX, 11. per εὔζωνον reddit, quod *Hieronymus Onom. Vrb.* v. Gedud *expeditum* vel *accinctum* interpretatur. Conf. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. V. c. 17. pag. 671. Adde *Aqu.* 1 Sam. XXX, 8. 2 Sam. III, 22. sec. *Coisl.* 2 Sam. IV, 2. ubi loco εὔζωνοι scribendum est εὐζώνων, ita ut ἄρχοντες omissum sit. Idem Hos. VI, 9. *Hesych.* εὔζωνος, εὔσταλος, μὴ ἔχων φορτίον. *Phav.* εὔζωνοι, εὔοπλοι, ἢ εὔζωνοι καὶ μονόζωνοι, οἱ εὐσταλεῖς καὶ κοῦφοι στρατιῶται, καὶ μὴ κατάφρακτοι. Cf. *Suiceri Thes.* T. I. p. 1307.

ΕΥΗ'ΘΗΣ, *bonis moribus praeditus, simplex,* it. *stultus.* 2 Maccab. II, 33. *Hesych.* εὔηθες, ἁπλοῦν, μωρὸν, ἀνόητον, ἀσύνετον. Conf. *Intt.* ad *Luciani Tim.* pag. 72. et *Aelian. V. H.* III, 17. XIV, 28.

ΕΥΗ'ΚΟΟΣ, *bene audiens, obediens.* שֹׁמַעַת, part. *audiens.* Prov. XXV, 12. εὐήκοον οὖς. Adde Epist. Ierem. 51. ἄστρα εὐήκοα.

* *ΕΥΗΛΑΤΕΥ'Ω.* Habent hanc vocem a *Bielio* omissum codices Basileenses Deut. XXIX, 20. pro hebr. סָלַח, *parcere,* quam *Eugubinus* suppositam dicit pro ἐλεεῖν, sed reponendum ibi est εὐιλατεύειν.

ΕΥΗΜΕΡΕ'Ω, proprie *bonos dies habeo, dies feliciter transigo,* deinde *prospere ago, bene rem gero.* 2 Maccab. XIII, 16. ἐξέλυσαν εὐημεροῦντες. *Vulgatus: rebus prospere gestis abierunt.* Ibid. XII, 11. Legitur praeterea 2 Macc. VIII, 35. ubi tamen in *Alex.* et *Compl.* perperam scriptum est εὐημερηκὼς, pro δυσημερηκὼς vel δυσημερήσας. Adde *Aelian. V. H.* XIII, 38. et quae ex *Hyperide* affert *Suidas* in v. εὐημερήσαντες.

ΕΥΗΜΕΡΙ'Α, proprie: *serenitas diei, commoda coeli temperies,* deinde: *felicitas, prosper rerum successus.* 2 Macc. V, 6. VIII, 8. X, 28. XIV, 14. De *rebus bene gestis* s. *victoria* legitur 3 Macc. III, 11. *Hesych.* εὐημερία, εὐδαιμονία. Cf. *Spanhemium* in *Callim.* p. 743. et *Perizon.* ad *Aelian. V. H.* XIII, 38. sub fin.

ΕΥ'ΗΧΟΣ, *bene sonans, bonam vocem habens, sonorus, canorus.* שִׂיחַ, *frutex,* it. *colloquium.* Iob. XXX, 7. ubi εὔηχοι, sc. τόποι, mihi sunt *sylvae, in quibus est magna resonan-*

tia. Verba sunt *ἀναμέσον εὐήχων βοήσονται*, ad quae pertinent, quae in editione latina sub asterisco leguntur: *et inter arbores clamabunt.* - שֵׁמַע, *auditus.* Ps. CL, 5.

ΕΥΘΑΛΕΩ, floreo, viresco. רַעֲנַן, chald. *virens, viridis. Incert. et Theodotion* Dan. IV, 1. *εὐθαλῶν. Symmach. εὐθαλήσει.*

ΕΥΘΑΛΗΣ, floridus, bene virens, seu *pullulans.* רַעֲנָן, *viridis. Symm.* Ps. LI, 10. Ez. VI, 13. (ubi tamen incertum est, annon potius *εὐθαλὴς* ad עֲבֻתָּה, *implicata, frondosa,* referendum sit). *Aqu.* Deut. XII, 2. Cant. I, 16. - שַׁפִּיר, chald. *pulcher.* Dan. IV, 18.

ΕΥΘΑΡΣΕΩ, confido. בָּטַח, idem. *Symm.* Ps. XC, 2. - *חָסָה, *confisus sum. Symmach.* Ps. LX, 5. sec. *Heracleotam* in *Catena PP. GG.* T. II. pag. 197. *Aeschyl. Sept. c. Theb.* v. 53.

ΕΥΘΑΡΣΗΣ, confidens, audax, ferox, ferociens. לֹהֲטִים, *ardentes,* metaph. *irascentes, ignem quasi et flammam spirantes. Symm.* Psalm. LVI, 4. *εὐθαρσῶν,* sc. *λεόντων. Bielius* perperam h. v. pro participio vocis *εὐθαρσέω* habuit. *Colbertinus* unus exhibet *εὐθαρσὴς ὤν.* Conf. ad h. l. *Montf.* 3 Esdr. VIII, 30. *εὐθαρσὴς γίνομαι, bona fiducia plenus reddor.* Respondet hebr. הִתְחַזֵּק. Esdr. VII, 28. 2 Macc. VIII, 21. Adde *Aeschyl. Agam.* v. 939.

ΕΥΘΑΡΣΩΣ, confidenter, audacter. 2 Macc. VII, 10.

ΕΥΘΕΤΕΩ, appositus, utilis sum. כָּשֵׁר, *rectus sum. Aqu.* Cohel. XI, 6. *εὐθετήσει.* Vsus est hac voce *Theophrastus hist. plant.* lib. I. cap. 1. de *incremento* plantarum et animantium, ubi vid. *Scaliger.*

ΕΥΘΕΤΟΣ, bene positus, aptus, idoneus, opportunus. מְצֹא, infin. *invenire.* Ps. XXXI, 7. *ἐν καιρῷ εὐθέτῳ,* tempore *opportuno.* Non male quoad sensum. Fortasse tamen scripserunt *εὑρετῷ.* Susann. v. 15. *παρατηρεῖν ἡμέραν εὔθετον,* observare diem *opportunum.* Ita et *Diodorus Siculus* lib. IV. p. 265. *καιρὸν εὔθετον* appellat *tempus opportunum.*

ΕΥΘΕΩΣ, statim. פִּתְאֹם, *subito, statim.* Iob. V, 3. - *עַתָּה, *nunc. Ed. Quinta* Hos. VIII, 10. Sic quoque *νῦν* usurpatur in N. T. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΕΥΘΗΝΕΩ, abundo, exubero, fertilis sum, feliciter ago. פָּרָה, *fructifico.* Ps. CXXVII, 3. *ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα,* uxor tua sicut vitis *frugifera.* - צַאֲנָן, *Tzaanan,* Iudae quoddam oppidum. *Aqu.* aut *Symm.* Mich. I, 11. *εὐθηνοῦσαν* s. *εὐθενοῦσαν.* Sic enim pro *εὐσθενοῦσαν* apud *Cyrillum* legendum esse bene iudicat *Bochartus Hieroz.* P. I. lib. II. c. 43. p. 452. eiusque emendationem confirmat *Eusebius* de *loc. hebr.* v. *Σενναάρ.* Legit autem uterque שַׁאֲנָן. - - *רַעֲנַן, chald. *fertilis, virens, florens.* Dan. IV, 1. sec. *Chis.* - *שַׁאֲנָן, *tranquillus.* Ps. CXXII, 5. et *οἱ λοιποὶ* Ies. XXXII, 9.

γυναῖκες εὐθηνοῦσαι. *Aqu.* III, 18. - שָׁוָה, Pih. *dispono.* Hos. X, 1. ὁ καρπὸς εὐθηνῶν αὐτῆς, fructus eius *abundans.* Sic *Aeliano V. H.* XIII, 1. ἄμπελοι πάνυ σφόδρα εὐθενούντων (hoc idem quod εὐθηνούντων. Vide notas *Perizonii* et *Gronovii.*) βοτρύων. - שָׁלָה, *tranquillus sum.* Thren. I, 6. - שָׁלֵו: שָׁלֵיו, *tranquillus.* Iob. XXI, 23. ὅλος δὲ εὐπαθῶν καὶ εὐθηνῶν, totus vero bene se habens ac *feliciter agens.* *Hesych.* εὐθηνῶν, εὐδαιμονῶν, πλουτῶν. Vide et Ps. LXXII, 12. *Al.* Zach. VII, 7. - שָׁלוֹם, *pax.* Iob. XXI, 9. εὐθηνοῦσι, ubi *Middeldorpf.* in *Curis Hex. in Iobum* p. 58. e *cod. Syr. Hex.* reponere mavult εὐθύνουσι, quemadmodum Ps. CXXII, 4. pro εὐθηνοῦσι ipsi legendum videtur εὐθύνουσι, et Ps. CXXVII, 5. εὐθύνουσα, et Thren. I, 5. pro εὐθηνοῦσαν restituendum εὐθύνουσαν auctoritate *Cod. Syriaci.* - שִׁנְאָן, *iteratio.* *Al.* Ps. LXVII, 18. εὐθηνούντων. Legerunt שַׁאֲנָן, quae vox *eos* significat, *qui omnibus bonis abundant.* *Hieron. millia abundantium.* Latinus interpres, qui habet *laetantium*, videtur nonnullis legisse εὐθυμούντων. - שָׁתַל, *planto.* Ier. XVII, 8. ὡς ξύλον εὐθηνοῦν παρ' ὕδατα, sicut arbor plantata ad aquarum rivos, quae pinguescit et uberes fructus profert, coll. Ps. I, 3. Sensum expresserunt.

ΕΥ'ΘΗΝΩ'Ν ΕΙ'ΜΙ', felix, tranquillus sum. הֲוָה שְׁלֵה, idem, chald. Dan. IV, 1.

ΕΥ'ΘΗΝΙ'Α, abundantia, ubertas, spec. *anni, copia, felicitas.* רְנָנָה, *cantus,* etiam: *obiectum cantus et laetitiae.* *Symm.* Iob. XX, 5. - שָׂבָע, *saturitas.* Gen. XLI, 29. εὐθηνία πολλή, magna *fertilitas.* Vide et v. 31. 34. 47. 53. *Glossae Philoxeni:* εὐθηνία. (Sic enim legendum iudice *Bocharto Hier.* P. I. l. II. c. 43. pag. 432. pro εὔθληνα.) *copia, ubertas, annona, abundantia, merges.* *Iul. Poll. Onom.* I, 51. - שָׁלָה, *tranquillus sum.* Ps. CXXI, 16. - שַׁלְוָה, *tranquillitas.* Ps. CXXI, 7. Dan. XI, 21. 24. *Al.* Ps. XXIX, 7. *Aqu. Symm.* Prov. I, 32. - שַׁלְוַת הַשְׁקֵט, *tranquillitas quietis.* Ezech. XVI, 49.

ΕΥ'ΘΗ'Σ, θὲς, placens. טוֹב, *bonus.* 2 Sam. XIX, 18. - יָשָׁר, *rectus,* et cum עֵינַיִם iunctum, *gratus, placitus.* Iud. XVII, 6. 2 Sam. XIX, 6. Ps. XXXII, 4. XCI, 15.

ΕΥ'ΘΙ'ΚΤΩΣ, convenienter, congrue. 2 Macc. XV, 38. *Hesych.* εὐθίκτως, εὐψηλαφήτως.

ΕΥ'ΘΡΑΥΣΤΟΣ, fractu facilis, fragilis. Sap. XV, 13. ὕλης γεώδους εὔθραυστα σκεύη, materiae fictilis *fragilia* vasa. *Hesych.* εὔθραυστος, ἀσθενέστερος.

ΕΥ'ΘΥΜΕ'Ω, bono, h. e. *hilari animo sum.* טוֹב לֵב, *bonus corde,* h. e. *hilaris.* *Symm.* Prov. XV, 15. εὐθυμῶν. Formulam hebr. de animi laeti suaque sorte contenti felicitate illustravit *Gataker.* de *stylo N. T.* c. 15. - שִׁנְאָן, *iteratio.* Ps. LXVII, 18. Legerunt שַׁאֲנָן.

ΕΥΘΥΜΙΑ, *animi tranquillitas*, *gaudium*. גִּיל, *exultatio*. *Symm*. Ps. XLII, 4. Suspecta mihi est h. l. vox εὐθυμία. *Vulg*. *qui laetificat iuventutem meam*. Scil. גִּיל habet hanc notionem. Confer Dan. I, 10. – שַׁלְוָה, *tranquillitas*. Psalm. XXIX, 7. – שָׂשׂוֹן, *gaudium*. *Symm*. Psalm. L, 10. *Hesych*. εὐθυμία, εὐθυμοσύνη, ἀμεριμνία, χαρά. Cf. *Aelian*. *V*. *H*. XIII, 26. et XIV, 6. ac *Senecam* de *tranquillitate animi* c. 2.

ΕΥΘΥΜΟΣ, *qui bono animo est*, *hilaris*, *tranquillus*. 2 Macc. XI, 26. *Hesych*. εὔθυμος. καλόψυχος, εὔψυχος.

ΕΥΘΥΝΗ, *poena*. 3 Macc. III, 28. *Suidas*: εὐθύνας, δίκας, τιμωρίας.

ΕΥΘΥΝΩ, *rectus sum*, it. *dirigo*, *corrigo*, *rectum facio*, *punio*, et εὐθύνομαι, *rectus*, *bonus*, *pulcher videor*. הִבִּיט Hiph. a נָבַט, *respicio*. *Aqu*. *Theod*. Prov. IV, 25. ubi εὐθύνειν de oculis usurpatum notat: *in rectum dirigere*. – הִטָּה Hiph. a נָטָה, *inclino*. Num. XXII, 25. verberabat asinam τοῦ εὐθῦναι αὐτὴν ἐν τῇ ὁδῷ, *ut corrigeret illam in via*, h. e. *ut in rectam viam reduceret*. Ios. XXIV, 23. εὐθύνατε τὴν καρδίαν ὑμῶν πρὸς κύριον, *convertite* animos vestros ad dominum. – יָשַׁר, *rectus*, *planus sum*. 1 Sam. XVII, 20. ηὐθύνθη τὸ ῥῆμα ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, *placuit* ei res. Ib. v. 26. ηὐθύνθη ὁ λόγος ἐν ὀφθαλμοῖς, conditionem illam *lubenter accepit*. *Al*. Iud. XIV, 7. ηὐθύνθη ἐν ὀφθαλμοῖς Σαμψὼν, *bona vel pulchra videbatur in oculis Samsonis*, vel *placebat* Samsoni; ubi *Theod*. et LXX habent: ἤρεσεν ἐνώπιον ὀφθαλμῶν. – שַׁאֲנַן Pih. *tranquille ago*. *Aqu*. Iob. III, 18. εὐθύνησαν, pro quo fortasse legendum εὐθήνησαν. Vide supra s. v. εὐθηνέω. – *שַׁלְאֲנָן, *quietus*. *Theod*. Iob. XXI, 23. εὐθυνῶν, ubi non dubito, quin rescribendum sit εὐθηνῶν. *Vulg*. *dives*. – שָׁלָה, *tranquillus sum*. Ier. XII, 1. εὐθύνουσαν πάντες. Hic alii, et quidem rectius, uti videtur, habent εὐθύνησαν. Sir. II, 2. εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, *dirige* cor tuum, sc. ad legem et voluntatem Dei, s. submitte te voluntati divinae. Confer *Spicilegium* meum II. p. 79. Ibid. v. 6. et VI, 18. ubi εὐθύνειν est *emendare*. 3 Macc. II, 17. μηδὲ εὐθύνῃς ἡμᾶς ἐν βεβηλώσει (τούτων), neque *punias* nos pollutione horum. *Hesych*. εὐθῦναι, ἐξετάσαι, διορθῶσαι. Idem: εὐθύνει, διοικεῖ, ἐλέγχει, ζημιοῖ, κυβερνᾷ. Idem: εὐθύνονται, κρίνονται, ἐρωτῶνται, δίκας εἰσπράττονται, ἢ ἀπαιτοῦνται, ἢ ἡνιοχοῦνται. *Suidas*: εὐθῦναι, ὀρθῶσαι.

ΕΥΘΥΣ, *rectus*, *planus*, *iustus*. בַּר, *purus*. Psalm. LXXII, 1. – *הִנֵּה, *ecce*. *Symm*. 2 Sam. III, 22. εὐθύς. *Vulg*. *statim*. – *חַי, *vivus*. Prov. II, 19. τρίβους εὐθείας, אָרְחוֹת חַיִּים: ubi non aliter legerunt. Certe hoc sensu formula *viae vitae* in Proverbiis aliquoties occurrit. – *טוֹב, *bonus*. 2 Sam. XIX, 18. – יָשָׁר, *rectus*, *planus*. Ios. X, 15. ἐπὶ βιβλίῳ τοῦ

εὐθοῦς, in libro *iustorum*. 1 Reg. XIV, 8. sec. *Hex. Vulg. quod placitum esset*. Ps. CVI, 42. CX, 1. Prov. II, 21. Conf. *Drusii Obss.* l. VIII. c. 4. Prov. XX, 14. εὐθεῖα ἡ ὁδός. Hos. XIV, 10. *Theod.* Prov. XX, 1. ubi εὐθὺς positum est pro εὐθεῖα. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – יָשַׁר: יָשַׁר, Kal et Pih. 2 Sam. XVII, 4. 1 Par. XIII, 4. Ies. XLV, 13. *Al.* αὕτη εὐθεῖα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, h. e. haec *placet* oculis meis. – יֹשֶׁר, *rectitudo*. Ps. XXIV, 22. Prov. II, 13. – *יְשֻׁרוּן, nomen proprium, *Ieschurun*. Οἱ λοιποὶ sec. *Hieronymum*. Ies. XLIV, 2. – מִישׁוֹר, *rectitudo*. Ps. XXVI, 17. Ies. XL, 4. ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, sc. ὁδόν. Ies. XLII, 16. *Aqu.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. IV, 45. – מֵישָׁרִים plur. idem. Ps. LVII, 1. Ies. XXVI, 7. XXXIII, 15. *Symm.* Cant. I, 4. *Aqu. Symm.* Prov. XXIII, 16. – נֶגֶד, *coram*. Gen. XXXIII, 12. ἐπ' εὐθεῖαν, sc. ὁδόν, *via recta*. – נֹכַח, idem. Ez. XLVI, 10. κατ' εὐθὺ αὐτῆς ἐξελεύσονται, via eius *recta* egredientur. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* κατ' εὐθύ, κατ' εὐθεῖαν. *Symm.* Prov. IV, 25. εἰς τὸ εὐθύ, et Prov. VII, 9. *Suidas*: εὐθύ, κατευθύ, καὶ κατ' ἐναντίον, ἐπ' εὐθείας. – נְכֹחָה foem. ex נָכֹחַ, *rectum*, *aequitas*. Ies. LIX, 15. – נָכוֹן part. Niph. a כּוּן, *firmus*. Ps. L, 11. LXXVII, 41. – נִתְכַּן Niph. *rectus sum*. Ezech. XXXIII, 17. 20. – שְׁפִי, *clivus*. Num. XXIII, 3. (ubi εὐθεῖαν praecise dictum est pro κατ' εὐθεῖαν χώραν, *in planam regionem*) et Ierem. III, 2. In utroque loco respexerunt ad syriacam vocis significationem, ubi ܦܫܝܛ est *rectus*, *planus*. – תָּמִים, *integer*, *perfectus*. *Aqu.* Prov. XXVIII, 10.

ΟΥ'Κ ΕΥ'ΘΥ'Σ, *non rectus*. יָרַט, *declino*, *diverto*. *Al.* Num. XXII, 32.

ΕΥ'ΘΥ' ΠΟΙΕ'Ω, *rectum facio*. יָשַׁר Pih. idem. Ies. XL, 3. *Symm.* Prov. III, 6.

*ΕΥ'ΘΥΣΜΟ'Σ. שׁוּר, nomen proprium, *Sur*. Ἄλλοι sec. *Montf.* Gen. XVI, 7. Sed, ut recte observavit *Scharfenbergius* ad h. l., *scholion ed. Rom.* τεῖχος ἢ εὐθυσμός, unde haec desumta sunt, continet verba *Philonis*, qui *libr. de profugis* p. 479. ed. *Francof.* habet: τεῖχος δὲ ἢ εὐθυσμὸς ἑρμηνεύεται Σοὺρ.

*ΕΥ'ΘΥ'ΤΑΤΟΣ. יְשֻׁרוּן nomen propr. *Ieschurun*. Οἱ λοιποὶ Ies. XLIV, 2. sec. *Hieronymum*.

ΕΥ'ΘΥ'ΤΗΣ, *rectitudo*, *integritas vitae*. אֱמֶת, *veritas*, *pietas*. Ios. XXIV, 14. – זָכוּ chald. *puritas*. Dan. VI, 22. – יָשָׁר, *rectus*. Ps. X, 8. ubi pro יָשָׁר legisse videntur ישר cum *Vulgato* et *Syro* Int. Idem valet de locis Ps. XXXVI, 39. et CX, 7. – *יֹשֶׁר. 1 Reg. IX, 4. Ps. CXVIII, 7. Cohel. XII, 10. γεγραμμένον εὐθύτητος (Lege: γεγραμμένους εὐθύτητος, sc. μετα, pro εὐθὺ) λόγους ἀληθείας. – יְשָׁרָה foem. ex יָשָׁר. 1 Reg. III, 6. – *כּוֹשָׁרוֹת, *loca omnibus rebus affluentia*.

Theod. Ps. LXVII, 7. ἐν εὐθύτησιν. Scil. כָּשֵׁר in l. Syr. notat *felicem, prosperum esse:* hinc כּוֹשָׁרָה est *felicitas.* Symbolum felicitatis autem est dimissio e captivitate apud Hebraeos. Potest tamen haec versio quoque illustrari e notione *rectus fuit*, quam tribuit voci כָּשֵׁר *Simonis* p. 837 sequ. Vincti sedent incurvati, vinculis autem liberati iterum eriguntur, et erecti sedere ac incedere valent. – *מֵישָׁר. Οἱ λοιποὶ Prov. I, 3. ubi errat *Montfauconus,* quando eos vel מֵישָׁרִים legisse, vel ob vocis affinitatem ita vertisse statuit. Nam מֵשָׁרִים est idem vocabulum, modo defective scriptum. - מִישׁוֹר. Psalm. XXV, 12. XLIV, 8. LXVI, 4. - מֵישָׁרִים plur. Ps. IX, 8. ἐν εὐθύτητι, *recte, iuste.* Ps. LXXIV, 2. ἐγὼ εὐθύτητα (pro κατ' εὐθύτ.) κρινῶ, ego *recte* s. *iuste* iudico. Cant. I, 3. ubi εὐθύτης positum est pro εὐθεῖς. Adde *Symm.* et *LXX* Cant. VII, 9. εἰς εὐθύτητας. *Vulg. ad potandum.* Bene quoad sensum. Sermo enim ibi est de vino, quod facile delabitur per guttur. - נָכוֹן part. a כּוּן, *firmus. Theod.* Iob. XLII, 7. - *שְׁרִירוּת, *pertinacia. Theod.* Ier. XI, 8. ubi εὐθύτης est sensu malo *pertinacia*, quando aliquis a directione, quam semel elegit, averti se non patitur. *Vulg.* habet: *in pravitate. Aqu.* ac *Theod.* Ib. XIII, 10.

ΕΥΙΛΑΤΕΥΩ, *propitius sum, condono, ignosco.* סָלַח, idem. Deut. XXIX, 20. οὐ μὴ θελήσει ὁ θεὸς εὐϊλατεύειν αὐτῷ, neutiquam vult Deus illi *propitius esse. Hesych.* εὐϊλατεύειν, εὐμενῆ εἶναι. Conf. Iudith. XVI, 13. Ps. CII, 3. τὸν εὐϊλατεύοντα πάσας τὰς ἀνομίας σου, condonantem omnia peccata tua. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εὐϊλατεύειν, συγχωρεῖν, ἀφιέναι. *Phavor.* εὐϊλατεύοντα, εὐμενῆ ὄντα, εὐσυμπάθητον, ἐλεοῦντα. *Photius* Lex. c. 30. εὐϊλατεύειν, εὐμενῆ εἶναι.

ΕΥΙΛΑΤΟΣ, *condonans, propitius.* נֹשֵׂא part. idem. Ps. XCVIII, 9. οὐ εὐΐλατος ἐγίνου αὐτοῖς, tu *propitius* factus es illis. 3 Esdr. VIII, 55. εὐϊλάτου ἐτύχομεν, nacti sumus *propitium Dominum.* In hebr. Esdr. VIII, 27. יֵעָתֵר לָנוּ, *exorabilis fuit nobis.*

ΕΥΚΑΙΡΙΑ, *opportunitas temporis.* עֵת, *tempus.* Ps. IX, 9. ubi ἐν εὐκαιρίαις cum βοηθὸς coniungendum est, non cum καὶ θλίψει, ut *Clemens Alex.* fecit, qui h. v. de *prosperitate* accepit, cum potius cum *Vulgato* de *opportunitate* explicandum sit. Ib. v. 22. Ps. CXLIV, 16. *Symm.* Cohel. IX, 12. Sir. XXXVIII, 26. ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς, per *opportunitatem* otii, sc. quaerenda et comparanda est. Adde 1 Macc. XI, 42.

ΕΥΚΑΙΡΟΣ, *opportunus, tempestivus.* עֵת, *tempus.* Ps. CIII, 28. Vide et 2 Macc. XIV, 29. XV, 20.

ΕΥΚΑΙΡΩΣ, *tempestive, opportune.* Sir. XVIII, 22.

**ΕΥΚΑΤΑΛΛΑΚΤΟΣ*, *valde placabilis, admodum benignus.* Opponitur δυσκατάλλακτος. 3 Macc. V, 13. τὸν εὐκα-

τάλλακτον θεὸν, Deum *valde placabilem.* Adv. εὐκαταλλάκτως legitur apud *Schol. Soph. Aiac.* v. 1565.

ΕΥΚΑΤΑΦΡΟΝΗΤΟΣ, *contemtus, qui facile contemnitur, merito contemnendus.* בָּזוּי part. Pah. idem. Ier. XLIX, 14. – *נִבְזֶה, *despectus.* Dan. XI, 21. sec. *Chis. Alciphr.* II, 5.

ΕΥΚΕΡΑΙΟΣ, *simplex.* Esther. XVI, 16. εὐκέραιον εὐγνωμοσύνην, *simplicem* benevolentiam.

ΕΥΚΙΝΗΤΟΣ, *mobilis, agilis, qui facile movetur.* Sap. VII, 2. πνεῦμα εὐκίνητον. Sap. XIII, 11. εὐκίνητον φυτὸν, lignum bene mobile, quod facile obediat manui artificis. *Gloss. in Sap. Sal.* εὐκίνητον, ὅπου θέλει γινόμενον.

*ΕΥΚΛΑΔΟΣ, *bene ramis aut germinibus praeditus, procerus, laete germinans.* יְפֵה נוֹף, *pulcher climate. Ed. Vta* Ps. XLVII, 3. εὐκλάδῳ, *pulchris ramis praedito:* ubi loco נוֹף legit sine dubio נִיב, a נוּב, *progerminare. Suidas:* εὔπτορθον, εὔκλαδον.

ΕΥΚΛΕΗΣ, *gloriosus, celebris.* עֹז, *robur.* Ierem. XLVIII, 17. βακτηρία εὐκλεής. Sap. III, 15. καρπὸς εὐκλεής. *Gloss. Brem.* εὐκλεής, ἔνδοξος.

ΕΥΚΛΕΙΑ, *gloria, celebritas.* Sap. VIII, 18. 2 Macc. VI, 19. *Hesych.* εὔκλεια, εὐδοξία, ἐνδοξότης. *Suidas:* εὔκλεια, δόξα.

ΕΥΚΛΗΜΑΤΕΩ, *palmitibus luxurio, frondeo, bonas propagines habeo.* בָּקַק, *evacuo,* et sec. arabismum (بَقَّ) *multam prolem edo.* Hos. X, 1.

ΕΥΚΟΛΟΣ, *facilis, expeditus, promtus.* נְכֹחָה, *rectum.* 2 Sam. XV, 3. ἰδοὺ λόγοι σου καλοὶ καὶ εὔκολοι. Scil. quod recta ad scopum ducit, id non difficile est effectu. Bene itaque h. l. LXX interpretati sunt, ubi de consiliis sermo est.

ΕΥΚΟΠΙΑ, *facilitas.* 2 Macc. II, 26. *Diod. Sic.* pag. 22, 25.

ΕΥΚΟΠΟΣ, *facilis.* *נְכֹחִים, *recti, recta. Inc.* Prov. VIII, 9. ubi e coniectura *Montfauconii* loco εὔκοπα legendum est εὔσκοπα, quia ea, quae e regione posita sunt, facile conspici possunt. Sed recte potius sensum expressit. Nam eloquia sapientiae dicuntur h. l. נְכֹחִים, h. e. *plana, s. facilia intellectu* intellegentibus. Sir. XXXII, 4. XLV, 9.

ΕΥΚΟΣΜΕΩ, *exorno.* 1 Macc. VIII, 15. Ita *Bielius.* Sed εὐκοσμεῖν ibi potius notat: *bene administrare, sapienter gubernare, res bono ordine tueri, videre, ut ordo rerum per leges constitutus a civibus observetur.* Narratur enim ibi, Romanos cotidie trecentos et viginti inire consilia: περὶ τοῦ πλήθους τοῦ εὐκοσμεῖν αὐτοὺς, ut viderent, ne quid P. R. detrimenti caperet, ac sapienter regerentur cives Romani.

Vulgatus: ut, quae digna sint, gerant. Syrus: quomodo curam gererent et regerent. Hinc εὐκοσμία *bonos mores* notat apud *Xenoph. Cyrop.* I, 2, 3. Conf. quoque *Schweighaeuseri Gloss. Polyb.* 4 Macc. VI, 2. ubi de *vestimentis* sermo est.

ΕΥ'ΚΟΣΜΙ'Α, ornatus. Sir. XXXII, 5, XLV, 9.

ΕΥ'ΚΥΚΛΟΣ, bene in orbem redactus, pulchre orbiculatus, bene rotundatus. Sap. V, 21. ἀπὸ εὐκύκλου τόξου, a bene in orbem intenso (h. e. intensissimo) arcu. Ad quae verba illustranda facit locus *Homeri Il.* δ', v. 124 sequ. (ubi *Scholiastes* vocem κυκλοτερὲς interpretatur εὔκυκλον.) et *Aelian. V. H.* XIII, 1. Adverbium εὐκύκλως legitur apud *Orpheum de lapid.* p. 196. v. 45.

ΕΥ'ΛΑ'ΒΕΙΑ, reverentia, metus. דְּאָגָה, *solicitudo, timor anxius.* Ios. XXII, 24. – יָרֵא, *timeo.* *Aqu.* Ies. LVII, 11. διέμεινας δὲ ἐξ αἰῶνος ἄφοβος, καὶ ἄνευ εὐλαβείας, permansisti autem a saeculo sine metu et *timore.* Apud *Procopium* legitur ἄνευ λάβης, pro quo *Montf. Lex.* in *Hexapl. Orig.* legendum suspicatur ἄνευ βλάβης, *sine noxa.* Sed *Bielius* vix dubitat, quin ἄνευ εὐλαβείας scripserit *Aquila.* Certe hoc hebraico magis convenit, quam ἄνευ βλάβης, et LXX etiam alias יָרֵא per εὐλαβεῖσθαι interpretati sunt. Nec tamen prorsus displicet coniectura *Doederleinii* ad h. l., qui potius legere mavult ἀνευλαβής, h. e. *impius, cui nulla est* εὐλάβεια, h. e. *religio.* Praeterea legitur quoque haec vox apud LXX Prov. XXVIII, 14. ubi verbis: δι' εὐλάβειαν (h. e. *per cavendi diligentiam*) nihil respondet in textu hebr. Sic *timidus* de *cauto ac provido* legitur apud *Cornel. Thras.* II, 3. εὐλάβεια de *cautione* apud *Aristoph. Av.* 375. et εὐλαβεῖσθαι est φυλάττεσθαι, *caute agere.* Vid. *Moeris Attic.* p. 144. et *Gataker.* ad *Antonin.* VIII. §. 60. Adde Sap. XVII, 8.

ΕΥ'ΛΑΒΕ'ΟΜΑΙ, vereor, revereor, caveo mihi, timeo: גּוּר, *metuo.* 1 Sam. XVIII, 15. εὐλαβεῖτο ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, *timebat ipsum. Hesych.* εὐλαβεῖτο, ἐφοβεῖτο, ἐφυλάσσετο. *Symm.* Iob. XIX, 29. εὐλαβεῖσθε ὑπὲρ ἑαυτῶν τὴν μάχαιραν, *metuite vobis* gladium, vel *cavete vobis* a gladio. Ita *Drusius* in *fragm.* p. 812. *Symm.* Iob. XLI, 16. εὐλαβηθήσονται. Idem Ps. XXXII, 8. *Aqu.* Ps. CXVIII, 39. ubi tamen pro ὃν εὐλαβοῦμαι legendum: ὃν ηὐλαβήθην, ut recte scribitur in *Catena PP. GG.* T. III. p. 403. – דָּאַג, *sollicitus sum.* Ies. LVII, 11. – *דְּחַל chald. *timeo.* Dan. IV, 2. sec. cod. *Chis.* – הֵחִיל Hiph. a חוּל, *contremisco.* Ier. V, 22. – הָסָה Pih. *sileo prae metu aut horrore.* Num. XIII, 31. ubi nonnullis videntur legisse חָסָה per Cheth, et respexisse arab. حشي, *revereri, timere metu religioso,* qua tamen coniectura mihi non opus esse videtur. Respondet praeterea quoque huic voci Hab. II, 20. Soph. I, 7. Zach. II, 13. – חָסָה, *confugio, confido.* Nahum.

I, 7. ubi non legerunt חסידיו, ut nonnulli suspicati sunt: nam etiam alibi, v. c. Prov. XXX, 5. et Soph. III, 13., hanc vocem ita liberius verterunt. – חָסִיד, *beneficus*, *pius*. Prov. II, 8. – חָשַׁב, *cogito*. Mal. III, 16. *Cogitare nomen Dei* est: *Deum pie ac religiose colere*. – יָגֹר verbale, *timens*. Ier. XXII, 25. *Symm. Theod.* Ps. CXVIII, 39. – יָרֵא verbum, *timeo*. Exod. III, 6. 1 Sam. XVIII, 29. προσέθετο εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ Δαυὶδ ἔτι, magis adhuc *timebat* Davidem. *Hesych.* εὐλαβεῖσθαι, φυλάττεσθαι, φοβεῖσθαι. – *נוּד, *vagor*. Ier. IV, 1. εὐλαβηθῇ. ubi pro תָּנוּד legerunt תָּגוּר, quod vide supra. – עָלַז, *exulto*. Ier. XV, 17. Scilicet אֶעְלֹז h. l. male coniunxerunt cum sequentibus, et formulam *gaudere de Deo* explicarunt de *reverentia Deo praestanda*. – עָרַץ, *contero*. Iob. XIII, 25. ὡς φύλλον κινούμενον ὑπὸ ἀνέμου εὐλαβηθήσῃ, tanquam folium, quod vento agitatur, *contremisces*. – שָׁמַר, *custodio*, *diligenter mihi caveo*. Deut. II, 5. εὐλαβηθήσονται ὑμᾶς σφόδρα, valde sibi *cavebunt* a vobis. *Lex. Vet.* εὐλαβοῦμαι, *revereor*, *vereor*, *formido*.

ΕΥΛΑΒΗ'Σ, *reverens*, *pius*, *religiosus*. חָסִיד, *beneficus*, *sanctus*. Mich. VII, 2.

ΕΥΛΑΒΗ͂ ΠΟΙΕ'Ω, *sanctum* s. *religiose caventem facio*, *sanctifico*. הִזִּיר Hiph a נָזַר, *separo*. Lev. XV, 30.

ΕΥΛΑΒΩ͂Σ, *timide*, *caute*, *reverenter*, *religiose*. 2 Macc. VI, 11. διὰ τὸ εὐλαβῶς ἔχειν, propterea quod *vererentur*, s. *religioni ducerent*.

ΕΥ͂ΛΑΛΟΣ, *bene loquens*, *facundus*, *disertus*. אִישׁ שְׂפָתַיִם, *vir labiorum*, i. e. *loquax*. Iob. XI, 2. Eandem notionem habet quoque h. l. εὔλαλος. Nam εὖ in compositis quandoque *valde*, seu *multum* notat, v. c. εὐδιάφθαρτος, *valde corruptibilis*, εὔγονος, *foecundus*, εὐέκφορος, *admodum ferax* etc. – אִישׁ דְּבָרִים, *vir verborum*, h. e. *eloquens*, *facundus*. *Syrus* et LXX sec. *Compl.* Exod. IV, 10. Sirac. VI, 4. ubi notat *suavia*, *dulcia*, *aliis grata loquentem*, ac est i. q. in priori membro λάρυγξ γλυκύς. *Lex. Vet.* εὔλαλος, *effabilis*, *eloquens*, *loquax*, *luculentus*. *Drusius* ad Iob. l. c. mavult legere: *locutuleius*.

ΕΥΛΟΓΕ'Ω, *benedico*, *laudo*, it. κατ' ἀντίφρασιν, *maledico*, *blasphemo*. בָּרַךְ, idem. Gen. I, 22. ηὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, benedicebat illis Deus. Iud. V, 2. 9. εὐλογεῖτε κύριον, *laudate* Dominum. Ruth. III, 10. εὐλογημένη σὺ (sc. ἔστω) τῷ κυρίῳ, *benedicta* sis domino. Vide et 1 Sam. XXV, 33. XXVI, 25. 2 Sam. II, 5. coll. Luc. I, 28. Psalm. XLIV, 22. εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον, *laudent* omnes homines nomen sanctum. *Hesych.* εὐλογείτω, ἐπαινείτω. Confer. *Alberti* ad *Gloss. N. T.* p. 121. *Suidas* ad Ps. XLVIII, 19. εὐλογῆσαι, ἐπαινέσαι, ὑμνῆσαι, ἐγκωμιάσαι. 1 Reg. XXI, 13. εὐλόγησε Θεὸν καὶ βασιλέα, Deum et regem *blasphemavit*.

Hesych. εὐλόγησεν, ὕμνησεν. Εἴρηται δὲ παρὰ τῇ γραφῇ καὶ κατὰ ἀντίφρασιν, ἀντὶ τοῦ ἐβλασφήμησεν. Iob. II, 5. εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει, ἀντὶ τοῦ καταράσεται. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 1246. Similiter εὐφημεῖν, quod alias *fausta acclamare* vel *laudare* significat, per antiphrasin etiam notat *maledicere*, *gemere*, et εὔφημοι, sc. λόγοι, per eandem figuram *lamenta*, *probra*. *Hesych.* εὐφημοῦσι, στένουσι, κωλύουσι (lege καταλαλοῦσιν.) κατ' ἀντίφρασιν. Idem: εὐφήμοις, γόοις, δυσφήμοις κατ' ἀντίφρασιν. Et ὑμνεῖν, quod communiter *carmine celebrare*, *canere* notat, interdum *lugere*, *incusare*, *conviciis insectari* significat. Vide infra s. v. ὑμνέω. Plures alias voces, quae per antiphrasin explicandae sunt, magno numero collegit *Pocockius* ad *Portam Mosis* p. 19. *Symm.* Ps. XXXVI, 25. οἱ εὐλογημένοι ὑπ' αὐτοῦ, *benedicti* ab eo. Conf. Matth. XXV, 34. ubi εὐλογημένοι τοῦ πατρὸς dicuntur pro ε. ὑπὸ τ. π. – בְּרֵךְ chald. Pah. idem. Dan. II, 19. 20. IV, 31. τῷ ὑψίστῳ ηὐλόγησα, *laudabam* altissimum. Eadem constructio occurrit Sir. L, 24. LI, 17. 1 Macc. X, 28. – בְּרָכָה, *benedictio*. Gen. XII, 2. Prov. XI, 25. Ies. XIX, 24. – הִבְרִיא Hiph. *sagino*. 1 Sam. II, 31. Legerunt, aut legendum putarunt: הִבְרִיךְ. – הוֹדָה Hiph. a יָדָה, *celebro*. Ies. XII, 1. XXXVIII, 19. – הוֹתִיר Hiph. a יָתַר, *abundare facio*. *Al.* Deut. XXX, 9. – הִלֵּל Pih. *laudo*. Ies. LXV, 11. *Inc.* Ies. XXXVIII, 18. – הִרְנִין Hiph. *cantare facio*, *exhilaro*. Iob. XXIX, 13. – יָרֵא, *timeo*, etiam *reverentiam palam declaro*. Ies. XXV, 3. – כִּבֵּד Pih. *honoro*. Ies. XXV, 3. – נִגֵּן, Pih. *pulso*. Ies. XXXVIII, 20. – רָצָה, *beneplacitum habeo*. 2 Sam. XXIV, 23. *Semlerus* pro εὐλογήσουσι reponit εὐδοκήσουσι, cum qua voce etiam permutatur in codd. Gen. XXXIII, 10. pro eodem. *Vulg. complacebunt.* Ex antiquis libris attulit *Sabaterius prosperabuntur*: ergo lectum fuit εὐοδωθήσονται. Sed *Ambrosii* iam tempore fuit lectio εὐλογήσουσι. Adde *Theod.* Iob. XXXIII, 26. ubi effectus *benevolentiae* ponitur, nempe *benedictio*, in qua est *exauditio precum*. *Al.* Psalm. XLVIII, 13. Tob. IX, 6. εὐλογεῖν est *gratulari*. *Baduellus*: *gravidam fecit*. Cogitavit de εὔλοχος. Sed *Drusius* et *Grotius* verum viderunt.

ΕΥ'ΛΟΓΗΤΟ'Σ, *benedictus*. בָּרוּךְ part. Pah. idem. Gen. IX, 26. XXVI, 29. – *בְּרִיךְ chald. part. Peh. Dan. III, 29.

ΕΥ'ΛΟΓΙ'Α, *benedictio*, item: *munus*, *fructus*, *pax*. בְּכֹרָה, *primogenitura*. 1 Par. V, 1. 2. ubi εὐλογία notat *pia vota pro salute primogeniti*. – בָּרוֹךְ: בָּרֵךְ *infin. Kal et Pih. benedicendo*. Num. XXIII, 11. Ios. XXIV, 10. – בְּרָכָה, *benedictio*. Gen. XXXIII, 11. λάβε τὰς εὐλογίας μου, ἃς ἤνεγκά σοι, accipe *munera* mea, quae attuli tibi. 1 Sam. XXX, 26. ἰδοὺ εὐλογία ὑμῖν ἀπὸ τῶν σκύλων, ecce *munus* vobis a spoliis.

Vide et Iud. I, 15. 1 Sam. XXV, 27. 2 Reg. V, 15. coll. v. 5. et *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 6. *Phav.* εὐλογία, πληθυσμὸς ἀγαθῶν ἐξ ἑκουσιότητος διδόμενος. 2 Reg. XVIII, 31. ποιήσατε μετ' ἐμοῦ εὐλογίαν, facite mecum *pacem*. *Lex. Cyrilli MS.* εὐλογία, εἰρήνη. Ita locutione metonymica, sed facilis interpretationis. Cum enim benedictiones vulgo hac conciperentur formula: *Pax tibi*, *vobis*, ipsa *pax* dicta est *benedictio*. Conf. *Vitringa* ad Ies. XXXVI, 16. Ps. XX, 3. προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος, praevenisti illi *benedictionibus benignitatis*, h. e. *largissima benignitate.* Confer 2 Cor. IX, 6. – מְבָרֶכֶת part. Pyh. foem. *benedicta.* Deut. XXXIII, 13. ἀπ' εὐλογίας. Legerunt מִבִּרְכַּת, *a benedictione.* – *חַיִּים. Deut. XXX, 19. non male ob contextam orationem. – פְּרִי, *fructus.* Ies. XXVII, 9. τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ, hoc est *fructus* eius salutaris. Sc. פְּרִי h. l. notat *effectum*, s. *omne*, *quod aliquam actionem sequitur in utramque partem*, h. l. in bonam, *effectus salutaris poenae.* – תַּאֲוָה, *finis*, *terminus*, sec. alios *desiderium*, *cupediae.* Gen. XLIX, 26. *Cupediae collium* sunt pretiosissima, quae in montibus proveniunt, coll. Deut. XXXIII, 15. Sir. XI, 22. εὐλογία *felicitatem*, *prosperitatem* notat, quia est effectus benedictionis divinae.

ΕΥΛΟΓΙ'ΖΩ, *benedico.* הִתְבָּרֵךְ Hithp. idem. *Aqu. Symm.* Ies. LXV, 16.

*ΕΥΛΟΓΙΣΤΙ'Α, *ratio bene subducta*, aut *recte inita prudentia in capiendis consiliis.* 4 Macc. V, 22. οὐ μετὰ εὐλογιστίας, non *convenienter rectae rationi.* Ibid. VIII, 14. *Hesych.* εὐλογιστία, εὐβουλία. Vide quoque *Photii Lex.* et *Suidam.*

ΕΥ'ΛΟΓΟΣ, *bene loquens*, *eloquens.* אִישׁ דְּבָרִים, *vir verborum*, i. e. *eloquens*, *facundus. Al.* et LXX sec. *Oxon.* et alios *Holm.* Ex. IV, 10.

*ΕΥΜΑΘΩ͂Σ, *promte ad discendum*, etiam *scite*, *sollerter*, *artificiose.* Sap. XIII, 11. περιέξυσεν εὐμαθῶς πάντα τὸν φλοιὸν αὐτοῦ, circumrasit *artificiose* seu *sollerter* omnem corticem eius. *Thom. Mag.* εὐμαθής, ὁ εἰς τὸ μαθεῖν ταχύς.

*ΕΥΜΑΡΩ͂Σ, *prompte*, *faciliter*, *commode*, *expedite.* Sir. VIII, 10. sec. *Compl. Vulg. sine querela.* Conf. *Stephani Thes. Append.* p. 978. *Hesych.* εὐμαρὲς, εὐχερὲς, ὑγιὲς, ῥᾴδιον, ἀσφαλές. *Zonaras Lex.* col. 924. εὐμαρῶς, ὑγιῶς, εὐχερῶς, εὐκόλως, εὐμαρῶς, πράως, ἱλαρῶς.

ΕΥΜΕΓΕ'ΘΗΣ, *permagnus*, *procerus.* בָּחוּר, *electus*, *iuvenis.* 1 Sam. IX, 2. Bar. III, 16. Adde *Lucian. Navig.* p. 958. C. *Diod. Sic.* p. 19, 55.

ΕΥΜΕΛΗ'Σ, *suaviter modulans.* Sap. XVII, 19. de cantu avium: ἦχος εὐμελής. Legitur praeterea haec vox apud *Pollucem* II, 117. *Dion. Hal.* Tom. V. pag. 68, 13. *Reisk.* et *Lucian. Amor.* p. 580. C.

*ΕΥ'ΜΕΛΩ͂Σ, *perite*, *accurate*. 4 Macc. XI, 18. ubi vid. *Combefisius*. Sed rectius ibi legitur ἐκμελῶς.

ΕΥ'ΜΕ'ΝΕΙΑ, *benevolentia*, *amicitia*. רָצוֹן, *beneplacitum*. *Symm.* Prov. XVI, 16. 2 Macc. VI, 29. εὐμένειαν εἰς δυσμένειαν μεταβαλόντων, *amicitiam* in inimicitiam mutantium. *Hesych.* εὐμένεια, φιλία, διαλλαγὴ, συγχώρησις. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εὐμένεια, ἐπίνευσις ἀγαθή.

ΕΥ'ΜΕΝΗ'Σ, *benevolus*, *benignus*. 2 Macc. XII, 31. XIII, 26. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εὐμενῆ, ἐπιεικῆ, πρᾶον, ἥμερον, συγχωρητήν.

*ΕΥ'ΜΕΝΙ'ΖΩ et ΕΥ'ΜΕΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *propitium reddo*, *placo*. Vide supra s. v. ἐξευμενίζω.

ΕΥ'ΜΕΝΩ͂Σ, *benigne*, *benevole*, *amice*. Sap. VI, 16. φαντάζεται αὐτοῖς εὐμενῶς, apparet illis *amice*. Inde in *Gloss.* τῆς Παναρέτου *MSS.* εὐμενῶς, φιλικῶς. *Hesych.* εὐμενῶς, πράως, ἱλαρῶς.

ΕΥ'ΜΕΤΑ'ΒΟΛΟΣ, *facile mutabilis*. נֶהְפָּךְ part. Niph. *mutatus*. Prov. XVII, 21. εὐμετάβολος γλώσσῃ. *Hesych.* εὐμετάβολον, ἀλλοπρόσαλλον.

ΕΥ'ΜΗ'ΚΗΣ, *praelongus*, *procerus*. אִישׁ מִדָּה, *vir mensurae*, h. e. *procerus*. *Inc.* (sine dubio *Symmachus*) et LXX sec. *Compl.* 1 Par. XI, 23. - רָם, *altus*. Deut. IX, 2. *Eurip. Iphig. in Aul.* 595. *Alciphr.* III, 67.

ΕΥ'ΜΟΡΦΙ'Α, *formositas*. Sap. VII, 11.

ΕΥ"ΜΟΡΦΟΣ, *formosus*, ac non tam de formositate naturali, quam etiam adscititia per ornatum comae ac vestium dicitur. Sir. IX, 8. ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου. *Vulg.* a *muliere compta*. *Clemens Alex.* p. 257. κεχαριτωμένης. Adde *Herodot.* I. p. 80, 10. et conf. *Locellam* ad *Xenoph. Ephes.* p. 143.

ΕΥ'ΝΟΕ'Ω, *amice consentio*, *benevolentiae et amicitiae vinculis iungor*. *דָּבַק, *adhaereo*, *cohaereo*. Dan. II, 43. sec. *Chis.* ubi est i. q. ὁμονοεῖν, ac duae versiones coaluerunt. - אוּת, *consentio*. *Quint. ed.* Gen. XXXIV, 15. εὐνοήσομεν, amice consentiemur. Sic et verba Matth. V, 24. ἴσθι εὐνοῶν. *Vulgatus* reddit: *esto consentiens*. Adde *Diod. Sic.* lib. I. p. 59.

ΕΥ"ΝΟΙΑ, *benevolentia*, *amicitia*. 1 Macc. XI, 33. 53. 2 Macc. IX, 21. 26. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εὔνοια, φιλία. De *pietate erga parentes* legitur 4 Macc. II, 10.

ΕΥ'ΝΟΜΙ'Α, *bona legum constitutio*, vel *bonarum legum constitutio*, *bonae leges*, *status rerum sub bonis legibus*. תּוּשִׁיָּה, *essentia*, *felicitas*. *Aqu.* Prov. VIII, 14. non male: nam εὐνομία omnino *prosperum rerum statum* notat. Cf. *Curas meas novissimas* in *Photii Lexicon* p. 25. *Suidas*: εὐνομία, εἰρήνη. 4 Macc. III, 20. VII, 9.

*ΕΥ"ΝΟΟΣ, contr. εὔνους, *bene affectus erga aliquem*, *benevolus*. 4 Macc. IV, 3.

ΕΥ'ΝΟΥ'ΧΟΣ, *eunuchus*, *castratus*, *praefectus*, *nobilis aulicus*. *סוּס, *equus*. *Inc.* 2 Reg. XI, 16. ubi quilibet videt eum סָרִיס legisse: quam lectionem receptae praeferendam esse iudico, quia admodum verosimile est, Hatthatiam, ut fuga salutem peteret, ad gynaeceum regium confugisse, quod ab eunuchis regiis custodiebatur, non autem viam introitus equorum in palatium elegisse. – סָרִיס, *eunuchus*, et per synecdochen *minister aulicus quilibet*. Gen. XXXIX, 1. ὁ εὐνοῦχος φαραώ, *aulicus* Pharaonis, ubi vid. *Montf.* Gen. XL, 2. 7. 1 Sam. VIII, 15. Ies. LVI, 3. μὴ λεγέτω ὁ εὐνοῦχος, ὅτι ξύλον ἐγώ εἰμι ξηρόν, ne dicat *castratus* (h. e. *coelebs*), ego lignum aridum sum. Sap. III, 14. ubi de maritatis dicitur, qui licet facultatem exercendi concubitum habeant, liberos tamen procreare non valent. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesych.* εὐνοῦχος, σπάδων, τομίας, κάλαβος. *Gloss. in Sap.* εὐνοῦχος, ἐνταῦθα ὁ ἄγαμος.

ΕΥ'ΟΔΙ'Α, *prosper successus in itinere*, *prosperitas*, *felicitas*. פָּתָה Pyh. *persuadeor*, *pellicior*. Prov. XXV, 15. εὐοδία βασιλέως. Ducta est haec versio a verbi פָּתָה notione ea, qua *longe lateque patere*, v. c. apud *Chaldaeos* (Vide *Buxtorf.* col. 1868.), significat, unde ib. XXIV, 28. per πλατύνεσθαι a LXX redditur. Est autem *spatii amplitudo* symbolum *felicitatis* apud Hebraeos. 3 Esdr. VIII, 50. ubi respondet דֶּרֶךְ יְשָׁרָה, *via recta*. Esdr. VIII, 21. 3 Esdr. VIII, 6. hebr. יַד אֱלֹהִים הַטּוֹבָה, *manus Dei bona*. Esdr. VII, 19. Sir. X, 5. εὐοδία ἀνδρός, *prosperitas*, *felicitas hominum*, ubi ἀνδρός positum est pro ἀνδρῶν. Alii, ut *Vulgatus* et *Syrus*, legerunt hic ἐξουσία e praecedenti commate. *Hesych.* εὐοδία, εὐπραξία. Sir. XX, 9., *augmentum in opibus et honoribus*.

ΕΥ'ΟΔΙΑ'ΖΩ, i. q. εὐοσμέω, ab ὄζω, *boni odoris sum*, *bene oleo*. נוֹבֵב Pih. a נוּב, *foecundum facio*. Zach. IX, 17. οἶνος εὐοδιάζων. Ita *Bielius* e *Trommio*. Sed in omnibus libris, collatis hucusque, rectius legitur εὐωδιάζων. Vide infra h. v. Εὐοδιάζω Graecis potius est *prosperum iter praebeo*, et in medio *prospero itinere* s. omnino *successu utor*. Confer *Strabon.* XV. p. 1050. B.

ΕΥ'ΟΔΟΣ, *pervius*, it. *iter expeditum habens*, *prosper*. נִחְלַץ Niph. *liberor*. Prov. XI, 9. ubi εὔοδος est i. q. εὐοδῶν, *qui efficit*, *ut aliquis bene ac libere procedat*. 3 Esdr. VII, 3. εὔοδα ἐγένετο τὰ ἱερὰ ἔργα. *Hesych.* εὔοδος, ἀγαθή.

ΕΥ'ΟΔΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *prosper sum*. צָלַח, *procedo*, *prospero successu utor*. Num. XIV, 41.

ΕΥ'ΟΔΟ'Ω, *bene duco*, *dirigo*, *facio*, *ut res prospere cedant*, *felicem successum do*, et Εὐοδοῦμαι, *prosperor*, *prospere ago*. *בָּרַךְ, *benedico*. LXX sec. cod. *Coton.* Gen. XXIV, 35. ubi sensum expresserunt, et εὐοδοῦν est *beneficiis afficere*. – הֵיטִיב Hiph. a יָטַב, *bene*, *recte facio*. *Inc.* Iud. XIX, 22.

εὐοδουμένων. Non legit מַצְלִיחִים, *prospero successu usi*, sed rescribendum est iudice *Scharfenbergio* εὐωχουμένων, quod *Vulg.* expressit: *illis epulantibus.* – הִנְחָה, Hiph. *duco.* Gen. XXIV, 48. ὅς εὐώδωσέ με ἐν ὁδῷ ἀληθείας, qui *bene me duxit* in via recta. – הִקְרָה Hiph. *occurrere facio.* Gen. XXIV, 12. εὐόδωσον ἐναντίον μου σήμερον, *fac, ut res hodie prospere mihi cedant.* – הִשְׂכִּיל Hiph. *intellegentem reddo, erudio, informo*, etiam: *prudenter, intellegenter ago.* Prov. XVII, 8. οὗ δ' ἂν ἐπιστρέψῃ, εὐοδωθήσεται, quocunque autem se converterit, *res prospere aget. Inc.* 1 Reg. II, 3. – נָהַג בַּדֶּרֶךְ, *duco in via.* Gen. XXIV, 27. ἐμὲ εὐώδωκε κύριος εἰς οἶκον τοῦ ἀδελφοῦ, *bene duxit* me dominus in domum. – נָתַן, *do.* Iud. XV, 18. σὺ εὐώδωσας ἐν χειρὶ τοῦ δούλου σου τὴν σωτηρίαν, tu manu servi tui salutem *feliciter dedisti.* Non male quoad sensum (Mallem tamen loco εὐώδωσας legere ἔδωκας, aut εὐδόκησας, quod alii habent). Conf. Sir. XXXVIII, 14. 1 Macc. III, 6. – פָּרַץ, *erumpo.* 1 Par. XIII, 2. εἰ παρὰ κυρίου εὐοδωθῇ, si a Domino *prosper successus detur.* Respexerunt notionem *decernendi*, quam arab. فرض habet, unde فريضة est *lex, statutum.* – צָלַח: הִצְלִיחַ, Kal et Hiph. et semel (Esdr. V, 8.) chald. Aph. הַצְלַח. Gen. XXIV, 21. 40. 42. 56. ubi εὐοδοῦν τὴν ὁδὸν est *prosperare iter. Hesych.* εὐοδώσει, κατευθύνει s., ut legendum est, κατευθυνεῖ. Conf. Deut. XXVIII, 29. Ios. I, 8. Ies. XLVIII, 15. Gen. XXXIX, 23. ὅσα αὐτὸς ἐποίει, κύριος εὐώδου ἐν χερσὶν αὐτοῦ, quaecunque ille faciebat, Dominus prospera faciebat in manibus eius. Conf. 3 Esdr. VI, 10. Sap. XI, 1. Ios. I, 8. ubi verba εὐοδωθήσῃ καὶ sec. *Rom.* sunt aliena, nec leguntur in *Compl.* et *Oxon.* Auctor videtur *Symmachus*, qui alibi pro הִצְלִיחַ habet εὐοδοῦσθαι, v. c. Gen. XXXIX, 2. Ies. LIII, 2. Prov. XXVIII, 15. 2 Par. VII, 11. εὐωδώθη, h. e. ἡτοιμάσθη, interprete *Hesychio.* 2 Par. XIII, 12. οὐκ εὐοδωθήσεσθε, rem non prospere agetis. Vide et 2 Par. XVIII, 11. 14. XX, 21. XXIV, 20. 2 Par. XXVI, 5. εὐώδωσεν αὐτῷ κύριος, *fecit, ut res prospere ipsi cederent*, dominus. Nehem. I, 11. εὐόδωσον δὴ τῷ παιδί σου σήμερον, *fac*, quaeso, *prospere* hodie *res cedant* servo tuo. Vide et Neh. II, 20. – צְלָחוֹת plur. *catilli, paropsides.* 2 Par. XXXV, 13. In mente habuerunt vocem צָלַח, quae de *prospero successu* quandoque dicitur. – *רַב - מְאֵרוֹת, *multitudo maledictionum. Inc.* Prov. XXVIII, 27. οὐκ εὐοδωθήσεται. Ita enim legendum est loco vitiose impressi in *Hexaplis Montf.* εὐοδωσθήσεται. – רָחַם, *intime diligo, misereor. Symm.* Prov. XXVIII, 13. εὐοδωθήσεται. Ita *Bielius.* Sed vox haec, quae *Symmacho* tribuitur, est potius *Alexandrinorum*, pertinens ad יַצְלִיחַ, et eiusdem est ἀγαπηθήσεται, referendum ad יְרֻחָם. Sir. XV, 10. εὐοδοῦν αἶνον, *decenter ac rite laudare. Syrus:*

docere. 1 Macc. III, 6. εὐωδώθη σωτηρία, qu
commode dici posse nonnullis videbatur, leg
bant ἐδόθη e vers. *Syr.* Sed vide supra ad
s. בָּחַן.

ΕΥΟΔΩΣ ΠΟΡΕΥΟΜΑΙ, *prospere pro*
צָעַד, *benefacio gressum.* Prov. XXX, 29.

ΕΥΟΠΤΟΣ, *conspicuus, perspicuus.* Ep.

ΕΥΠΑΘΕΙΑ, *bona constitutio, felicitas,*
tranquillitas. Al. Psalm. CXXI, 7. *Hesych.* εὐ
θαρσίας.

ΕΥΠΑΘΕΩ, *bene mihi est, bono robore*
citate fruor. רַעֲנָן, *virens, viridis.* Ps. XCI, 14
ἔσονται. *Vulg. bene patientes erunt.* Auctor graec
εὐπαθεῖν, σφριγᾶν, ἀκμάζειν. *Hesych.* εὐπαθοῦντ
Suidas: εὐπαθοῦντες, ὑγιαίνοντες, τρυφῶντες. –
quillus. Ier. XXX, 10. εὐπαθήσει. – שָׁלָה, *tra*
Al. Ps. CXXI, 6. εὐπαθήσαισαν. *Aqu.* Iob. III,
– שַׁלְאֲנָן, *summe tranquillus.* Iob. XXI, 23. ὅλο
(in *Francof. Ed.* male legitur εὐπαθῶν) καὶ εὐ
autem *feliciter agens* et abundans. – *שָׁלֵיו, *pac*
Iob. XXI, 23. Sed fortasse ibi verba sunt transp

*ΕΥΠΑΘΗΣΙΣ, *bonus ac felix rerum*
tranquillus. Theod. Ier. XXX, 10. ἡσυχάσει ἐν ε
quiescet in *bono statu.* Sed fortasse ibi reponen
εὐπαθήσει, partim ob textum hebr., partim q
habet: *et cunctis affluet bonis.* Vocem εὐπαθ
sostomo excitat *Toupius* ad *Suidam* Tom. I. p.

ΕΥΠΑΡΥΦΟΣ, *eleganter textus, praetexta*
III, 42.) מִכְלוֹל, *perfectio.* Ez. XXIII, 12. ἐν
πάρυφα, sc. ἱμάτια, vel ἐνδύματα, induentes ve
ganter texta. Deduxerunt a כָּלַל, *texere. Schol.*
interpretatur κεκοσμημένα. Arabs legisse videtu
Hesych. καλῶς ὑφασμένα. *Suidas:* εὐκατέργαστ
Vide *Intt.* ad *Polluc. Onom.* p. 718. *Photiu*
εὐπάρυφος, ὁ πλατεῖαν παρυφὴν τουτέστι πορφύραν

*ΕΥΠΕΙΘΕΙΑ, *obsequium.* 4 Macc. V, 16
νόμον ἡμῶν εὐπειθείας. Suspicor quidem, loc
esse ἀπειθείας legendum, non tamen sollicitarem
lectionem, si modo constaret, εὐπείθειαν etiam
significare, ut sensus sit: *cohortatione ad viol*
nostram.

*ΕΥΠΕΙΘΕΩ, *obtempero, obsequor.* 4 Ma

ΕΥΠΟΙΕΩ, et ΕΥ ΠΟΙΕΩ, *bene facio.*
a יָלַד, *parere facio.* Iob. XXIV, 21. στεῖραν δὲ οὐ
sterili autem non *benefecit.* Vide ad h. l. Intt. –
a יָטַב, *benefacio.* Construitur partim cum *accus*

Gen. XXXII, 9. 12. Num. X, 29. 32. partim cum *dativo*, Exod. I, 20. Ios. XXIV, 20. – *טוֹב, *bonus*. Prov. III, 27. Sir. XII, 1. 2. 4. XIV, 7. 11. *εὐποιεῖν ἑαυτὸν* s. *ἑαυτῷ*, *sibi bene facere honeste vivendo*, *bene de se mereri*, nostrum: *sich gütlich thun.*

ΕΥΠΟΡΕΩ, *ἔομαι*, *abunde habeo*, *possum*, *opulentus sum*, *suppetit mihi*, it. *opulentum facio.* הִשִּׂיג Hiph. a נָשַׂג, *consequor*. Lev. XXV, 26. 49. Bene quoad sensum. – מָצָא, *invenio*, etiam *consequor*, *potior*, item: *habeo*, *possideo*. Lev. XXV, 28. Sap. X, 10. *εὐπόρησεν αὐτὸν ἐν μόχθοις*, *opulentum fecit* illum laboribus. *Grabius Proleg*. T. IV. c. 4. §. 5. pro *εὐπόρησεν* ibi legendum censet *ηὐπόρισεν*, putans, quod *εὐπορεῖν* significet quidem *ditescere*, sed non *ditare*. Non cogitavit autem, quod tam apud Hellenistas, quam alios scriptores graecos verba activa transitiva saepius significatione occurrant. Vide *L. Bos. Prol. in LXX Intt.* cap. 5. ad Gen. I, 20. – נָוָה, *quietus resideo*, *tranquille habito*. *Symm.* Hab. II, 5.

ΕΥΠΟΡΙ'Α, *abundantia*, *opulentia*. חַיִל, quod saepius *opes ac divitias* notat. *Inc.* 1 Sam. XIV, 52. *Aqu.* Iud. VI, 12. 1 Sam. X, 26. 2 Sam. II, 7. (ubi ante *εὐπορίας* supplendum est *υἱός*.) Idem Iob. V, 5. – *חֵיל, *antemurale*, etiam *copia* (Abd. 20.). *Aqu.* Ps. XCVII, 14. Potest ibi vox *εὐπορία* referri ad muros numerosos maiores et minores, qui Hierosolymam cingebant. Restat locus in versione *Symmachi* Prov. XII, 4. ubi pro אֵשֶׁת חַיִל legitur: *γυνὴ εὐπορίας*. Si *εὐπορία* in notione *opulentiae* sumitur, ut *Montfauconus* voluit, per se quidem bene respondet hebr. חַיִל, quod quandoque de *opibus* adhibetur, sed tunc est aliena haec versio a serie orationis. Igitur aut statuendum est, *γυναῖκα εὐπορίας* esse mulierem *εὔπορον*, *quae prospere rem agit ad facultates acquirendas*, aut scribendum est *εὐπορείας* hoc sensu: *quae recta via incedit*, *officia sua praestat*. *Vulg. mulier diligens.*

ΕΥΠΟΡΟΣ, *abundans*, *dives*. אִישׁ חַיִל, *vir opulentiae*. *Inc.* 1 Sam. XXXI, 12. Conf. *Aelian. V. H.* XII, 45. in fin. *Phav. εὔπορος*, *πλούσιος*, *εὐχρήματος*, *πολυχρήματος*, *εὖ πράττων εἰς χρημάτων λόγον.*

**ΕΥΠΟ'ΡΦΥΡΟΣ*, *bene purpura tinctus*, aut *infectus*. מִכְלוֹל, *omne genus pulchrarum vestium*. Ezech. XXIII, 12. sec. *Alex.* ubi reliqui libri *εὐπάρυφα* habent. Schol. ib. *διαπόρφυρα ποικιλτά*, et aliud *Schol. εὐπάρυφα*, *ἀντὶ τοῦ κεκοσμημένα.*

**ΕΥΠΡΑΓΕ'Ω*, *feliciter res meas ago*, *felix sum in rebus agendis*. הֵיטִיב Hiph. a יָטַב, *benefacio*. *Symm.* Psalm. XXXV, 4. – חָיָה, *vivo*, it. *felix sum*. *Symm.* sec. cod. *Barber.* Hab. II, 4.

*ΕΥΠΡΑΓΙ'Α, *felicitas in rebus agendis, prosperitas.* נעים, *amoenus, amoenitas. Inc.* et *LXX sec. Ald.* Iob. XXXVI, 11. Vide quoque s. v. εὐπραξία.

*ΕΥΠΡΑΞΙ'Α, *felicitas in rebus gerendis, res secundae, prosper rerum successus.* Legitur bis 3 Macc. III, 5. et quidem ita, ut videatur esse *probitas, bona s. pia agendi ratio. Dio Cass.* I, 58. p. 179. ed. *Reim. Hesych.* εὐπραγία, εὐποιΐα, et paulo ante idem: εὐποιοὶ, δίκαιοι. *Photius Lex.* col. 54. εὐπραξίαν, οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ διὰ τοῦ ξ. Θουκυδίδης δὲ διὰ τοῦ γ. Adde *Zonarae Lex.* 910. ac *Suidam.*

ΕΥΠΡΕ'ΠΕΙΑ, *decor.* גאוה, *excellentia.* Ps. XCII, 1. - *הדרות, *calcitratus. Aqu.* sec. *Procop. Cat. Niceph.* p. 157. Iud. V, 22. ἐφορμώντων ἡ εὐπρέπεια. Legit fortasse הדרת literis transpositis. - הדר, *honor, gloria.* Prov. XXXI, 25. Thren. I, 7. *Inc* Ps. XLIV, 4. *Symm.* Ies. XXXV, 2. - הוד, *eminentia, praestantia, gloria, dignitas. Aqu. Theod.* Hab. III, 3. *Theod.* Iob. XL, 4. - כבוד, *gloria. Al.* Ps. XXVIII, 2. - מכלל, *perfectio.* Ps. XLIX, 2. - מעון, *habitaculum.* Ps. XXV, 8. εὐπρέπειαν οἴκου σου. Sec. *Cappellum* legerunt נועם, aut, ut visum est *Scharfenbergio*, expresserunt significationem vocis hebr. vulgo ignotam. Certe *Schultensius* ad Iob. XXXIX, 2. monuit, מעון esse *locum commodum, iuvantem.* - נוה, idem. *Inc.* et LXX 2 Sam. XV, 25. *Aqu.* (quem h. l. quoque secutus est *Vulgatus*) Iob. V, 3. *Symm.* sec. *Scholion Theodoreti* in *Catena Norimb.* Ier. L, 7. In omnibus his locis non legerunt נאוה, quod *decorem, pulchritudinem* notat, ut haud paucis placuit, quia etiam נוה ita usurpatur, v. c. Hos. IX, 13. - נעם, nomen proprium *Noam. Aqu. Symm.* Zach. XI, 7. Habuerunt pro nomine appellativo. - *נעים, *amoenitas, iucunditas.* Iob. XXXVI, 11. sec. *Vat.* - תפארת, *ornatus, ornamentum, gloria. Symm.* Ps. LXX, 8. *Hesych.* εὐπρέπεια, εὐμορφία.

ΕΥΠΡΕ'ΠΕΙΑ ΔΟ'ΞΗΣ, *decor gloriae.* דברי קדש, *verba sanctitatis.* Ier. XXIII, 9. Libere transtulerunt.

*ΕΥΠΡΕΠΕ'Ω, *decorum facio, decorus sum.* נעם, *amoenus sum. Aqu.* Prov. II, 10. εὐπρεπήσει. *Bielius* habet, nescio unde, εὐπρεπώσει. *Kreyssigius* coniicit εὐπρεπίσει.

ΕΥΠΡΕΠΗ'Σ, *decorus, speciosus.* הוד, *decor.* Zach. X, 3. - נאוה part. foem. a נאה. Cant. I, 5. - נאה, *pulcher sum. Symm.* Ies. LII, 17. - נוה, *habitaculum.* Iob. XVIII, 16. Vide supra s. v. εὐπρέπεια. - נעים, *amoenus.* 2 Sam. II, 23. XXIII, 1. ubi loco εὐπρεπεῖς ψαλμοὶ fortasse legendum εὐπρεπὴς ψαλμοῖς. Ει et η saepe invicem permutantur in codicibus MSS. *Aqu.* Ps. XV, 6. - *נעם, *amoenus fuit. Theod.* Ez. XXXII, 19. ממי נעמת, *prae quibusnam amoena fuisti*, ἐξ ὑδάτων εὐπρεπῶν; ubi *Cappello* in *Crit. S.* p. 814. legisse videtur ממי נעמה, dissentiente tamen *Scharfenbergio.* -

שְׁחוֹרָה, *nigra. Inc.* Cant. I, 5. Excusari quidem quodammodo posset haec versio ex notione pulchritudinis apud singulas gentes admodum diversa et relata, maiore tamen cum veri specie statui potest, illud *εὐπρεπὴς* apud *Inc.* ad sequens נָאוָה potius referendum esse. Sap. VII, 29. *ἔστι γὰρ αὕτη* (sc. *σοφία*) *εὐπρεπεστέρα ἡλίου*, est enim sapientia *praestantior*, s. *splendidior* aut *magis nitida* sole. Sir. XXIV, 14. *ἐλαία εὐπρεπής. Vulg. oliva speciosa. Syrus*, qui habet *nutrita*, legisse videtur *εὐτρεφὴς* vel *εὐτραφής*.

ΕΥΠΡΕΠΙΖΩ, decorus sum. נָעֵם, idem. *Aqu.* Psalm. CXL, 6. *εὐπρεπίσθησαν.*

ΕΥΠΡΕΠΟΩ. Vide supra s. v. *εὐπρεπέω.*

ΕΥΠΡΕΠΩΣ, decore, decenter. נָעַמְתְּ 2 pers. praet. Kal, *amoena es.* Ez. XXXII, 19. Confer. *Cappelli Crit. S.* p. 814. Vide et 3 Esdr. I, 10. Sap. XIII, 11. ubi *concinne, eleganter* notat. *Hesych. εὐπρεπῶς, εὐκόσμως. Suidas: εὐπρεπῶς, κοσμίως, ὡραίως.*

ΕΥΠΡΟΣΗΓΟΡΟΣ, affabilis. Sir. VI, 6. *εὐπροσήγορα, salutis et pacis apprecationes*, sc. *ab aliis.* Sic *Syrus: multi erunt, qui tibi pacem apprecentur.* Confer quae ad h. l. ex *Isocrate* ad *Demonicum* observat *Baducllus. Pollux* lib. I. c. 2. sect. 40. inter nomina, quae in laudem regis dici possunt, refert *εὐπροσήγορος*, et Lib. II. c. 4. sect. 127. voces *εὐπροσήγορος* et *δυσπροσήγορος* invicem opponit. Idem lib. V. c. 31. sect. 137. *ὁ δὲ δεξιὸς ἐν τούτοις* (sc. *προσηγορίαις*) *εὐπροσήγορος, φιλοπροσήγορος.*

ΕΥΠΡΟΣΩΠΙΖΟΜΑΙ, speciosus, acceptabilis sum. נָעֵם, idem. *Symm.* Psalm. CXL, 6. *εὐπροσωπίσθησαν*, ubi *Semlerus εὐπρεπίσθησαν* reponendum temere iudicat. Alii, quibus ego accedere mallem, legendum statuunt *εὐπροσωπήθησαν.*

ΕΥΠΡΟΣΩΠΟΣ, pulcher facie, formosus. יְפֵה מַרְאֶה, *pulcher aspectu.* Gen. XII, 11.

ΕΥΡΕΜΑ, inventum, item: *lucrum adventitium*, aut potius: *lucrum in genere.* Sir. XX, 8. *ἔστιν εὕρεμα εἰς ἐλάττωσιν*, est lucrum, quod homini damnum affert. Ib. XXIX, 4. 7. ubi cum *εὕρημα* permutatur in codd.

ΕΥΡΕΣΙΣ, inventio. Sir. XIII, 30. *εὕρεσις παραβολῶν, inventio* parabolarum. Sap. XIV, 11. ubi *εὕρεσις* est *inventio rerum, de qua sollerter cogitavimus.*

ΕΥΡΕΤΗΣ, inventor, auctor, causa. יִמְצָא 3 pers. fut. Kal, *inveniet.* Prov. XVI, 20. – מַצָּב, *situs.* Iud. IX, 6. sec. *Vat. τῷ εὑρετῇ*, ubi מצב et מצא confudit. 2 Macc. VII, 31. *πάσης κακίας εὑρετής. Syrus: qui excogitasti et fecisti.*

ΕΥΡΗΜΑ, res inventa, lucrum, quod alicui casu obtigit. שָׁלָל, *praeda, spolium.* Ier. XXXVIII, 2. XXXIX, 18. XLV, 5. *Suidas: εὕρημα, ἐπίτευγμα.*

ΕΥ'ΡΙΖΟΣ, *bene radicatus.* יְפֵה נוֹף, *pulcher tractu.* Ps. XLVII, 2. ἐν ὄρει τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ εὐρίζῳ, (ubi in mente habuisse videntur vel arab. زأف Coni. II. *excrevit*, vel hebr. נוב, arab. ذلي, med. ي, *progerminavit.*) ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς, in monte suo sancto, bene radicato, exultatione totius terrae. Sic enim bene distinguere mihi verba videtur *L. Bos in Proleg. in LXX Int.* c. 3. Vulgo distinguuntur ita: ἐν ὄ. τ. ἁ. αὐτοῦ. Εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι κ. τ. λ. In Cod. *Alex.* pro εὐρίζῳ corrupte legitur εὐρίζων. Sic et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Εὐρίζων, ἀγαλλιάματι καλὰς ῥίζας ἔχοντι χωροποιούς. (Lege χαροποιούς.) et *Hesychius:* εὐρίζων ἀγαλλιάματι (pro εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι), καλὰς ῥίζας ἔχοντι καὶ χαροποιούς. Rectius *Suidas:* Εὐρίζῳ, Δαβίδ· εὐρίζῳ ἀ. π. τ. γ. ἀντὶ τοῦ ἐπιμόνῳ, καλῶς ἐῤῥιζωμένῳ. *Phavorinus*, qui idem habet, addit: καὶ βεβαίως πεπηγμένῳ. *Theodoretus* Ps. l. c. legit εὐριζῶν, vel εὖ ῥιζῶν. Atque ita legendum censet *Wesseling. Probabil.* c. 32. p. 286. Vnde et apud *Suidam:* εὐριζῶν, πλατύνων (Ita quoque *Hesychius.* Legebant εὐρίζων, ut in *Caten. Corderii* ad h. l., quasi ab εὖρος, ut sit i. q. εὐρύνων vel εὐρύζων. Sic et verterunt *Ambros. Augustin.* etc. *dilatans. Semlerus* quoque in *Epist. Crit.* p. 16. εὐρύζων legendum esse iudicavit.), ἢ καλὰς ῥίζας χαροποιοὺς ἔχων, καλῶς θεμελιῶν καὶ παγίως, ὥστε ἀσάλευτον αὐτὴν καὶ ἀτρεμῆ διαμένειν. Vide quoque ad Ps. l. l. *Schol.* ed. *Rom.* ac *Hexapla*, *Valckenarium Opusc. philol. crit.* T. I. p. 187. et *Stephani* Thes. l. gr. ed. *Lond.* T. I. p. 332 sequ.

ΕΥΡΙ'ΣΚΩ, *invenio*, *assequor*, *deprehendo*, *incido in aliquem*, *obvenio*, *consequor*, *adipiscor*, *quaero*; et εὑρίσκομαι, *sum*, *existo.* אַמִּיץ, *fortis.* *Amos.* II, 16. εὑρέθη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐν δυνάσταις. Ita quoque *Inc.* et *Itala:* *inventum est cor eius.* Legerunt, ut videtur, נִמְצָא. Alii libri habent εὑρήσει τὴν καρδίαν αὐτοῦ, hebr. יִמְצָא. – אַמְצָה, *fortitudo.* Zach. XII, 5. Hic quoque אָמֵץ et מָצָא permutasse videntur nonnullis Intt., contra dicente tamen *Buxtorfio* in *Anticrit.* p. 652. ubi docuit, eos non legisse aliis literis, sed aliis punctis subiectis אֶמְצָה pro אַמְצָה, *robur meum*, et מָצָה cum ה sumsisse, et intellexisse hoc sensu, ut et alibi. Sic Ps. LXXIII, 10. יִמָּצוּ, *exprimentur*, reddiderunt εὑρεθήσονται. Verba enim quiescentia tertia radicali א et ה saepius confunduntur, et promiscue nunc cum hac nunc cum illa litera scribuntur. Sic ab eodem verbo מָצָא legitur 2 Sam. III, 8. הַמְצִיתִיךָ ad formam quiescentium tertia radicali ה. – בּוֹא, *venio.* 2 Reg. XII, 10. τὸ ἀργύριον τὸ εὑρεθὲν ἐν οἴκῳ κυρίου, pecuniam templo *illatam.* Sensu eodem 2 Par. XXX, 25. Iob. XXVIII, 20. – בָּקַע, *perrumpo*, *erumpo.* Ies. LIX, 5. ubi libere verterunt.

- בִּקֵּשׁ, Pih. *quaero.* Cohel. VIII, 17. bene quoad sensum. Conf. sequ. דָּרַשׁ. - דָּרַשׁ, idem. *Al.* Prov. XXXI, 13. *εὑραμένη.* Sc. דָּרַשׁ per metonymiam antecedentis pro consequente interdum *invenire* notat, v. c. Ies. LXV, 1. Hiob. III, 4. Sic quoque apud *Symmachum* (sec. *Theodoret. Comment.* p. 993. Ezech. XXXVI, 37. pro אִדָּרֵשׁ legitur *εὑρεθήσομαι.* - הִדְרִיךְ, Hiph. *incedere facio.* Ies. XLVIII, 17. - הֵפִיק, Hiph. a פּוּק, *educo.* Prov. XII, 2. - הִשִּׂיג, Hiph. a נָשַׂג, *assequor, consequor.* Gen. XLIV, 6. *εὑρὼν δὲ αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος εἶπεν αὐτοῖς,* *assecutus* autem illos homo ille, dixit illis. Vide et Exod. IV, 9. Lev. V, 11. *ἐὰν δὲ μὴ εὑρίσκῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ζεῦγος τρυγόνων,* si autem non inveniat manus eius (h. e. si non *habeat)* par turturum. Vide et Lev. XIV, 21. 22. 30. 32. Deut. XXVIII, 2. *ἥξουσιν ἐπὶ σὲ πᾶσαι αἱ εὐλογίαι αὗται, καὶ εὑρήσουσί σε,* venient super te omnes hae benedictiones, et *deprehendent* te. - *הֵשִׂים, *pono. Symmach.* Iob. IV, 18. Scil. הֵשִׂים est h. l. *observare,* ita ut omissum sit *oculos,* unde LXX h. l. voce *ἐπινοεῖν* usi sunt. *Vulg. reperit.* - *יָצָא, *exeo.* Ezech. XXVII, 32. ubi pro בְּצֵאת legerunt מָצְאָה, et illud coniunxerunt cum fine antecedentis versiculi. - *יָשַׁב, *sedeo. Ed. Quinta et Sexta* Ps. I, 1. *οὐχ εὑρέθη.* Bene quoad sensum. - כָּרַת, *exscindo.* 1 Sam. XX, 15. ubi pro *εὑρεθῆναι* sine dubio legendum est *ἐξαρθῆναι,* quod alii libri habent: nam *εὑρεθῆναι ἀπὸ τοῦ οἴκου* non commode dici potest. - כָּשֵׁר, *rectus sum. Symm.* Cohel. XI, 6. *εὑρήσει,* pro quo *Trommius* legendum suspicatur *εὖ ῥήσει. Bielius* mavult cum *Salmasio* de *modo usur.* p. 519. *εὐοδώσει, prospere, feliciter succedet.* - מִלֵּט, Pih. *eripio.* 2 Reg. XXIII, 18. ubi pro *εὑρέθησαν,* quod cod. *Alex.* et ed. *Ald.* exhibent, sine dubio legendum *ἐῤῥύσθησαν.* - *מוֹצָא, *exitus,* a יָצָא. Hos. VI, 3. ubi pro מֹצָאוֹ legerunt כְּמֹצְאוֹ. - מָצָא, *invenio.* Gen. IV, 15. *πᾶς ὁ εὑρίσκων με,* omnis *incidens* in me. Vide et 1 Reg. XX, 36. Gen. VI, 8. *εὗρε χάριν ἐναντίον κυρίου,* inveniebat, h. e. *nanciscebatur* gratiam coram Domino. Vide et Gen. XVIII, 3. XXX, 27. XXXIII, 15. et conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Genes. XXXII, 19. *ἐν τῷ εὑρεῖν ὑμᾶς αὐτὸν,* si vos *occurratis* illi. Gen. XLIV, 16. *ὁ θεὸς εὗρε τὴν ἀδικίαν τῶν παίδων σου,* Deus iam *poenas* criminum nostrum *deposcit.* Genes. XLIV, 34. *ἵνα μὴ ἴδω τὰ κακὰ, ἃ εὑρήσει τὸν πατέρα μου,* ne videam mala, quae *obvenient* patri meo. Vide et Num. XX, 14. Deut. IV, 30. XXXI, 21. Neh. IX, 32. Exod. XXII, 2. *ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ ὁ κλέπτης,* si autem in perfossione *deprehendatur* fur. Vide et v. 7. 8. Exod. XXXV, 22. *πᾶς, ᾧ εὑρέθη βύσσος παρ' αὐτῷ,* omnis, qui *habebat* byssum. Vide et v. 23. Deut. XVIII, 10. *οὐχ εὑρεθήσεται ἐν σοὶ περικαθαίρων,* non reperiatur vel *non sit* in populo tuo, qui expurget. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. et Ies. XXXIX, 2. ubi נִמְצָא redditur *ἦν.*

Ruth. I, 9. *εὕροιτε ἀνάπαυσιν, requiem consequamini.* Vide et Ier. XLV, 3. Thren. I, 4. 1 Sam. XIII, 15. *τὸν λαὸν τὸν εὑρεθέντα μετ' αὐτοῦ,* populum, qui *erat* cum illo. Vide et v. 16. 2 Par. XXIX, 29. XXX, 21. 25. Esth. I, 5. Esdr. VIII, 25. *πᾶς ἰσραὴλ οἱ εὑρισκόμενοι,* omnes Israelitae, qui *aderant.* 1 Sam. XX, 35. *εὑρέ μοι τὰς σχίζας, quaere* mihi sagittas. 1 Sam. XXV, 28. *κακία οὐχ εὑρεθήσεται ἐν σοὶ πώποτε,* malitia nunquam *deprehendatur* in te. 1 Sam. XXIX, 6. *οὐχ εὕρηκα κατὰ σοῦ κακίαν,* non *deprehendi* in te malitiam. Psalm. XX, 8. *εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου, ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε,* manum tuam *sentiant* omnes inimici tui, dextera tua *incidat* in omnes, qui te odio prosequuntur. Prov. III, 13. *ὃς εὗρε σοφίαν,* qui *adeptus est* sapientiam. Vide et Prov. VIII, 9. XVIII, 22. XXI, 21. Hos. XIV, 9. *ἐξ ἐμοῦ ὁ καρπός σου εὕρηται, ex* me fructus tuus *praesto est.* His locis a *Bielio* adductis addam nunc unum et alterum. Iud. XIV, 18. *οὐκ ἂν εὕρετε τὸ πρόβλημά μου,* ubi *εὑρίσκειν* est *intellegere, sensum orationis percipere, interpretari valere,* unde ibi cum *γινώσκειν* permutatur in codd. Iob. XXVIII, 13. et 20. in cod. *Alex.* perperam legitur *εὑρεθῇ* pro *εὑρέθη,* quod est in reliquis. *Hieronymus* utrobique vertit: *inventa est.* Iob. XXXIV, 11. pro יַמְצִאֶנּוּ, *invenire faciet eum,* LXX habent *εὑρήσει αὐτὸν,* ubi vel legerunt cum *Syro* et *Arabe* יִמְצָאֶנּוּ, vel voci *εὑρίσκειν* tribuerunt notionem hiphilicam, quod tamen mihi est minus probabile. Ps. XX, 9. ubi *εὑρίσκεσθαι τινὶ* est *assequi, aliquem comprehendere.* Confer ibi *Symmachum.* Adde *Theod.* Ies. X, 10. ubi *εὑρίσκειν* est i. q. *λαμβάνειν* apud LXX, ac notat *capere, occupare.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – *מָצָה, *exprimo, sugo.* Psalm. LXXII, 10. Non legerunt יִמְצָאוּ, *invenientur,* quae fuit *Cappelli* sententia. Vide supra s. v. אָמְצָה. – *נֶאֱמַר, *dictum est.* Dan. VIII, 26. sec. *Chis.* ubi sensum expresserunt. – נוֹתַר, Niph. a יָתַר, *relinquor.* 1 Reg. XV, 18. – *רָאָה, *video.* Deut. XXIII, 14. sec. *Oxon.* Bene quoad sensum. Iud. XVIII, 9. – נָשָׂא, *fero.* Esth. II, 3. *εὗρε χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ, nacta est* gratiam coram illo. Vide et v. 16. 17. – שְׁכַח, chald. *invenio.* Esdr. IV, 19. Dan. V, 12. 15. – *שָׁם הוּא, *ibi ille.* Iob. XXXIX, 30. *εὑρίσκονται,* ibi ipsi *adsunt.* – שָׁמַר, *custodio.* Prov. II, 20. Sir. XVI, 14. *εὑρίσκειν* simpliciter positum notat *mercedem recipere, consequi fructum actionum suarum.* Sap. XIII, 6. 9. *εὑρίσκειν τὸν θεὸν, mente assequi* s. *intelligere* Deum: coll. Sap. I, 2. Sir. XVIII, 28. et Prov. III, 13. Iudith. VIII, 14. est *pervestigare, mente perscrutari,* i. q. *ἐπιγινώσκειν.* Sir. XXXIV, 22. *ἐπ' ἐσχάτῳ εὑρήσεις τοὺς λόγους μου,* tandem vera esse, quae dixerim, *experiere,* seu: *usu tuo cognosces.* 3 Esdr. I, 7. *τῷ λαῷ εὑρεθέντι,* populo, qui *aderat:* coll. 9. et 27. 1 Macc. VI, 13. *εὗρόν με, evenerunt mihi.*

*ΟΥ'Χ ΕΥ'ΡΙ'ΣΚΩ. אַיִן, LXX sec. *Complut.* Genes. XXXVII, 29. οὐχ εὗρε. Reliqui libri habent οὐχ ὁρᾷ.

ΕΥ'ΡΟΕ'Ω, *bene procedo, prospere, feliciter succedo.* Vide in *Εὑρίσκω* post כָּשֵׁר.

ΕΥ'ΡΟΣ, *latitudo.* אֹרֶךְ, *longitudo.* Ezech. XL, 12. – פְּתָא, chald. Dan. III, 1. – רָחָב, *latus.* Iob. XI, 9. XXXVIII, 18. – רֹחַב, *latitudo.* Ex. XXV, 25. XXVI, 2. 8. et alibi saepius. *Gloss.* in *Octat.* εὖρος, πλάτος.

ΕΥ'ΡΟΣ, *Eurus*, nomen venti ab oriente spirantis, quasi ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, ἀνατολικὸς secundum *Etym. M.* קָדִים, idem. *Symm.* Ps. LXXVII, 26.

*ΕΥ'ΡΥΘΜΟΣ, *numerorum modulationem habens, numerosus, concinnus, bene compositus.* Addit. Esth. XIV, 9. δὸς λόγον εὔρυθμον εἰς τὸ στόμα μου. *Vulgatus: tribue sermonem compositum in ore meo.* Intelligitur autem ibi *oratio oblectans aures et persuadens, quae apte et iucunde cadit ad oblectationem aurium et persuasionem animorum. Suidas* et *Phav.* εὔρυθμον, εὖ τεταγμένον. Adde *Pollucis Onom.* IV, 58. 96. et IX, 107.

ΕΥ'ΡΥΧΩΡΕ'Ω, *dilato.* הִרְחִב, Hiph. a רָחַב, *dilato.* *Symm.* Ps. XVII, 37. εὐρυχωρήσας.

ΕΥ'ΡΥΧΩΡΙ'Α, *latitudo.* *מֶסֶךְ, *mixtum. Ed. Quinta* Ps. LXXIV, 9. πλήρης εὐρυχωρίας. N. L. Fortasse pertinet vox εὐρυχωρία ad sequens נָגַר, quod *diffundi, expandi* notat. – מֶרְחָב, *locus latus et amplus, latitudo. Symm.* Ps. XVII, 20. CXVII, 5. – רְוָיָה, *exuberans, irrigua. Symm.* Ps. LXV, 12. Legit רְוָחָה, a רָוַח, *latus, spatiosus fuit. Suid.* εὐρυχωρία, πλάτος.

ΕΥ'ΡΥ'ΧΩΡΟΣ, *spatiosus, amplus.* גֹּרֶן, *area.* 2 Par. XVIII, 9. Vox hebr. etiam *locum latum* et *spatiosum* notat. Vid. *Faber Archaeol.* pag. 504. – מֶרְחָב, *latitudo.* Ps. XXX, 10. Hos. XIV, 17. – נִרְחָב, part. Niph. *latus.* Ies. XXX, 23. – *רְחָבָה, *lata. Symm.* Ps. CXVIII, 96. – רְחַב יָדַיִם, *latus manibus.* Iud. XVIII, 10. ubi in *Compl.* εὐρύχωρος χερσὶν legitur, quod *Aquilae* esse videtur. *Aqu. Symm. Theod. Quint. et Sexta Ed.* Psalm. CIII, 26. *Symmach.* Ies. XXXIII, 21. – מְרֻוָּח, part. Pyh. a רָוַח, *perflabilis, ventis pervius et expositus.* Ierem. XXII, 14. 3 Esdr. V, 47. (72.) τὸ εὐρύχωρον, locus amplus et spatiosus, aptus ad conventum populi: hebr. רְחוֹב, coll. Esdr. X, 9. 3 Esdr. IX, 6. 38. 41. *Hesych.* εὐρύχωρον, μεγάλως πολύχωρον. Adde *Pindar. Nem. Od.* I, 96.

ΠΛΑΤΥ'Σ ΚΑΙ' ΕΥ'ΡΥ'ΧΩΡΟΣ, *latus et spatiosus.* רְחַב יָדַיִם, *latus manibus.* Ies. XXXIII, 21.

ΕΥ'ΡΩ'Σ, *situs, caries, vermis, tinea.* עָשׁ, *tinea.* *Symm.* Ps. XXXVIII, 12. Ies. L, 9. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εὐρῶτα, σκώληκα. Sic et *Schol. Aristoph.* in *Nub.* v. 44. εὐρὼς, ὁ σκώληξ. Conf. v. εὐρωτιάω.

ΕΥ'ΡΩΣΤΟΣ, *robustus*, *validus*. Sir. XXX, 14.

ΕΥ'ΡΩ'ΣΤΩΣ, *fortiter*, *valide*. Sap. VIII, 1. 2 Macc. X, 17. XII, 27. 35. *Hesych.* εὐρώστως, ὑγιῶς, ἰσχυρῶς.

ΕΥ'ΡΩΤΙΑ'Ω, *situ obsitus sum*, *mucidus sum*, *cariem patior*. נִקֻּדִים, *mucidi*, *mucore tanquam punctis variis notati et distincti*. Ios. IX, 5. ἄρτοι εὐρωτιῶντες. Confer *Fischerum de Vers. GG. V. T.* p. 125. In *Vat.* legitur εὐρωτιῶν. *Gloss. in Octat.* εὐρωτιῶν, σκωληκόβρωτος, σεσηπώς. *Suid.* εὐρωτιῶν, σαπεὶς, ἠφανισμένος, ἢ σκωληκόβρωτος. *Hesych.* εὐρωτιῶν, ἠφανισμένος· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἄρτων, ὅταν ἄζυμοι ὦσι καὶ χρονίσωσιν, ἢ ὑγροὶ τῷ ἡλίῳ καὶ μὴ ξηρανθέντες. – *עָבַשׁ. Ioel. I, 17. ubi pro εὐρωτία σε (sec. cod. *Barber.*) vel hebr. עָבְשׁוּ docet reponendum esse εὐρωτιάσει. עָבַשׁ, ut chald. עֲבַשׁ, notat *mucorem contrahere*, *mucescere*, *rancescere*. – עָשֵׁשׁ, *contabesco*. *Symm.* Ps. XXX, 13. τὰ ὀστᾶ μου εὐρωτίασαν, *ossa mea cariem patiuntur*.

**ΕΥ'ΡΩΤΙ'Α*. V. supra s. εὐρωτιάω post עָבַשׁ.

ΕΥ'ΣΕ'ΒΕΙΑ, *pietas*. זִמָּה, *scelus*. Ez. XVI, 43. ubi tamen alii rectius ἀσέβειαν pro εὐσέβειαν habent. Sic apud *Lysiam Orat. Funebr.* in *Corinth. Soc.* pro εὐσεβείας legendum esse ἀσεβείας censet *Taylorus*. Vid. *Act. Erud.* 1741. p. 481. – יָד, *manus*. Prov. XIII, 11. Ita *Bielius*. Sed verbis עַל יָד ibi respondet apud LXX ἑαυτῷ, et μετ' εὐσεβείας affluxit ab interpretis ingenio, sententiam a calumniis defendere magisque explicitam reddere volentis, ut ad h. l. observavit *Iaegerus*. – יִרְאָה et יִרְאַת יְהוָה, *timor Domini*. Prov. I, 7. εὐσέβεια εἰς θεόν. Ies. XI, 2. XXXIII, 6. Quid sit εὐσέβεια 4 Maccab. VI, 2. me ignorare fateor. Fortasse ἡ περὶ τὴν εὐσέβειαν εὐσχημοσύνη est ornatus sacer, quo in cultu Dei publico utebatur summus sacerdos.

**ΕΥ'ΣΕΒΕ'Ω*, *pius sum*, *pie ago*. Hist. Sus. 64. *Chis.* εὐσεβήσουσι γὰρ νεώτεροι. *K.*

ΕΥ'ΣΕΒΗ'Σ, *pius*. נָדִיב, *ingenuus*, seu: *qui facit ea, quae hominem ingenuum ac liberalem decent*. Ies. XXXII, 8. – צַדִּיק, *iustus*. Ies. XXIV, 16. XXVI, 7. – *רֶשַׁע, *impietas*. Cohel. III, 16. ubi pro εὐσεβής, quod extat in *Vat.*, reliqui libri rectius habent ἀσεβής.

ΕΥ'ΣΗΜΟΣ, *insignis*, it. *laetus*. כֶּסֶה, *feria stativa*. Psalm. LXXX, 5. ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν, *in die insigni festi vestri*. Secundum *Agellium* post εὐσήμῳ est comma ponendum, ut εὐσήμῳ substantive h. l. sumatur, et τὸ εὔσημον *diem plenae lunae* significet. – כֶּסֶא, *tempus statum*. *Al.* Prov. VII, 20. εὐσήμου, scil. ἑορτῆς. Sed כֶּסֶא ibi notat *plenilunium*, quod tum tota luna *tegatur* luce.

**ΕΥ'ΣΗ'ΜΩΣ*, *clare*, *perspicue*. Dan. II, 19. sec. *Chis.* ἐξεφάνθη εὐσήμως, ubi nihil pro hoc adverbio legitur in textu. *Strabo Geogr.* l. X. p. 707. C.

ΕΥ'ΣΘΕΝΗ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *validus, robustus sum.* גָּאָה, *extollo me. Hebr.* Iob. X, 16. ubi εὐσθενὴς non tam *robustum,* quam *eum* notat, *qui ob robur suum ac potentiam se extollit. Vulg. et propter superbiam quasi leaenam capies me.* Vide ad h. l. notas *L. Bosii.* Adde *Quint. Smyrn.* XIV, 653.

ΕΥ"ΣΚΙΟΣ, *umbrosus.* רַעֲנָן, *viridis.* Ierem. XI, 16. ἐλαίαν εὔσκιον. *Pindar. Pyth.* Od. XI, 32. *Xenoph. Oecon.* IX, 4.

*ΕΥ"ΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, pr. *qui firmis est visceribus,* (Cf. *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 252.) deinde ex hebraismo, *admodum misericors et benignus. Orat. Manass.* v. 6. κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος κ. τ. λ. Vide *Lex. N. T.* s. h. v.

ΕΥ'ΣΤΑ'ΘΕΙΑ, *stabilitas, stabilimentum, firmitas,* it. *firma felicitas, status prosper et firmus.* Sap. VI, 26. βασιλεὺς φρόνιμος εὐστάθεια δήμου, *a prudentia regis pendet perennis salus populi.* 2 Macc. XIV, 6. οὐκ ἐῶντες τὴν βασιλείαν εὐσταθείας τυχεῖν. *Vulg. nec patiuntur regnum esse quietum. Syrus:* ܒܫܠܝܐ. 3 Macc. III, 26. ἐν εὐσταθείᾳ καὶ βελτίστῃ διαθέσει. *Hesych.* εὐστάθεια, παγιότης, καὶ εὐσταθὲς, ἐνηρεισμένον. *Suidas:* εὐστάθεια, καρτερία.

ΕΥ'ΣΤΑΘΕ'Ω, *stabilis sum, firmiter consisto, tranquillus sum, quiete ac pace fruor.* שָׁלֵיו, *tranquillus.* Ierem. XLIX, 30. ἔθνος εὐσταθοῦν. 2 Macc. XII, 2. οὐκ εἴων αὐτοὺς εὐσταθεῖν. Ibid. XIV, 25. *Hesychius:* εὐσταθήσουσιν, ἡσυχάσουσιν.

ΕΥ'ΣΤΑΘΗ'Σ, *stabilis, firmus.* Sirac. XXVI, 20. ἐπὶ στέρνοις εὐσταθέσι, super pavimenta *stabilia.* Sed ingenue fateor, mihi h. l. suspectam esse vocem εὐσταθέσι et legendum videtur εὐσταλέσι ob parallelismum membrorum. *Hesych.* εὐσταθὴς, βέβαιος.

ΕΥ"ΣΤΟΧΟΣ, *recte ad scopum collineans, directus.* Sap. V, 21. εὔστοχοι βολίδες ἀστραπῶν πορεύσονται, directa ferentur fulgurum iacula. Nam tela, quae perveniunt, quo iaciuntur, Graecis εὔστοχα dicuntur, ut recte ad h. l. monuit *Grotius.*

ΕΥ'ΣΤΟ'ΧΩΣ, *apte ad scopum, dextre, recte et dextre iaculando.* לְתֻמּוֹ, *in simplicitate sua.* 1 Reg. XXII, 34. ἐνέτεισεν τὸ τόξον εὐστόχως, intendebat arcum dextre, ubi alii ἀφελῶς habent. 2 Par. XVIII, 33. Adde *Lucian.* de *morib. philos.* pag. 25. C.

ΕΥ'ΣΤΡΟΦΙ'Α, *facilitas ad se vertendum, agilitas, versatilitas.* עֶבְרָה, *excandescentia.* Prov. XIV, 37. ubi *Iaegero* (qui omnino huc conferendus est) legisse videntur עָרְמָתוֹ. Nam εὐστροφία est *versutia, agilitas, qua se quis in omnes partes vertit et versat, ut rem conficiat.*

**ΕΥ'ΣΤΡΟΦΟΣ*, *tortilis*, *agilis.* גַּלְגַּל, *rota. Symm.* Ez. X, 13. *εὔστροφα.* Ita *Bosius* ad h. l. protulit versionem *Symmachi*, cui *Hieron.* tribuit *volubiles: Cod. Syr. Hex.* autem ܥܘܪ̈ܓܠܐ, *volutationes*, h. e. *κυλίσματα*, quod *Montfauc. Symmacho* vindicavit. Num scribendum *εὔστροφα κυλίσματα*, et utraque lectio coniungenda? Vnde *Bosius* vocabulum *εὔστροφα* petierit, nescio. *K. Hesychius*: *εὐστρόφῳ*, *καλῶς ἐστραμμένῳ.*

ΕΥ'ΣΥΝΑΛΛΑ'ΚΤΩΣ, *reconciliabiliter.* Prov. XXV, 10. *φύλαξον τὰς ὁδούς σου εὐσυναλλάκτως*, custodi vias tuas *ita, ut facile alteri reconcilieris.* In textu hebr. longe aliter. *Hesych. εὐσυναλλάκτοις*, *εὐμεταδότως.*

**ΕΥ'ΣΧΗΜΟΣΥ'ΝΗ*, *decor*, *speciositas*, *elegantia*: 4 Macc. VI, 1. ubi *splendidum habitum* notat.

ΕΥ'ΣΧΗ'ΜΩΝ, *pulchre compositus*, *speciosus*, *formosus*, *decorus.* יוֹרֶא, *pluvia*, sec. alios part. Niph. a יָרֵא, *reverendus.* Prov. XI, 25. *ἀνὴρ δὲ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων.* Legerunt מוֹרָה pro מַרְוֶה, et לֹא pro הוּא, nisi potius legerint יָרַע aut מֵרַע, aut לֹא יִירָא, a יָרֵא, *timere.* Sir. XXVI, 23. *εὐσχήμων*, *honesta*, *pudica.* Opponitur ibi *ἀσχήμονι.*

ΕΥ'ΣΧΟΛΙ'Α, *otii abundantia.* לִפְנֵי, *ante faciem*, *coram. Aqu. Theod.* 1 Reg. VI, 17. *ἐν εὐσχολίᾳ*, quod *Drusius* vertit *in otii abundantia*, ubi *Montfauconus* monet, se et de lectione graeca, et de versionis adcuratione dubium esse, et ego meum N. L. adscribo.

ΕΥ'ΤΑΚΤΕ'Ω, pr. *ordinem servo*, diciturque de *militibus*, *qui ordinem non deserunt.* Deinde universe ad mores transfertur, et notat: *ordinate me gero*, *praesto ea*, *quae sunt officii.* 2 Macc. IV, 27. *οὐδὲν εὐτάκτει*, *nihil praestitit eorum*, *quae promiserat. Syrus: nihil dedit.* Alii vertunt: *nihil ei procedebat.*

ΕΥ'ΤΑ'ΚΤΩΣ, *ordinate*, it. *modeste*, *decenter.* כֻּלּוֹ, *omnis ille*, h. e. *universim*, *turmatim.* Prov. XXX, 27. Adde 3 Macc. II, 1. *τὰς χεῖρας προτείνας εὐτάκτως*, manus *decenter* attollens.

**ΕΥ'ΤΑ'ΚΤΩΣ 'ΟΔΕΥ'Ω*, *ordinate viam facio*, s. *ordino viam*, ut *Hieronymus* vertit: h. e. *convenienter legibus divinis ago.* שׂוּם דֶּרֶךְ, *pono viam. Symm.* Ps. XLIX, 23. Sed *ponere viam* simpliciter positum hanc significationem nullo modo habere potest. Suspicor itaque, *Symmachum* legisse תָּם דֶּרֶךְ, *integer vitae.* Nam sonus literae ת fuit olim obtusus et subobscurus, mediusque inter S et T: unde שׁ et ת saepe permutatae sunt ab interpretibus graecis, v. c. Iud. I, 25. Secundum alios legit שֹׁמֵר דֶּרֶךְ aut דְּרָכַי.

ΕΥ'ΤΑΞΙ'Α, *bonus ordo*, *moderatio*, *modestia.* 2 Macc. IV, 37. 3 Maccab. I, 10. *τὴν τοῦ ἱεροῦ εὐταξίαν*, ubi est *prae-*

clara compositio, optima aedificii structura. Syrus: ordinem et decus. De acie instructa Romanorum usus est *Iosephus* de *B. Iud.* II, 19. p. 203. ed. *Havere.*

**ΕΥ'ΤΕΚΝΙ'Α, boni liberi et multi.* 4 Macc. XVIII, 9. Adde *Pollucis Onom.* III, 14. IX, 160.

ΕΥ'ΤΕΛΗ'Σ, facilem impensam requirens, vilis, tenuis, etiam *frugalis, parcus.* זלות, *vilitas, res vilis. Symm.* Ps. XI, 9. - כִּמְעַט, *sicut parum. Symm.* Prov. X, 20. Bene quoad sensum, nam pauca, exigua, aut abrasa vilia sunt, nec admodum curari solent. - נְמִבְזָה, *contemptibile. Symm.* 1 Sam. XV, 9. - נִקְלָה, part. Niph. *res levicula. Aqu.* 1 Sam. XVIII, 23. *Hesych.* εὐτελές, ὀλίγης δαπάνης καὶ σύντομον.

ΕΥ'ΤΕΛΕ'ΣΤΕΡΟΣ, viliora. נָקַלָּה sequ. מ, idem. *Symm.* 2 Sam. VI, 22. Adde Sap. XV, 10.

ΕΥ'ΤΕΛΩ͂Σ, parvo sumtu, tenuiter, exiliter, frugaliter. 2 Macc. XV, 39. εὐτελῶς καὶ μετρίως.

ΕΥ'ΤΗΚΤΟΣ, liquabilis, facile liquescens. Sap. XIII, 11. εὔτηκτον φυτὸν, planta vel arbor, quae facile colliquescit, putrescit, corrumpitur. Ita *Compl.* Sed sine dubio legendum εὔτυκτον, *facilem factu, elaboratam diligenter,* aut εὔτεκτον, *bene genitam, recte natam et formatam. Vulg. rectum:* nam quae recta sunt, facilius formantur: unde dicuntur εὐκτήδονα δένδρα, *quarum venae et fibrae recte fluunt.* Sap. XIX, 20. εὔτηκτον γένος ἀμβροσίας τροφῆς, *facile liquescens* genus cibi coelestis. *Gloss. MS.* in *Sap. Sal.* Εὔτικτος, ἀχερῶς τικτόμενος. Lege: Εὔτηκτος, εὐχερῶς τηκόμενος.

ΕΥ'ΤΟΛΜΙ'Α, audacia, confidentia, animi praesentia, animositas. 2 Macc. XIII, 28.

ΕΥ'ΤΟΝΙ'Α, valida intensio, tolerantia, patientia. - מַתָּנָה, *donum. Aqu. Theod.* Cohel. VII, 8. Non derivarunt a נָתַן, sed a מָתַן, quod in l. arab. *firmus, validus fuit* notat. *Bielius* εὐτονίαν h. l. in notione *benevolentiae* s. *animi in aliquem bene affecti* accepisse videtur. *Hesych.* εὐτονία, ἀνεξικακία, καρτερία, ὑπομονή. Idem: εὔτονος, εὐμενής, γενναῖος.

ΕΥ'ΤΟΝΟΣ, in compar. εὐτονώτερος, *valde intensus, intensior, vehementior.* 2 Macc. XII, 23. 4 Macc. VII, 10. πυρὸς εὐτονώτερος, igne vehementior, h. e. is, qui flammis adeo se cogi non passus est, ut in religionem Mosaicam periurium committat. Vide s. βιαιότερος.

ΕΥ'ΤΟ'ΝΩΣ, intense, vehementer. בַּשּׁוֹפָרוֹת, *in buccinis.* Ios. VI, 8. Sensum expresserunt. *Hesych.* εὐτόνως, ἰσχυρῶς, ἐλαφρῶς.

ΕΥ'ΤΡΕΠΙ'ΖΩ, exorno, bene praeparo. הִקְדִּישׁ Hiph. a קָדַשׁ, *sanctifico, praeparo ad divinum usum. Syrus* Ier. XII, 3. εὐτρέπισον. Vertunt: *bene praepara. Lex. Vet.* Εὐτρεπής, *paratus, praeparatus.* Εὐτρεπίζω, *apparo, paro, comparo. Phavor.* εὐτρεπίζω, ἑτοιμάζω, παρασκευάζω, εὐκοσμῶ, εὖ τί-

θημι. - בָּסַם, *iucundum est.* *Aqu.* Ps. CXL, 8. εὐτρεπίσθησαν: ubi *Semlerus*, nulla prorsus necessitate cogente, εὐπρεπίσθησαν legere mavult. 4 Macc. V, 32. τροχοὺς εὐτρέπιζε, *para* rotas.

ΕΥ'ΤΡΟΦΙ'Α, *bonum alimentum.* בָּשָׁן, nomen proprium regionis. *Symm.* Ps. LXVII, 16. Ita transtulit, quod putaret, montem Basanem per metaphoram significare *montes pingues* et *fertiles*. Legitur praeterea haec vox apud *Aristoph. Thesmoph.* v. 450. *Schol.* et *Aristot. hist. anim.* I. p. 837. D. E.

ΕΥ'ΤΡΟΦΟΣ, *pinguis*, *bonum alimentum praebens.* בָּשָׁן. *Symm.* Amos. IV, 1. εὔτροφοι. Vide supra s. v. εὐτροφία, ac *Funckii Symb.* p. 40 sequ. Adde *Hippocrat.* de *dentitione* p. 267, 17.

ΕΥ'ΤΥΧΕ'Ω, *fortunatus sum*, *prospera fortuna utor.* גָּד, *prospera fortuna.* *Al.* Gen. XXX, 10. εὐτύχηκα.

**ΕΥ'ΤΥΧΙ'Α*, *secunda fortuna*, *felicitas.* 2 Macc. XIV, 18. sec. *Compl.* εὐτυχίαν, ubi alii libri εὐψυχίαν habent. Adde *Pollucis Onom.* III, 102. VI, 205. IX, 160.

ΕΥ'ΦΗΜΕ'Ω, *bonis ominibus prosequor*, *laudo*, *benedico*, *fausta acclamo*, *hymnis celebro.* הֵרִיעַ Hiph. *clango.* *Inc.* Ps. XLVI, 2. εὐφημήσατε. - רָנַן, *canto.* *Symm.* Psalm. XXXI, 11. et XXXII, 1. ubi tamen vide, quae sunt notata a me in *Opusc. Crit.* p. 188. - הִרְנִין Hiph. *laetus canto.* *Symm.* Ps. XXXI, 14. et CXLIV, 7. Vide et 1 Macc. V, 64. *Hesych.* εὐφημεῖ, καλαλαλεῖ ἢ ἐπαινεῖ. Idem: εὐφημῆσαι, βοῆσαι μετ' εὐφημίας.

ΕΥ'ΦΗΜΙ'Α, *laus*, *hymnus*, *fausta acclamatio.* רִנָּה, *cantus.* *Symm.* Ps. XLI, 5. CXXV, 2. - רְנָנָה, idem. *Symm.* Ps. XCIX, 2. μετ' εὐφημίας, cum *laude* vel *hymno.* Sic *Aelianus V. H.* XII, 1. ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν θυσίαις τε ἱλεοῦτο καὶ ὕμνοις.

ΕΥ'ΦΗΜΟΣ, *benedicens.* רָנַן, *canto.* *Symm.* Psalm. LXII, 6.

**ΕΥ'ΦΘΑΡΤΟΣ*, *qui facile corrumpi potest.* Sap. XIX, 20. εὐφθάρτων ζώων σάρκας, coll. XVI, 18. Deest hoc vocabulum quoque in *H. Stephani Thesauro.*

ΕΥ'ΦΟΡΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *bene me habeo.* טוֹב לוֹ, *bonum illi.* *Symm.* 1 Sam. XVI, 23. εὔφορος ἐγίνετο, *bene se habebat.* LXX ἀγαθὸν ἦν αὐτῷ. Sed ingenue fateor, lectionem illam mihi esse suspectam. Mallem legere εὔφρων, aut εὐφραινόμενος.

ΕΥ'ΦΡΑΙ'ΝΩ, ομαι, *exhilaro*, *laetor.* אָגַר, *colligo.* Deut. XXVIII, 39. Sensum expresserunt. Nam *percipere fructus vinearum* et *vino exhilarari* parum differunt. - *אֲשִׁישֵׁי, *fundamenta.* *Symm.* Ies. XVI, 7. εὐφραινομένοις. Legit cum Sin לִמְשִׂישֵׂי, a rad. שׂוּשׂ, *gaudere*, *laetari.* Ita quoque *Vulgatus*

et *Hieronymus*. – בוא, *venio*. 1 Sam. XVI, 5. *εὐφράνθητε μετ' ἐμοῦ σήμερον*. In textu hebr. legitur: בָּאתֶם אִתִּי בַּזָּבַח, *venite mecum in victima*, unde luculenter apparet, *εὐφραίνεσθαι* h. l. notare *magnifice epulari, laute convivari*. Sermo enim ibi est de epulis sacrificalibus, unde alii libri *ἀνακλίνεσθαι* habent. – גִּיל, *exsultatio*. Hos. IX, 1. – הֵגִיל, Hiph. a גול Ies. XLI, 16. Soph. III, 18. – הוֹרָה, Hiph. a יָרָה, *doceo*. Ies. XXVIII, 26. *εὐφρανθήσῃ*. Respexerunt fortasse notionem *irrigandi*, quam יָרָה habet, et quae haud raro ad *refectionem, recreationem*, et *oblectationem* in linguis orientalibus transfertur. Fortasse etiam יָרָה cum רָוָה h. l. permutarunt. – הָמָה, *strepo*. Psalm. LXXVI, 3. *εὐφράνθην*, *laetitiam testatus sum*. Admittit usus loquendi hanc interpretationem. – *הַרְנִין, Hiph. a רָנַן, *iubilare facio*, *exhilaro*. *Theod*. Iob. XXIX, 13. *Vulg*. *consolatus sum*. – הַרְעִיף, Hiph. *destillo*. Ies. XLV, 8. *εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν*, ubi *εὐφραίνεσθαι* in notione transitiva accipiendum est. – *הִתְחַמֵּץ, *exacerbor*, *indignor*, pr. *fermentum s. acrimoniam in me concipio*. Psalm. LXXII, 21. *ηὐφράνθη ἡ καρδία μου*. Ita *Vatic*. *Psalt Rom*. et *Augustinus*. Sed vox hebr. contrarium sensum exhibet. Num legerunt הִתְחַמָּה aut הִתְלַצֵּץ? *Vulg*. habet: *inflammatum est cor meum*. Legit ergo *ἐξεκαύθη*, ut scriptum reperitur in *Ald*. et *Compl*. Conf. *Starck*. *Carmina Davidis* p. 145. – הִתְלוֹצֵץ, Hithp. a לוּץ, *derideo*. Ies. XXVIII, 22. – *חָגַג, *gyro*, *tripudio*, *salto*, *festum celebro*. *Theod*. ac *LXX sec*. *Hex*. Levit. XXIII, 41. – חִדָּה, Pih. *exhilaro*. Ps. XX, 6. – חָלַל: חִלֵּל, Kal. et Pih. *tripudio*. Deut. XX, 6. ubi *εὐφραίνεσθαι ἐκ τῆς ἀμπέλου* est *percipere fructus vineae*. Confer supra s. v. אָגַר. Sic quoque *gaudere* apud Latinos sumitur. Ps. LXXXVI, 7. – טוֹב לֵב, *bonus corde*. Esther. V, 9. – נָהַר, *confluo*. Ies LX, 5. נְהַר in l. *Syr*. et *Chald*. notat *splenduit*, *illuxit*, *illuminatus est*, et deinde, ut omnia verba et nomina lucis, ad *gaudium* et *hilaritatem* transfertur, v. c. Ps. XXXIV, 6. Ier. XXXI, 12. – יַחֵד, Pih. *aduno*. Ps. LXXXV, 10. Retulerunt ad vocem חָדָה, *gavisus sum*, et aliis punctis subiectis legerunt יֵחַד. Ita quoque *Syrus*. – *מוֹגֵג, Pih. *liquefacio*, *dissolvo*, ac si de terra sermo est, *emollio*, a מוּג, *liquefio*, *dissolvor*. Psalm. LXIV, 11. ubi *εὐφραίνεσθαι* est *recreare terram*. Vsurpatur vox hebr. quoque metaphorice, et ad animum transfertur, quod etiam hic locum habere potest. Vnde *Vulgatus* habet: *laetabitur*. – מַשְׁאַבִּים, plur. *loca*, *ubi hauritur aqua*. Iud. V, 11. *ἀνὰ μέσον εὐφραινομένων*. Cod. *Alex*. habet *εὐφραινόντων*. Videtur mendum esse loco *ὑδρευομένων*. – *מָשַׁח, *ungo*. Dan. IX, 24. sec. *Chis*. *εὐφρᾶναι ἅγιον*, *ἁγίων*. Legerunt fortasse לְשַׂמַּח, literis transpositis. Est tamen *oleum* et *unctio* symbolum *felicitatis* et *hilaritatis* in SS. Cf. Ps. XXIII, 5. et 2 Cor. I, 21. – מָשׂוֹשׂ, *laetitia*. Ies. LXII, 5. – רָנַן,

Niph. a כּוּן, *aptor*. Prov. XXII, 18. ubi LXX viderunt יַלְּשׂ, quod paulo liberius verbo transitivo elocuti sunt εὐφρανοῦσί σε, *magna cum voluptate de iis loqueris*, ut recte observavit ad h. l. *Iaegerus*. - נָשָׂא, *attollo*. Ies. XLII, 11. εὐφράνθητι, *laetitiam clamore significa*: nam post נָשָׂא supplendum est h. l. קוֹל. Vide ad h. l. *Montfauconium*. - *רוּם. *Theod.* Prov. XI, 11. εὐφρανθήσονται. *Iaegerus* ad h. l. hanc vocem referre mavult ad חָלַץ, *exultavit*, v. 10. Sed cum רוּם eandem habeat significationem, hac coniectura facile supersedere possumus. - רָנַן, *canto*. Deut. XXXII, 44. 1 Par. XVI, 33. Ies. XII, 6. Adde Ies. LII, 8. ubi εὐφραίνεσθαι τῇ φωνῇ est i. q. ῥῆσσειν εὐφροσύνην v. 9. - שָׂבַע, *satior*. *Al.* Deut. XIV, 29. εὐφρανθήσονται, quae vox vel, cum proxime antecedente iuncta, vertenda est *ad hilaritatem*, h. e. *ad satietatem usque*, vel in notione *epulandi et laute convivandi* accipienda erit, vindicata ei a me in *Lex. N. T.* s. h. v. n. 4. Vide quoque in fine huius articuli ad Sir. XXII, 28. notata. - שָׂגַב, Pih. *in edito collocor*. Prov. XXIX, 25. εὐφρανθήσεται, *materiam laetandi habebit*. Posuerunt consequens pro antecedente. - שׂוּם, *pono*. Ez. XXIII, 41. Vide supra s. מֶשֶׁה. - שׂוּשׂ: הֵשִׂישׂ, Kal. et Hiph. Deut. XXVIII, 63. Ies. XXXV, 1. LXII, 5. *Inc.* sec. cod. *Norimb.* Ierem. XXXII, 41. et alibi saepius. - - שָׂחַק, *rideo, ludo*. Prov. VIII, 30. XXXI, 25. - שִׁיר. *canticum*. Ies. XXX, 29. - שָׁלֵו, *tranquillus*. *Inc.* et LXX Zach. VII, 7. ubi pro εὐφραίνουσα alii habent εὐθηνοῦσα. - שָׂמַח: שִׂמַּח, Kal et Pih. Ps. CIII, 16. οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, vinum *exhilarat* cor hominis. Conf. Cobel. X, 19. et infra s. εὐφροσύνη. Lev. XXIII, 40. *Symm.* Ps. CIII, 16. οἶνον εὐφραίνειν καρδίαν ἀνθρώπου. Si lectio haec sana est, ante εὐφραίνειν supplendum est εἰς τὸ, ut accusativus ab antecedente ἐκφῦσαι pendeat. Sed si fides habenda est *Hieronymo*, qui habet: *et vinum laetificat cor hominis*, *Symmachus* scripserat οἶνος εὐφραίνει κ. ἀ. ut quoque LXX habent. - *שָׂמֵחַ, verbale, *laetus*. Deut. XVI, 15. 1 Par. XXIX, 10. Esther. V, 14. et alibi saepius. - שִׂמְחָה, *laetitia*. Iud. VI, 24. Ps. XLII, 4. et alibi. Adde *Theod.* Ezech. XXXV, 15. καθὼς ηὐφράνθης. *Vulg. sicuti gavisus es*. - שִׁעֲשַׁע, Pih. a שָׁעָה, *oblecto*. Psalm. XCIII, 19. - שָׂשׂוֹן, *laetitia*. Ier. VII, 32. Sir. XXII, 28. εὐφρανθῇς, *laeteris*, h. e. *una fruaris*, unde alii legunt ὁμοῦ πλησθῇς. Vide quoque supra s. v. שָׂבַע.

ΕΥΦΡΑΙΝΟΜΕΝΟΝ ΠΟΙΕΩ, *laetum facio*. שִׂמַּח מִיָּגוֹן, *exhilaro a moerore*. Ier. XXXI, 13.

ΕΥΦΡΑΤΗΣ, *Euphrates*, nomen fluvii celebris in Chaldaea. פְּרָת, idem. Gen. II, 14. XV, 18. Deut. I, 7. De nomine huius fluvii vide *Relandi Diss. Misc.* P. I. p. 45. 94.

**ΕΥΦΡΟΝΗΣΙΣ*. תְּבוּנָה, *intellegentia, prudentia*. *Aqu.* sec. *Heracleotam* (in *Catena PP. GG. in Psalm.* T. II. pag.

630.) Ps. LXXVII, 72. εὐφρονήσει. Sed vox haec mihi merum vititum typographicum, et scribendum esse videtur ἐν φρονήσει. Caeterum conf. *Thiemii* Diss. de *puritate Symm.* pag. 20. et 22.

ΕΥ'ΦΡΟΣΥ'ΝΗ, laetitia, convivium. גְּדוּלָּה, *magnitudo.* Esth. I, 4. ubi pro εὐφροσύνης sine dubio reponendum est μεγαλοσύνης. - גִּיל, *exultatio.* Ier. XLVIII, 33. - הִתְנַשֵּׂא, infin. Hithp. *efferendo se.* Prov. XXX, 32. - חֶדְוָה, *laetitia, gaudium.* Esdr. VI, 16. - יוֹם טוֹב, *dies bonus*, h. e. *laetus.* Esth. VIII, 7. - טוּב לֵב, *bonitas cordis*, h. e. *laetitia, hilaritas.* Ies. LXV, 14. - מָשׂוֹשׂ, *gaudium.* Ies. XXXII, 13. 14. LXV, 18. Thren. II, 15. -מִשְׁתֶּה, *convivium.* Esth. IX, 19. μετ' εὐφροσύνης, *convivio.* - נֵבֶל, *nablium*, instrumentum musicum, quo in rebus laetis utebantur. Ies. XIV, 11. - *נָבַל, *stulte ago.* Prov. XXX, 32. ἐν εὐφροσύνῃ, vel, ut *Grabius* edidit: εἰς εὐφροσύνην. Legere mallem ἐν ἀφροσύνῃ, aut εἰς ἀφροσύνην. - נָוֶה, *habitatio.* Ies. XXXV, 7. ubi εὐφροσύνη est *locus, ubi libenter commorari solemus.* - סִכְלוּת, *stultitia.* Cohel. II, 3. ubi tamen iterum pro εὐφροσύνη legendum videtur ἀφροσύνη. Fortasse etiam legerunt שִׂכְלוּת. Sed prius ob v. 12. est magis verosimile. - צְדָקָה, *iustitia.* Ies. LXI, 10. Ita *Bielius* Trommium secutus, sed perperam: nam εὐφροσύνη h. l. respondet hebr. שׂוֹשׂ, *gaudendo.* - רִנָּה, *cantus.* Ps. CIV, 42. Ies. XIV, 7. XXXV, 10. et alibi. - רִנֵּן, Pih. *canto.* Ies. LII, 9. - רְנָנָה, *cantus.* Iob. III, 7. XX, 5. - שׂוּשׂ: הֵשִׂישׂ, Kal et Hiph. Ies. LXI, 10. LXV, 18. - שְׂחֹק, *risus.* Prov. XIV, 13. - שְׂמֹחַ, infin. *laetando.* Ies. XXXV, 14. - שִׂמַּח, Pih. *laetor.* Iud. IX, 13. - *שָׂמֵחַ, verbale, *laetus.* Prov. XXIX, 6. - שִׂמְחָה, *laetitia.* Genes. XXXI, 27. Num. X, 10. Deut. XXVIII, 47. et alibi saepius. *Aqu. Symm.* Ps. XV, 11. *Symm.* Ps. XX, 7. et XLII, 4. - *שֶׁמֶן, *oleum, pinguedo.* Ies. XXV, 6. Scil. oleum et unguenta ex oleo sunt symbola hilaritatis et felicitatis in SS. Cf. Ps. XLV, 8. Sec. *Cappellum* in *nott. critt.* ad h. l. p. 510. legerunt שְׂמֵחִים. - שָׂשׂוֹן. Esth. VIII, 17. Ies. XII, 3. - *תִּפְאֶרֶת, *gloria.* Esth. I, 4. sec. *Origen.* ubi εὐφροσύνην ceperim pro καύχησιν, quod *Arundel.* habet. Praeterea legitur Ioel. I, 5. ubi εὐφροσύνη καὶ χαρὰ huc e v. 16. irrepserunt. Iudith. XII, 12. πιεῖν εἰς εὐφροσύνην οἶνον, bibere vinum ad laetitiam. Ib. X, 3. ἱμάτια τῆς εὐφροσύνης, *vestes, quibus diebus festivis ac laetis ornabatur.* Sirac. II, 7. ubi εὐφροσύνη *ipsam laetitiae ac gaudii materiam* notat, *quaecunque tandem sit*, coll. ib. IV, 13. ubi *Vulgat.* habet *placor*, (h. e. suavitas, iucunditas et laetitia) et εὐφροσύνη permutatur cum ζωὴ in membro priore. Ibid. XIII, 18. *Vulg. in stultitiam.* Legit ἀφροσύνην, et ita quoque *Syrus.* Ib. XV, 6. εὐφροσύνη non est *gaudium, quod ipse percipit*, sed *quod aliis creat sapiens.* Ib. XXXVII, 4. εὐφρο-

σύνη opponitur τῷ καιρῷ τῆς θλίψεως, adeoque *felicitatem, statum fortunatum ac prosperum* notat. 1 Macc. III, 2. bellum gerebant μετ' εὐφροσύνης, *felicissimo cum successu. Hesych.* εὐφροσύνη, εὐθυμία.

'ΕΜΠΛΗ'ΘΩ ΕΥ'ΦΡΟΣΥ'ΝΗΣ, *impleo laetitia.* הֵגִיל, Hiph. a גִּיל *exulto.* Ies. XXIX, 19.

ΕΥ'ΦΡΟ'ΣΥΝΟΣ, *laetitiam afferens, laetus, hilaris.* Iudith XIV, 9. φωνὴ εὐφρόσυνος, *clamor summae laetitiae index, et gratulationis plenus.*

ΕΥ'ΦΥΗ'Σ, *bona indole praeditus, qui natura habilis est ad aliquid*, it. *commodus, tempestivus, opportunus.* 3 Esdr. VIII, 3. εὐφυής. *Vulg. ingeniosus. Syrus:* ܡܗܝܪܐ, h. e. *peritus*, coll. Ps. XL, 2. In textu hebr. Esdr. VII, 6. est מָהִיר. Confer quoque *Iosephum A. I.* XI, 5. pag. 560. ed. *Hav.* qui ἔμπειρος habet. Sap. VIII, 20. παῖς δὲ ἤμην εὐφυής, puer autem etiam *bona indole praeditus.* 2 Macc. IV, 32. εἰληφέναι καιρὸν εὐφυῆ, nactum esse *commodam* occasionem seu *opportunum* tempus. *Phav.* εὐφυής, ὁ εἰς πάντα δεξιὸς καὶ ἐπιτήδειος. *Hesych.* εὐφυής, ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων, μέτριος, σπουδαῖος, ὡραῖος, ἐπιεικής. Id. εὐφυΐα, ὀξύτης, γνῶσις.

ΕΥ"ΧΑΡΙΣ, *cui gratia inest, gratiosus*, item: *elegans.* Sap. XIV, 20. διὰ τὸ εὔχαρι τῆς ἐργασίας, propter *elegantiam* operis. *Gloss. MS.* in *Sap.* Εὐχαρεῖ (sc. Εὔχαρι), ὡραῖον. V. infra s. v. χάρις.

ΕΥ'ΧΑΡΙΣΤΕ'Ω, *gratias ago.* Iudith. VIII, 22. Sap. XVIII, 2. 2 Macc. I, 11. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

*ΕΥ'ΧΑΡΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *gratiarum actio*, it. *praemium grati animi testandi causa, remuneratio.* 2 Macc. XII, 45. κάλλιστον ἀποκείμενον εὐχαριστήριον, sec. *Alex.* ubi alii libri χαριστήριον. *Polyb.* V, 14, 8. εὐχαριστήρια θύειν τοῖς θεοῖς, ubi *sacrificia* notat, *quibus gratiae aguntur.*

ΕΥ'ΧΑΡΙΣΤΙ'Α, *gratiarum actio.* תּוֹדָה, idem. *Aqu.* Psalm. XLI, 5. LXVIII, 31. et Amos. IV, 5. Sap. XVI, 28.

ΕΥ'ΧΑ'ΡΙΣΤΟΣ, *gratiosus, comis, liberalis, beneficus.* חֵן, *gratia. Al.* Prov. XI, 16. γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν, mulier gratiosa est dulce decus mariti sui: ubi videndus *Montfauconus.*

ΕΥ'ΧΕΡΗ'Σ, *manu facile tractabilis, facilis, expeditus.* נָקַל, Niph. a קָלַל, *levis.* Prov. XIV, 6. Iudith. VII, 8, 2 Macc. II, 28. *Hesych.* εὐχερής, εὔκολος, εὔτομος.

ΕΥ'ΧΕΡΩ"Σ, *facile, expedite.* Iudith. IV, 5. Sap. VI, 2. 2 Maccab. II, 31. *Palaeph.* LII, 6. Ignorat hunc vocabuli usum *Thesaurus Stephani.*

ΕΥ'ΧΗ', *votum*, it. *oratio, precatio.* דֶּלֶף, *stilla.* Prov. XIX, 13. οὐχ ἁγναὶ εὐχαὶ ἀπὸ μισθώματος ἑταίρας. Verba haec immane quantum ab hebr. dissident. Eorum summa petita

est ex Deut. XXIII, 19. Legerunt: נֶדֶר מַתְּנַת אִשָּׁה וְלֹא טָהוֹר. - נָדַר, *voveo.* Num XXX, 11. Mal. I, 14. ubi vid. *Bahrdtius.* - נֵדֶר: נָדַר. Gen. XXVII, 20. XXXI, 13. Lev. VII, 6. Adde *Inc.* Lev. XXII, 18. *Suidas: εὐχαί, αἱ ὑποσχέσεις.* Idem verbis Psalm. CXI, 5. 8. haec addit: *εὐχὴ γὰρ ἐπαγγελία θεῷ τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων.* - נָזִר, *nasiraeatus.* Num. VI, 5. 8. 12. - *נֶפֶשׁ. *Symm.* Ps. XVI, 9. *περὶ εὐχῆς ἐκύκλωσάν με,* sec. *Catenam PP. GG.* T. I. p. 289. Si lectio sana est, נֶפֶשׁ in notione *desiderii* accepit, sed iure suspicor, eum *ψυχῆς* scripsisse. Confer *L. Bos. Proleg.* c. 3. - תָּעֻפָה, fut. Kal ab עוּף, *evolo.* Iob. XI, 17. *L. Bos.* in *Proleg. in LXX* c. 3. pro *εὐχὴ* hic legendum putat *ψυχή*, *Bielio* vero תְּפִלָּה legisse videntur. Equidem reponere mallem *αὐγή*, *splendor tuus, diluculum erit ut aurora.* Vide *Michaelis Supplem.* p. 1869. - *רַב, *multus.* Ierem. XI, 15. Non legerunt הַנְּדָרִים pro הָרַבִּים, sed affinitate literarum ב et נ decepti legerunt הָרִנִּים, vel הָרַנִּים. Certe רִנָּה saepius reddunt *δέησιν.* - תְּפִלָּה, *precatio.* Iob. XVI, 17. Prov. XV, 9. 32. - תְּרוּמַת יָד, *agitatio manus.* Deut. XII, 6. 3 Esdr. II, 9. notat *id*, *quod voto largimur et consecramus, s. donum spontaneum;* ac hebr. מִגְדָּנוֹת, *res pretiosae*, respondet, coll. Esdr. I, 6. 3 Esdr. II, 7. hebr. נְדָבָה Esdr. I, 4. coll. VIII, 58. et Esdr. VIII, 28.

ΕΥ'ΧΗ' ΑΥ'ΤΟΥ' ΕΠ' ΑΥ'ΤΩ͂ι, votum ipsius super illo. נֹדֵר, *vovens.* Mal. I, 14.

ΕΥ'ΧΗ' ΧΑΡΜΟΣΥ'ΝΗΣ, votum laetitiae. תּוֹדָה, *laudatio, celebratio.* Lev. XXII, 29.

ΕΥ"ΧΟΜΑΙ, voveo, vota facio, opto, it. *oro, precor, supplico.* *אָלָה, *execror, devoveo.* Iud. XVII, 2. sec. *Oxon.* Explicandum est *εὔξω* h. l. e ratione *votorum*, quae cum execrationibus fere coniuncta erant. Conf. v. 3. - אָסַר, *ligo.* Num. XXX, 10. *Ligare obligationem in animam suam est voto se obstringere.* - הִזִּיר, Hiph. a נָזַר, *separo.* Num. VI, 5. ubi bene sensum expresserunt. - הִפְלִיא, Hiph. *segrego.* Lev. XXVII, 2. - הִשִּׂיג, Hiph. a נָשַׂג, *consequor.* Num. VI, 21. ubi pro *εὔξηται* alii rectius *εὕρῃ* habent. - הִתְפַּלֵּל, Hithp. *supplico.* Num. XI, 2. XXI, 8. *ηὔξατο πρὸς κύριον περὶ τοῦ λαοῦ, supplicabat* ad Dominum pro populo. Vide et Deut. IX, 20. 26. - חָפֵץ, *desidero.* Ierem. XLII, 22. *ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ὑμεῖς εὔχεσθε εἰσελθεῖν,* in loco, in quem vos ingredi *optastis.* - *נָדַר, *elongo.* Amos. VI, 3. הַמְנַדִּים, *elongantes, οἱ εὐχόμενοι* sec. *Alex.* et *Compl. Drusio* iudice *εὐχόμενοι* non est lectio corrupta pro *ἐρχόμενοι*, quod reliqui libri habent, sed est alius interpretis, qui הַמְנַדְּרִים, a נָדַר, *vovere*, legerit. - נָדַר, *voveo.* Gen. XXVIII, 20. XXXI, 13. *ηὔξω μοι ἐκεῖ εὐχὴν, nuncupasti mihi ibi votum.* Vide et Iud. XI, 30. 1 Sam. I, 11. Ion. II, 10. *ὅσα ηὐξάμην*, h. e. iuxta *Gloss. MS.* in *Cant. Script. ὅσα ἐταξάμην.* - נֶדֶר, *votum.* Prov. XX, 25. - נָזִיר,

nasiraeus, separatus. Num. VI, 13. 18. 19. – נָשָׂא, Pih. *effero me.* Ierem. XXII, 27. εἰς τὴν γῆν, ἣν αὐτοὶ εὔχονται ταῖς ψυχαῖς, in terram, quam illi animis *desiderant. Attollere animam ad aliquid est cupere, animo ferri ad aliquid.* – עָתַר, *supplex oro.* Exod. VIII, 8. 9. Iob. XXII, 27. – תְּפִלָּה, *precatio.* Ier. VII, 15. 3 Esdr. VIII, 50. ηὐξάμην ἐκεῖ νηστείαν, h. e. *praescripsi, proclamavi, s. constitui* ibi ieiunium. *Ioseph. A. I.* XI, 5. p. 561. νηστείαν αὐτοῖς παρήγγειλεν. In textu hebr. Esdr. VIII, 21. legitur קָרָא. Sirac. XXXVIII, 9. εὖξαι κυρίῳ, *ora* Dominum. 2 Maccab. IX, 20. εὔχομαι μὲν τῷ θεῷ τὴν μεγίστην χάριν, *voveo* quidem Deo maximas gratias. *Hesych.* εὔχεσθαι, ἱκετεύειν, καυχᾶσθαι, αὐχεῖν, λέγειν.

ΕΥ'ΧΡΗΣΤΕ'Ω, utilis sum. עָנָה, *respondeo. Symm.* Coh. X, 19. εὐχρηστήσει. Sensum expressit, et quidem bene. Sermo enim ibi est de pecunia, quae omnia suppeditat necessaria ad vitam ac quasi respondet votis humanis.

ΕΥ'ΧΡΗΣΤΙ'Α, utendi facilitas, usus commodus. 3 Macc. II, 33. εὐχρηστίας ἐστέρουν, *bono usu* privabant. *Suid.* εὐχρηστία, ἡ καλὴ χρῆσις.

ΕΥ'ΧΡΗΣΤΟΣ, utilis. חֵן, *gratia.* Prov. XI, 16. ubi tamen pro εὔχρηστος alii rectius εὐχάριστος habent. – חֵפֶץ, *desiderium.* Prov. XXXI, 13. Bene quoad sensum. Nam חֵפֶץ metonymice *rem* notat, *in quam voluntas et desiderium fertur.* Sap. XIII, 15.

ΕΥ'ΨΥΧΙ'Α, animositas, fortitudo, magnanimitas. 2 Macc. XIV, 18. 4 Macc. VI, 11. Cf. *Suidam* in h. v.

ΕΥ'ΨΥΧΟΣ, laetus, alacris, animosus, magnanimus. Prov. XXX, 31. ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὔψυχος (*Ald.* et *Compl.* εὐψύχως), gallus *incedens* inter gallinas alacris. Aliter in textu hebr. Conf. ad h. l. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. V. c. 12. p. 649. *Hesych.* εὔψυχος, ἱλαρός. 1 Maccab. IX, 14. οἱ εὔψυχοι τῇ καρδίᾳ, *animosi* corde.

ΕΥ'ΨΥ'ΧΩΣ, animose, forti et magno animo, alacriter. Prov. XXX, 31. V. s. v. εὔψυχος. 2 Macc. VII, 20. *animo forti.* 3 Macc. VII, 18. χορηγήσας αὐτοῖς εὐψύχως, suppeditavit illis *benevole.*

ΕΥ'Ω'ΔΗΣ, bene olens, fragrans. בֹּשֶׂם: בֶּשֶׂם, *aroma.* Exod. XXX, 23. – טוֹב, *bonus. Symm.* Cohel. VII, 2. Praeterea legitur haec vox apud *Symm.* Cohel. X, 1. ubi ad quamnam vocem hebr. referenda sit, incertum est. Potest referri ad יַבִּיעַ, *vaporare faciet*, ita ut ad h. v. suppleatur אֲשֶׁר, vel statui potest, *Symmachum*, omissa voce יַבִּיעַ, sequens שֶׁמֶן per ἔλαιον εὐῶδες transtulisse. 3 Maccab. VII, 16. εὐωδεστάτοις ἄνθεσι, floribus *optimi odoris. Suidas:* εὐώδει, εὐόδμῳ. Eodem modo quoque explicat *Schol. Hom.* Il. III, 382.

ΕΥ'ΩΔΙ'Α, bonus odor, fragrantia. *מִנְחָה, *donum, oblatio.* Num. XXVIII, 8. sec. *Oxon.* Scil. vocem hebr. intel-

lexerunt de *sacrificio Deo grato et accepto*, de quo vox εὐωδία in N. T. haud raro adhibetur. - בִּיחֹחִין, chald. plur. *res grati odoris*. Esdr. VI, 10. Dan. II, 46. 3 Esdr. I, 12. μετ' εὐωδίας. Sed e collatione 2 Paral. XXXV, 13. apparet, potius scribendum esse μετ' εὐοδίας. Respondet enim ibi hebr. בְּצַלְחוּת, quod a צָלַח, *felicem esse*, derivarunt, cum qua voce εὐωδίας nullo modo conciliari potest. LXX ibi habent καὶ εὐωδώθη. *Vulgat.* in loco Esdrae habet *cum benivolentia*, et ita quoque *Syrus*. Videntur legisse εὐδοκίας. Sir. XXXVIII, 13. ubi tamen legere mallem εὐοδία hoc sensu: *Est tempus, quo medicorum manus successum sortiuntur.*

'ΟΣΜΗ' ΕΥ'ΩΔΙ'ΑΣ, *odor fragrantiae*. לֶחֶם, *cibus*. Lev. III, 11. Sermo ibi est de *oblatione*, seu *sacrificio*, quod *cibus Iovae* dicitur, quem accommodate loquendi rationi Hebraeorum de odore fragrante explicarunt. - רֵיחַ נִיחֹחַ, *odor quietis*, h. e. *pergratus*. Gen. VIII, 21. Exod. XXIX, 18. et alibi saepius. Sir. L, 18.

ΕΥ'ΩΔΙΑ'ΖΩ, *odoratum reddo*, *bonum odorem edo*. נוֹבֵב, Pih. a נָבַב, *facundum seu cantare facio*. Zach. IX, 17. sec. ed. *Rom.* οἶνος εὐωδιάζων, vinum bene fragrans, cui sunt aromata admixta. Graecis alias tale vinum ἀνθοσμίας οἶνος dicebatur, de quo videndus est *Hesychius* ac *Suidas* s. h. v. ubi conferendi sunt Intt. Adde *Polluc.* l. II. cap. 4. sect. 77. Confer et de vino quodam odorato, quod σαπρίας dicebatur, *Hermippi* locum apud *Athen. Deipn.* l. I. c. 23. Sir. XXXIX, 17. ὡς λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμήν. Confer ad h. l. Hos. XIV, 7. Cant. IV, 11. *Musaeum* de *Her.* et *Leand.* v. 48. et *Clem. Alex. Strom.* l. VIII. p. 933, 12.

ΕΥ'ΩΝΙ'ΖΩ, *vilipendo*. זֻלּוּת, *res viles*, *vilitates*. *Aqu.* Ps. XI, 9. κατὰ τὸ ὕψος εὐωνισμένοι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, quanta est eorum superbia et insolentia, tantus erit contemtus eorum apud omnes. Legit זִלּוּת, aut זָלוּת, aeque ac *Symm.* qui habet εὐτελεῖς. *Suidas:* εὔωνον, εὐτελές.

ΕΥ'ΩΝΥΜΟΣ, *sinister*. הִשְׂמְאִיל, Hiph. *sinistram peto*. Ez. XXI, 16. ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, sc. μερῶν, a dextris et sinistris partibus. - *צָפוֹן, *septentrio*. Ios. XIII, 3. - שְׂמֹאל, *sinister*. Num. XX, 17. Ios. XXIII, 6. 2 Sam. XVI, 6. et alibi. - שְׂמָאלִי, idem. 2 Reg. XI, 11.

ΕΥ'ΩΧΕ'Ω, *convivio excipio*, *epulum praebeo*. *ΕΥ'ΩΧΕ'ΟΜΑΙ*, *epulo excipior*. Iudith. I, 16. εὐωχούμενος ἦν ἐκεῖ, *convivia faciebat ibi*. 3 Maccab. VI, 14. εὐωχοῦντο δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, *epulis excipiebantur* a rege.

ΕΥ'ΩΧΙ'Α, *convivium*, *epulum*, *voluptas in epulis*. 3 Macc. IV, 1. 8. VI, 25. 30. — *laetitia*, *felicitas quaecunque*. Fragm. Esth. IV. et VIII, 23. ἐπίστρεψον τὸ πένθος ἡμῶν εἰς εὐωχίαν. *Hesych.* εὐωχία, εὐφροσύνη.

'ΕΦΑΔΑΝΩ'. Vide supra *ἀφαδανῶ*.

'ΕΦΑ'ΛΛΟΜΑΙ, *insilio*. צָלַח, *invado*. 1 Sam. X, 6. *ἐφαλεῖται ἐπὶ σὲ πνεῦμα κυρίου*, *furore divino corripieris*. Idem legitur ib. XI, 6. XVI, 13.

'ΕΦΑΜΑΡΤΑ'ΝΩ, *ad peccandum induco* vel *allicio*. החטיא, Hiph. *peccare facio*. Ier. XXXII, 35.

'ΕΦΑ'ΠΤΩ, *annecto*, *alligo*. *'Εφάπτομαι*, *attingo*, *tango*, *edo*. הִגִּישׁ, Hiph. a נָגַשׁ, *facio appropinquare*. Amos. VI, 3. *ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν*. Ita *Bielius*. Ibi autem duae versiones coaluerunt, et *ἐφαπτόμενοι* sine dubio est alius interpretis, qui pro וְהַגְּשׁוּן fortasse legit וְהַנֹּגְעִין, coll. IX, 5. — נָגַע, *tango*. Amos. IX, 5. — קָשַׁר, *ligo*, *alligo*. Deut. VI, 8. XI, 18. 2 Maccab. VII, 1. *ἀπὸ τῶν ἀθεμίτων ὑείων κρεῶν ἐφάπτεσθαι*, *edere* contra legem carnes porcinas. Sic *Inc.* Lev. XXII, 6. hebr. אָכַל per *ἅπτεσθαι* interpretatur. Sic et *attingere* significat *comedere* apud *Plinium H. N.* l. XII. c. 6. ubi ita: *Edixerat Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret*, quod *Theophrast.* lib. IV. cap. 3. per *μὴ ἐσθίειν* expressit.

*'*ΕΦΑΡΜΟ'ΖΩ*, *accommodo*, *adapto*, *concinno*. 4 Macc. XI, 10. *Suidas*: *ἐφαρμόζω*. *δοτικῇ*.

'ΕΦΕ'ΔΡΕΥΣΙΣ, *sessio*. יָשַׁר, *dirigo*. *Aqu.* Iob. XXXVII, 3. *ἐφεδρεύσεις αὐτοῦ*, *sessiones* eius. Ita *Bielius*. Sed *ἐφέδρευσις* est ibi potius *consideratio*, *observatio*, i. q. *ἐφεδρεία*. *Aquila* vocem יִשְׁרֵהוּ, *directiones eius*, a שׁוּר, *intueri*, derivavit. *Vulgat. ipse considerat*. *Kreyssigio* haec vox delenda videtur. Nam quum in cod. Reg. legatur *ἐφεδρεύει εἰς αὐτὸ*, nescit, an *Aquila* scripserit *ἐφεδρεύσει εἰς αὐτὸ* s. *αὐτόν*.

'ΕΦΕΛΚΥ'Ω, *attraho*, *protraho*. מָשַׁךְ, *traho*. Ies. XIV, 1. sec. *Ald. Compl.* *ἡμέραι αὐτοῦ οὐ μὴ ἐφελκυσθῶσι*, dies eius neutiquam *protrahentur*. Eadem verba habet quoque *Theod.* Ies. XIII, 22, *Ep. Ierem.* 37. *ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ*, quando vero aliqua illarum *attracta* aut *allecta* (Vide s. v. *ἐφέλκω*.) a quopiam praetereuntium compressa fuerit. *Lucian. Amorr.* pag. 566. A.

'ΕΦΕ'ΛΚΩ, idem. הֶאֱרִיךְ, Hiph. *prolongo*. Num. IX, 19. Sap. XIV, 20. *ἐφελκόμενον*, *attracta*, sensu metaphorico, pro *allecta*. Sic 4 Maccab. XV, 21. *ἐφέλκεσθαι τοὺς ἀκούοντας* notat *voluptate aures permulcere*.

'ΕΦΕ'ΣΤΙΟΣ, *qui ad focum vel larem est s. manet*, *domesticus*, *incola*, *inquilinus*, *qui in aliena domo habitat*, *peregrinus*. *Al.* Sirac. XXXVII, 14. Vide *ἀφέστιος*. *Hesych.* *ἐφέστιοι*, *ἔνοικοι*, *ὅσοι ἑστίαν καὶ οἶκον ἔχουσιν*. *ξένοι*, *ἐπίδημοι*, *οἰκέται*, *Σκυθῶν βασιλέως ἀποστάται*.

'ΕΦΕΣΤΡΙ'Σ, vestis, quae aliis superinduitur, amiculum, pallium, laena, sagum, paludamentum. מְעִיל, *pallium, vestimentum extimum. Symm.* 1 Sam. II, 19. XXIV, 12. Iob. I, 20. *Hesych.* ἐφεστρὶς, χλανίς. *Pollux* l. VII. sect. 61. *αἱ δὲ ἐφεστρίδες καὶ ἀμφιεστρίδες. Moeris:* ἐφεστρὶς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα, ἣν καὶ μανδύαν καὶ χλαμύδα καὶ πύῤῥην καλοῦσι, καὶ στολὴν, καὶ ἀστράβην, καὶ κολόβιον. Cf. *Artemid. Oneir.* l. II. c. 3. et *Suidam.*

'ΕΦΗΒΙ'Α, pubertas, adolescentia. בְּעוּרִים, idem. *Aqu.* Ps. CXXVI, 4. ἐφηβειῶν. *Hesych.* ἐφηβίαν, νεωτέραν. 2 Macc. IV, 9. ubi ἐφηβία notare videtur *locum*, in quo *exercentur et convenire solent exercitationis causa ephebi*, i. q. ἐφηβεῖον. Vide ad h. l. *Grotium*, qui ἐφηβεῖον legendum suspicatur, et *Spicil.* II. *p.* 83.

"ΕΦΗΒΟΣ, puber, adolescens. 2 Macc. IV, 12. *Hesych.* ἐφήβων, νεωτέρων. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἔφηβος, ὁ ἀπὸ ιδ' ἐτῶν ἕως κά ἔτη.

"ΕΦΗΛΟΣ, qui laborat vitio, quod ἐφηλὶς *dicitur*, h. e. *qui maculas tanquam clavos in facie habet, qui clavum habet in oculis, qui sanguineos habet oculos, lippus.* דַּק, *tenuis, gracilis.* Lev. XXI, 20. ἢ ἔφηλος, ἢ πτίλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς, sive maculas in fronte habens, sive cui ex ciliis pili periere. *Vulg. lippus. Schol. ed. Rom.* ἔφηλος, ἀῤῥώστημα καταμελαίνειν εἶδος τὴν ἐπ' ἄκρου δέρματος ὄψιν, ἐπ' αὐτοῖς δεικνύμενον μετώποις. *Hesych.* ἔφηλος, ἔφυλος (haec vox litura sananda videtur), ὑψηλοφόρος, ἢ ἐφηλίδας ὡς ἥλους ἔχων εἰς τὴν ὄψιν. *Cyrillus Alex.* lib. XII. de *ador.* ἔφηλον appellari docet τὸν τὴν ἐφηλίδα τὴν καλουμένην ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντα μετώποις. De hac autem ita *Suidas:* ἐφηλὶς, ἡ ἐκ τοῦ ἡλίου παρὰ τὸ πρόσωπον γινομένη ἔκκαυσις καὶ μελανία, καὶ πάθος παρὰ τὸ πρόσωπον γινόμενον. εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἡλίου. γράφεται καὶ ἐφηλις. In *Gloss. Brem.* ἔφηλος exponitur αἱματοειδεῖς ἔχων ὀφθαλμούς. Conf. *Bonfrerium* ad *Lev.* l. c. p. 684. et *Suiceri Thes. Eccl.* T. I. p. 1289.

'ΕΦΗΜΕΡΙ'Α, ministerium diurnum, functio hebdomadis circulo definita, et ipsa familia s. classis sacerdotum. *לְשָׁכוֹת plur. *cubicula, cellae, conclavia. Al.* 1 Par. IX, 33. Intelleguntur autem h. l. *cellae, in quibus templi ministri habitabant.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. et נִשְׁכָּה. — מַחֲלֹקֶת, *divisio.* 1 Par. XXIII, 6. XXVIII, 13. 21. et alibi. — מְלָאכָה, *opus, functio.* 2 Par. XIII, 11. — מִשְׁמָר, *custodia.* Neh. XII, 24. *Inc.* 1 Par. XXV, 8. — מִשְׁמֶרֶת, idem. 1 Par. XXV, 8. XXVI, 12. 2 Par. XXXI, 16. 17. 3 Esdr. I, 16. hebr. עֲבֹדָה 2 Chron. XXXV, 15. *Hesych.* ἐφημερία, ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία. Ita etiam *Suidas, Lex. Cyrilli MS.* et *Etym. M.* in quo etiam ratio redditur, cur ita dicatur; nimirum διὰ τὸ εὐμετάβλητον πρὸς τὴν τῆς ἑκάστης ἡμέρας κατάστασιν. Iisdem

etiam *πατριὰ* exponitur, et in *Lexico* praeterea *Cyrilli ἡ λειτουργία τῆς ἑβδομάδος*. Idem: *ἐξ ἐφημερίας, ἐκ συνεχοῦς λειτουργίας. Ἐφημερία δὲ κυρίως τὸ παρεβδομαρεύειν.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΕΦΘΟ'Σ, elixus, coctus. בָּשֵׁל, *coctilis.* Num. VI, 19. - מְבֻשָּׁל part. Pyh. *coctus.* 1 Sam. II, 17. *Hesych. ἑφθὸν, τὸ ὠπτημένον. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἑφθὸν, σὺν ὕδατι ἑψητόν.*

'ΕΦΙΚΝΕ'ΟΜΑΙ, assequor, pervenio. Symm. Iob. XXXII, 12. עֲדֵיכֶם, *et ad vos*, transtulit: *καὶ μέχρι τοῦ ἐφικέσθαι ὑμῶν, et usque quo pertingeretis. Vulgatus Symmachum* secutus habet: *et donec putabam vos aliquid dicere.* Sir. XLIII, 32. 36. Legitur praeterea apud *Symm.* Iob. XI, 8. ubi verba מַה־תִּפְעַל transtulit *ἀπορήσεις, πῶς ἂν ἐφίκοιο*, incertus haerebis, quomodo *adieris*, h. e. nullus tibi ad eum patebit aditus. Apud eundem Cohel. XI, 10. hebr. מָצָא respondet: *ὅσα ἂν ἐφίκηται*, quaecunque *attigerit. Vulg. quodcunque facere potest.* Bene quoad sensum.

'ΕΦΙΚΤΟ'Σ, quem assequi possumus, possibilis. 2 Macc. XV, 39. *τοῦτο ἐφικτὸν ἦν μοι*, hoc *possibile* mihi erat. *Hes. ἐφικτὸν, δυνατὸν, καταληπτόν.* Pro *δυνατὸν* vocem saepe etiam adhibet *Plutarchus*, ut ab initio *Thesei*, in *Aemilio* p. 268. et in *Pyrrho* pag. 391. Vide quoque *Spanhemium* ad *Iulian.* p. 22.

"ΕΦΙΜΕ. צְפִי, prospice. Theod. Ier. XLVIII, 19. Vox haec vitiata forte pro *ἔπιδε* posita est, iudice *Montfauconio* ad h. l.

"ΕΦΙΠΠΟΣ, qui equo insidet, eques. 2 Macc. XI, 8. XII, 35. 4 Macc. IV, 10.

'ΕΦΙ'ΠΤΑΜΑΙ, advolo, involo. *דָּאָה, *volo.* Ier. XLIX, 22. ubi *Grabius* addidit: *καὶ ἐφιπτήσεται. Cod. Norimb.* habet *καὶ ἐπιστήσεται. Ep. Ierem.* 19.

"ΕΦΙΣΟΣ, similis, aequalis, par. Sir. IX, 10. sec. *Vat.* Reliqui libri habent *ἔπισος* et *ἐπίσης*.

'ΕΦΙ'ΣΤΗΜΙ, insto, adsto, supervenio, insisto, constituo, firmo, inhibeo, praefectus sum, insurgo, ingruo, invado, adorior, praeficio, colloco, pono, appono. הֶחֱזִיק Hiph. *corroboro.* Ier. LI, 12. *ἐπιστήσατε φαρέτρας, statuite* pharetras. - הָעִיף Hiph. ab עוּף, *volare facio.* Prov. XXIII, 5. *ἐὰν ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτὸν*, si *infigas* oculum tuum in illum. - הִצְטַיֵּר Hithp. a צִיר, *legatum me fingo.* Ios. IX, 4. ubi tamen pro *ἐπεστήσαντο*, quod *Ald.* et *Compl.* habent, sine dubio legendum *ἐπεσιτίσαντο*, quod alii habent et *Masius* iam e *Syro* correxit. Voces hae facile invicem permutari potuerunt. Legerunt autem cum Daleth וַיִּצְטַיָּדוּ, quod significat *sumserunt sibi viaticum.* Confer *Scharfenb.* ad *Cappelli Crit. S.* p. 749. - הֵקִים Hiph. a קוּם, *erigo.* Ios. VII, 26.

Ier. XXIX, 10. ἐπιστήσω τοὺς λόγους μου ἐφ' ὑμᾶς, *firmabo* verba mea super vos. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reduco*. 2 Sam. VIII, 3. Ies. I, 26. ἐπιστήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον: ubi ἐπιστήσω est *praeficiam*. *Vulg. instituam*. Bene quoad sensum. - הִשְׂכִּיל Hiph. *intellegentiam consequor*. Neh. VIII, 13. ἐπιστῆσαι πρὸς πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου, verte: ut adstarent praelectioni omnium praeceptorum legis, adeoque ut eorum intellegentiam consequerentur. Mallem tamen hic legere vocem ab ἐπιστήμη derivatam. - מָנַע, *inhibeo*. Ezech. XXXI, 15. - נִלְחַם Niph. *pugno*. Ier. XXI, 2. βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐφέστηκεν ἐφ' ἡμᾶς, rex Babylonis *adortus est* nos. Conf. Act. VII, 5. - נִצַּב: הִצִּיב: הִתְיַצֵּב, Niph. Hiph. et Hithp. a יָצַב. Gen. XXIV, 43. ἐφέστηκα ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, *adsto* ad fontem aquae. Vide et Num. XXIII, 6. Amos. IX, 1. Ios. VI, 27. ἐπέστησε τὰς πύλας αὐτῆς, *stare fecit* portas eius. Conf. 1 Reg. XVI, 34. Ruth. II, 5. εἶπε τῷ παιδαρίῳ αὐτοῦ τῷ ἐφεστῶτι ἐπὶ τοὺς θερίζοντας, dicebat puero suo, qui *praefectus* erat messoribus. Vide et 1 Reg. IX, 23. 1 Sam. XXII, 17. εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐφεστηκόσιν ἐπ' αὐτὸν, dicebat rex illis, qui *adstabant* illi. Ier. XLVI, 14. ἐπίστηθι καὶ ἑτοίμασον, *surge* et praepara te. - נָתַן, *do*. Lev. XVII, 10. ἐπιστήσω τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν ψυχὴν, *ponam faciem meam contra animam*, h. e. *iratus puniam*. Vide et Lev. XX, 3. 6. XXVI, 17. Ies. III, 3. ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, *constituam* iuvenes in duces illorum. - סָמַךְ, *fulcio*. Ies. LXIII, 5. ὁ θυμός μου ἐπέστη, ira mea *supervenit*. Confer Sap. XIX, 1. - עָמַד, *sto*, *maneo*. Ex. VIII, 22. ἐφ' ἧς ὁ λαός μου ἐπιστῇ ἐπ' αὐτῆς, in qua populus meus *commoratur*. Lev. XIX, 16. οὐκ ἐπιστήσῃ ἐφ' αἷμα τοῦ πλησίον σου, non *insurges* adversus sanguinem proximi tui. 1 Sam. XV, 51. ἐπέστη ἐπ' αὐτὸν, *adoriebatur* illum. 2 Sam. I, 9. ἐπίστηθι δὴ ἐπάνω μου, καὶ θανάτωσόν με, *invade*, quaeso, me, et occide me. *Suidas*: ἐπίστηθι, ἐπενέχθητι, ἐπιτίθητι. 2 Sam. I, 10. Ezech. X, 18. ἐπέστη ἐπὶ τὰ χερουβὶμ, *stabat* super Cherubim. Ez. XXIV, 24. περὶ κρίσιν αἵματος οὗτοι ἐπιστήσονται, iudicio sanguinis hi *praefecti erunt*. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XXV, 6. - פָּקַד, *visito*. Lev. XXVI, 16. ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τὴν ἀπορίαν, *inducam* in vos animum perplexum. Num. I, 50. ἐπίστησον τοὺς Λευΐτας ἐπὶ τὴν σκηνὴν, *praefice* Levitas tabernaculo. Vide et Ier. XLIX, 18. L, 44. Ier. LI, 27. ἐπιστήσατε ἐπ' αὐτὴν βελοστάσεις, *statuite* contra illam machinas. - *רָפַף, *palpito*, *alas motito*. Iob. XXVI, 11. ἐπεστάθησαν sec. *Alex.* Fortasse legendum ἀπεστάθησαν. - שׂוּם: הֵשִׂים Kal et Hiph. *pono*. Ex. I, 11. ἐπέστησεν αὐτοῖς ἐπιστάτας τῶν ἔργων, *praefecit* illis praefectos operum. *Suidas*: ἐφίστη, ἔταττεν, ὥριζεν, κ. τ. λ. Ies. XXI, 4. ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον, *anima mea in-*

fixa est in timorem, h. e. *timore penitus perculsa est.* Ies. XLI, 22. ἐπιστήσομεν τὸν νοῦν, *advertemus* mentem. - שׁוּת: הֵשִׁית, Kal et Hiph. *pono.* Exod. VII, 23. οὐκ ἐπέστησε τὸν νοῦν αὐτοῦ οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ, neque huic etiam mentem advertebat. Conf. Prov. XXII, 17. XXVII, 23. - שָׁנָה Pih. *muto.* Iob. XIV, 20. ἐπέστησας αὐτῷ τὸ πρόσωπον, *ponis* contra illum facies. Legendum sine dubio est ἀπέστησας. *Vulg. immutabis. Itala: mutasti.* - שָׁפַת, *dispono.* 2 Reg. IV, 38. ἐπίστησον τὸν λέβητα, *appone* lebeta. Vide et Ezech. XXIV, 4. Iudith. VIII, 3. *urgere, incitare.* Sap. VI, 5. φρικτῶς καὶ ταχέως ἐπιστήσεται ὑμῖν, terribiliter et celeriter vobis *superveniet.* Sir. XII, 11. ἐπίστησον τὴν ψυχήν σου, *appone* s. *adiice animum tuum*, h. e. *adverte, dilegenter eum observa.* Ibid. XL, 27. χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐπιστήσουσι πόδα, aurum et argentum *firmabunt* pedem.

'ΕΦΟΔΕΥΤΗ'Σ, *qui obeundo lustrat, explorator.* מְרַגְּלִים, *exploratores. Aqu.* Gen. XLII, 9. ἐφοδευταί. LXX κατάσκοποι.

'ΕΦΟΔΕΥ'Ω, pr. *circumeo, obeo.* (*Theophr. Char.* 6.) Sed, quia exploratores obeunt regiones et insidiantur incolis, coeptum est usurpari non modo pro *insidiari*, sed etiam pro *explorare.* חָפַר, *pervestigo.* Deut. I, 22. ἐφοδευσάτωσαν ἡμῖν τὴν γῆν, *explorent* nobis terram. *Hesych.* et *Suid.* ἐφοδευσάτωσαν, κατασκοπησάτωσαν. Cf. Iudith. VII, 6. 1 Macc. XVI, 14. 2 Macc. III, 8. - שׁוֹרֵר, *observator. Aqu.* Ps. V, 9. ἐφοδεύοντάς μοι, *insidiantes* mihi.

'ΕΦΟΔΙΑ'ΖΩ, *ad iter sumo necessaria.* הִצְטַיֵּר Hiph. a צוּר, *in viaticum sumo.* Ios. IX, 12. θερμοὺς ἐφωδιασθημεν αὐτοὺς, calidos illos, sc. panes, *ad iter sumsimus.* Cod. 131. *Holm.* habet ἐφοδιάσθημεν. *Hesych.* ἐφωδιάσθημεν, τὰς χρείας τῆς ὁδοῦ ἐλάβομεν.

*'ΕΦΟ'ΔΙΟΝ, *viaticum, commeatus*, in genere *subsidium quodvis*, it. *occasio.* Hinc:

'ΕΦΟ'ΔΙΟΝ 'ΕΦΟΔΙΑ'ΖΩ, *viaticum suppedito.* הַעֲנֵיק הַעֲנִיק Hiph. *munerando munero.* Deut. XV, 13. ἐφόδιον ἐφοδιάσεις αὐτὸν, viaticum illi dabis. *Suidas:* ἐφόδια, τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐπιτήδεια ἀναλώματα. Legitur praeterea ἐφόδιον in prologo *Sirac.* ubi in universum *adiumentum, subsidium* notat.

"ΕΦΟΔΟΣ, *aditus, adventus, impetus, invasio.* 1 Macc. IX, 68. ἡ ἔφοδος αὐτοῦ κενὴ, *invasio* ipsius frustranea. Vide et 2 Macc. XV, 8. 1 Macc. XI, 44. εὐφράνθη ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ ἐφόδῳ αὐτῶν, laetabatur rex de *adventu* illorum. Vide et 2 Macc. XIV, 21. 2 Macc. V, 1. δευτέραν ἔφοδον εἰς Αἴγυπτον ἐστείλατο, secundam *expeditionem* in Aegyptum suscipiebat. *Hesych.* ἔφοδος, ὁρμὴ, ἄφιξις, ἐπιδρομὴ, παρουσία, βλάβη.

*'ΕΦΟ'ΜΟΙΟΣ, i. q. *ἀφόμοιος*, (quod vide supra) cum quo etiam permutatur in libris nonnullis in *Prol. Syr.* sec. *Vat.*

'ΕΦΟΡΑ'Ω, *inspicio, adspicio, intueor.* הִבִּיט Hiph. a נָבַט, idem. Iob. XXVIII, 24. - *הָלַךְ בְּמִשְׁפָּט, *eo ad iudicium.* Iob. XXXIV, 24. ubi pro hebr. *ad eundum ad Deum in iudicium* LXX habent: *ὁ γὰρ κύριος πάντας ἐφορᾷ.* Sensum liberius expresserunt. - עַיִן, *oculus.* Zach. IX, 1. - רָאָה, *video.* Iob. XXII, 12. Psalm. CXII, 5. Ezech. IX, 9. Adde 4 Macc. XIII, 13.

ΟΥ'Κ 'ΕΦΟΡΑ'Ω, non inspicio. רָחַק מִן, *longe absum ab aliquo.* Iob. XXI, 16. *ἔργα δὲ ἀσεβῶν οὐκ ἐφορᾷ, abominatur* improborum agendi rationem.

*'ΕΦΟ'ΡΙΟΝ, *conterminale, confinium, fines. Pollux Onom.* IX, 8. יְבוּל, *productio, proventus, fructus.* Iud. VI, 4. sec. *Alex. Oxon.* *τὰ ἐφόρια:* ubi vel legerunt גְּבוּל, vel sensum expresserunt, vel denique scribendum est *ἐκφόρια*, ut habent *Ald.* et *Compl. Lucifer Calarit.* lib. *de regibus apostaticis: et corrumpebant fines terrae.*

'ΕΦΟΡΜΑ'Ω, *irruo.* צָלַח, *seco, findo, penetro. Symm.* Iud. XIV, 6. *ἐφώρμησεν.* Bene quoad sensum. Sermo enim ibi est de *correptione spiritus divini*, de qua arab. أفلجع sec. *Gieuharum* et *Camusum* est vocabulum solemne.

'ΕΦΟΡΟΣ, *inspector.* אֱלֹהַּ, *Deus. Inc.* Ps. LVIII, 10.

'ΕΦΟΥ'Δ ΒΑ'Ρ, hebr. אֵפוֹד בַּד, *amiculum linteum.* 1 Sam. II, 18. Inde apud *Hesychium: ἐφοὺδ βὰρ, ἱερατικὸν ἔνδυμα. τὸ δὲ βὰρ μικρὸν λέγεται.* Conf. *Heinsii Aristarch. Sacr.* p. 184. *Humphr. Hodium* de *text. Bibl. orig.* p. 215. et notata supra in v. *βάρ. Lex. Cyrilli MS.* *'Εφοὺδ. τὸ ἐφοὺδ ἑλληνικῇ διπλοΐδι ἔοικεν. τὸ μῆκος πήχεον* (legendum videtur *πηχυαῖον*), *ἔκ τε τρωμάτων* (lege *χρωμάτων*) *παντοίων καὶ χρυσοῦ συμπεποικιλμένου. Τοῦτο δὲ ἐφόρει ἐπάνω τοῦ ποδήρη* (scribe *ποδήρους*). *Ποδήρης δέ ἐστι λιναῖον ἔνδυμα βύσσινον, χιτὼν περιραμένον* (repone *περιεῤῥαμμένος*) *τῷ σώματι, καὶ τὰς χεῖρας* (l. *χειρίδας*) *τοῖς βραχίοσι κατεσφιγμένον* (l. *κατεσφιγμένος*). *Κέχυται δὲ ἕως τῶν σφυρῶν. Ὧι ἐπιζώννυται κατὰ τὸ στῆθος ὁ ἱερεύς.* Conf. *Ioseph. A. I.* l. III. c. 7. et quae inde repetuntur apud *Hesychium* in *ἐφοὺδ*, et quae e *Lex. MS.* in *Bibl. Coisl.* affert *Montfauconus* p. 609. nec non *Braunium* de *vestitu sacerd. hebr.* l. II. c. 6. §. 456. - *אָרוֹן, *arca*, spec. *arca foederis.* Iud. XIV, 18. *ἐφούδ.* Legerunt aut potius substituerunt אֵפוֹד, partim quoniam v. 5. de illo Achija narratur, eum cum Ephodo adfuisse, partim quoniam ad Deum consulendum non arca, sed Ephodus adhibebatur. Etiam *Iosephus* hoc testatur *A. I.* VI, 6, 5. ubi legitur: *λαβόντα τὴν ἀρχιερατικὴν στολήν.* Fortasse etiam versio *Alex.* hic interpolata

est e loco simili c. XXX, 7. quocum confer *Ioseph. A. I.* VI, 14, 8.

*'ΕΦΡΑΙ'Μ, *Ephraim.* Hos. VII, 6. ubi vel voce ἐφραΐμ hebr. אֹפֵהֶם, *coquens eos*, literis graecis exprimere voluerunt, vel vox haec e v. 8. huc irrepsit. Amos. VI, 7. ἐξ ἐφραΐμ de suo addiderunt, et ita quoque *Itala.* Reiecit illud *ex Ephraim* quoque *Hieronymus* ut superfluum. *Semlero* autem videtur corruptum esse ex סְרוּחִים.

'ΕΦΥ'ΒΡΙΣΤΟΣ, *contumeliosus, probrosus.* Sap. XVII, 7. ἔλεγχος ἐφύβριστος.

'ΕΧΕ'ΤΛΗ, *stiva, ea pars aratri, quam arator sinistra tenet.* מַלְמַד, *stimulus. Symm.* Iud. III, 31. Legeritne במחרשת aut aliud quid, dictu est difficile. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐχέτλη, τὸ μικρὸν ξύλον τοῦ ἀρότρου, ὃ κρατεῖ ὁ ἀροτήρ. *Hesych.* ἐχέτλη, ὃ κατέχει ὁ ἀροτὴρ τοῦ ἀρότρου, καὶ ἡ αὖλαξ, καὶ ἡ σπάθη τοῦ ἀρότρου. *Fungerus* ad h. l. notat, quod ἐχέτλη aliis dicatur ἱστοβοεὺς et ἱστοβόη. *Suidas:* ἐχέτλη, τοῦ ἀρότρου τὸ κράτημα.

'ΕΧΘΕ'Σ, *heri.* אֶמֶשׁ, *heri, vesperi.* 2 Reg. IX, 26. Iob. XXX, 3. – אֶתְמוֹל, idem. 1 Sam. IV, 7. ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν, heri et nudius tertius. Psalm. LXXXIX, 4. ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, *hesterna dies.* – תְּמוֹל. Gen. XXXI, 5. Ios. III, 4.

'ΕΧΘΙΣΤΟΣ, *inimicissimus. Cant. tr. puer.* v. 6. ἐχθίστων ἀποστατῶν, apostatarum inimicissimorum. Inde in *Gloss. MS.* in *Cantica Script.* ἐχθίστων, ἐχθροτάτων, et apud *Hesychium:* ἐχθίστων, μεμισημένων, μυσαρῶν, ἐχθροτάτων. Vide et Sap. XII, 4. XV, 18.

"ΕΧΘΡΑ, *inimicitia.* אֹיֵב, *inimicus.* Ies. LXIII, 10. Mich. II, 8. In utroque loco mihi pro εἰς ἔχθραν reponendum videtur εἰς ἐχθρὸν, ut iam dixerat *Hieronymus. Alii* statuunt, eos legisse לְאֵיבָה. Sed prius videtur verosimilius ob faciliorem librariorum lapsum. – אֵיבָה, *inimicitia.* Gen. III, 15. Num. XXXV, 22. Ez. XXXV, 5. – אַף, *ira.* Ezech. XXXV, 11. – אֹרֶב, *insidiae.* Ier. IX, 8. ubi non opus est statuere, eos אֵיבָה legisse, nam sensus parum mutatur. – שִׂנְאָה, *odium.* Num. XXXV, 20. Prov. X, 19. XV, 18. XXVI, 26. 3 Esdr. V, 74. ἐν ἔχθρᾳ ἦσαν αὐτοῖς, inimici erant illis.

'ΕΧΘΡΑ', *inimica.* אֹיֶבֶת, idem. Mich. VII, 8 et 10.

'ΕΧΘΡΑΙ'ΝΩ, *pro inimico habeo, odio prosequor.* אָיַב, idem. 1 Sam. XVIII, 29. ἐγένετο Σαοὺλ ἐχθραίνων τὸν Δαβὶδ, Saul *odio prosequebatur* Davidem. Ps. III, 7. τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι, coll. XXXIV, 22. – צוּר, *angustiis afficio.* Num. XXV, 17. ἐχθραίνετε τοῖς μαδιηναίοις, pro inimicis habete, atque hostiliter tractate Madienaeos. – צָרַר, *hostiliter tracto, invado.* Deut. II, 9. 19. – שָׂנֵא, *odio prosequor. Aqu.* Ps. XXXIV, 19. ἐχθραίνοντές με. Sir. XXVIII, 6. 1 Macc. VII, 26. ubi cum dativo construitur, coll. IX, 51. XI, 38.

40. Ibid. IX, 29. ἐν τοῖς ἐχθραίνουσιν τοῦ ἔθνους ἡμῶν, in illis, qui *inimicitiam exercent* in gentem nostram. *Hesych.* ἐχθραίνειν, μισεῖν.

'ΕΧΘΡΕΥ'Ω, *inimicus sum.* אָיַב, idem. Exod. XXIII, 22. ἐχθρεύσω τοῖς ἐχθροῖς σου. - צָרַר, *hostiliter tracto, invado.* Num. XXIII, 55. Vide et 2 Macc. X, 26.

*'ΕΧΘΡΙ'Α, i. q. ἔχθρα, *inimicitia.* שִׂטְנָה, nomen proprium *Sithnah,* secundum etymologiam *odium.* Gen. XXVI, 21. ubi ita *puteus* dictus est, quia *causa odii et rixandi quasi materia* fuit. Sic λήθη pro *causa oblivionem inducente* ponitur apud *Thucyd.* II. c. 44. Confer *Miscell. Lips.* Vol. VI. P. II. p. 275. Fortasse tamen Genes. l. l. ἔχθρα legendum est, ut 4 codd. *Holmes.* habent, et *Philo* legisse videtur.

'ΕΧΘΡΟ'Σ, *inimicus.* אֹיֵב, idem. Gen. XLIX, 8. Ex. XV, 6. 9. - אֹרֵב, *insidiator.* 1 Sam. XXII, 8. - בֶּצֶר, *aurum lectissimum.* Iob. XXII, 25. ἀπὸ ἐχθρῶν. Legerunt מִצַּר. - גּוֹי, *gens.* Ps. CV, 39. ubi tamen pro ἐχθρῶν *Bielio* legendum videtur ἐθνῶν. Ita *Vulg.* Vide *Colomesii Obss. Sacr.* p. 589. Satis tamen constat, Iudaeos et omnino veteres populos gentes exteras pro *inimicis* et *hostibus,* habuisse, ut vel e latino *hospes* apparet. Eadem causa fortasse etiam commoti sunt, ut Ez. XXXIX, 27. pro ἐχθρῶν ponerent ἐθνῶν. Vide sequ. זָר. - זָר, *alienus.* Prov. VI, 1. Respexerunt sine dubio notionem *inimici,* quam habet זָר. Psalm. LIV, 5. CIX, 11. et Ies. I, 3. - מַצְמִית part. Hiph. *exscindens.* Psalm. LXVIII, 6. - מְתִים plur. *homines.* Ps. XVI, 14. - סַבָּל, *baiulus.* Nehem. IV, 10. Accepisse videntur סַבָּל in notione transitiva, ut sit *onus alteri imponere,* ac legisse סֹבֵל. - עָר Chald. *adversarius.* Dan. IV, 17. - צַר, *hostis.* Gen. XIV, 20. Num. XXIV, 8. Deut. XXXII, 41. 44. et alibi saepius. - צַר וְאוֹיֵב, iunctim. Esth. VII, 6. - צֹרֵר part. *oppugnans.* Esth. IX, 10. Ps. VII, 4. 6. VIII, 3. - רַע, *malus.* Prov. XX, 12. - שׁוֹר, *observator.* Psalm. XCI, 11. - שׂנֵא: מְשַׂנֵּא part. Kal et Pih. *osor.* Exod. XXIII, 5. Iob. VIII, 22. Psalm. IX, 15. - שֹׁרֵר, *observator.* Ps. V, 9. XXVI, 17. - תְּקוֹמֵם pro מִתְקוֹמֵם part. Hithp. a קוּם, *insurgens.* Ps. CXXXVIII, 20. Sap. XII, 24. τὰ καὶ ἐν ζώοις τῶν ἐχθρῶν ἄτιμα, animalia apud hostes (sc. Iudaeos) vilia et infamia.

*'ΕΧΘΡΟ'ΤΑΤΟΣ, *inimicissimus.* Sirac. VIII, 8. sec. *Compl.* Conf. *Fischer.* ad *Welleri Gr. Gr.* II, 102. ac *Pollucis Onom.* V, 116.

'ΕΧΙΔΝΑ, *vipera.* אֶפְעֶה, idem. *Aqu.* Ies. LIX, 5.

'ΕΧΙ'ΝΟΣ, *echinus, erinaceus, hericius.* Dictum volunt a spinis, quibus ἔχεται, i. e. continetur. קִפֹּד, *noctua.* Ies. XIV, 23. XXXIV, 11. Soph. II, 14. - קִפּוֹז, *merula.* Ies. XXXIV, 15. - תַּנִּין, *draco.* Ies. XIII, 21. *Hesych.* ἐχῖνος, μικρὸν τῆς θαλάσσης ζῶον, ἢ τὸ πετεινόν. Apud eundem

ἐχῖνοι inter alia exponuntur ζῶον θαλάσσιον ἐδώδιμον, καὶ μῦες, καὶ οἱ ἀκανθόχοιροι.

*ἜΧΙΣ, *anguis*, *vipera*. Sir. XXXIX, 35. *Suidas*: ἔχις, εἶδος ὄφεως, ἀπὸ τοῦ κατέχειν.

ἜΧΩ, *habeo*, *teneo*, *accipio*, *potestatem habeo*, *possum*. אָחַז, *prehendo*, *teneo*. Iob. XVII, 9. σχοίη δὲ πιστὸς τὴν ἑαυτοῦ ὁδὸν, *teneat* autem fidelis viam suam, vel ambulet in via sua. *Phav.* σχοίην Ἀττικῶς. ὁμοίως τὸ περιπατοῖμι, περιπατοίην. Iob. XVIII, 21. πρώτους δὲ ἔσχε θαῦμα, primos autem *tenebat* stupor. Confer Marc. XVI, 8. ibique *Keuchenium*. Iob. XXI, 6. ἔχουσι δέ μου τὰς σάρκας ὀδύναι, *tenent* autem carnes meas dolores. Vide et Iob. XXX, 16. Ies. XIII, 8. - אֵל, *facultas*. Prov. III, 27. ἡνίκα ἂν ἔχῃ ἡ χείρ σου βοηθεῖν, cum *possit* manus tua succurrere. Conf. Matth. XVIII, 25. Act. XXV, 26. Sic passim exteri ἔχω pro *possum* adhibent. *Herodot.* VIII. c. 128. ὄντινα μὲν τρόπον, ἀρχὴν ἔγωγε οὐκ ἔχω εἶπαι, quonam modo, prorsus ego dicere nequeo. *Isocrat. Nicocl.* p. 60. ἔχοι δ' ἄν τις ἐπιδεῖξαι. *Aelian. V. H.* I, 25. XII, 64. XIII, 2. - בּוֹא, *venio*. Lev. XIV, 35. - בָּלַס, *perquiro*. *Symm.* Amos. VII, 14. ἔχων. Libere vertit: nam vellicatio ficuum sycomori possessionem earum praesupponit. Potest tamen ἔχειν h. l. quoque per *colere* verti, unde *Theodotion* h. l. habet χαρακῶν, *vallans*, vel *fossa muniens*, quod eodem redit. - בַּעַל, *dominus*. Cohel. X, 20. Dan. VIII, 6. 20. *Aqu.* 1 Sam. XXVIII, 7. Idem 2 Sam. V, 20. *Aqu. Symm.* ib. VI, 2. *Symm.* Cohel. V, 10. *Aqu.* Hos. II, 16. ὁ ἔχων. *Hieronymus* ad h. l.: Lingua hebraea et syra בַּעַל interpretatur ὁ ἔχων, i. e. *habens*. Si voluerimus dicere *habens me*, dicimus בעלי, et apud utramque gentem uxores viros suos vocant *Baali*, i. e. *vir meus*, quod intelligitur habens me, et est sensus: qui habet me in coniugio. *Suidas*: ἔχει ὁ ἀνὴρ γυναῖκα, ἔχεται δὲ ἡ γυνὴ ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Conf. *Lex. N. T. s. h. v. Aqu. Theod.* Nah. I, 2. *Aqu.* Cant. VIII, 10. - בְּעוּלָה part. foem. Niph. *maritata*. *Aqu.* Ies. LXII, 4. ἐσχημένη. - הוֹאִיל, Hiph. a יָאַל, *volo*. Gen. XVIII, 31. ἐπειδὴ ἔχω (sc. ἐξουσίαν) λαλῆσαι πρὸς τὸν κύριον, postquam habeo potestatem loquendi ad Dominum. - הֶחֱזִיק Hiph. *apprehendo*. Ier. L, 42. - הָיָה, *sum*. Exod. XXVIII, 28. Ios. VIII, 20. - *הֵפִיק. *Inc.* Prov. III, 13. Bene quoad sensum. - הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono*. Ier. IX, 8. - חִלֵּק Pih. *distribuo*. Iob. XXI, 17. ubi tamen pro ἕξουσιν fortasse legendum ἥξουσιν ob αὐτοῖς, quod in Cod. *Alex.* praecedit. - יָדַע, *scio*. Cohel. VI, 5. ubi tamen pro ἔχω rectius scribitur ἔγνω. - יֵשׁ, *sum*. Gen. XXIII, 8. εἰ ἔχετε (subaudiendum videtur θέλημα) τῇ ψυχῇ ὑμῶν, si placet vobis. - כּוּן, *dispono*. Neh. VIII, 12. ἀποστείλατε μερίδας τοῖς μὴ ἔχουσι, mittite portiones illis, qui non habent, sc. opes, pecuniam, h. e. pauperibus. Sic τοὺς

μὴ ἔχοντας Paulus 1 Cor. XI, 22. vocat *pauperes*. Et Sir. XIII, 7. ἐὰν ἔχῃς significat: *si dives sis*. Exteris etiam ἔχοντες, per ellipsin, pro ἔχοντες τὰ χρήματα, *divites*, dicuntur. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. - כָּתַב, *scribo*. Iob. XXXI, 36. - *לְ, ita ut omissum sit הָיָה, apud *Symm.* Iob. II, 4. ὅσα ἔχει ἀνὴρ, pro אֲשֶׁר לָאִישׁ. Eodem modo ibidem ὑπάρχει usurpatur apud LXX. - לְבוּשׁ, *vestimentum*. Esther. IV, 2. ubi ἔχειν, omissa voce ἱμάτιον, (cf. *L. Bos. Ellips. Gr.* p. 214.) notat *indutum esse*. - לָקַח, *accipio*. Genes. XXXVIII, 23. Amos. VI, 13. Hos. XIII, 11. pro ἔσχον videtur scribendum ἀνέσχον, ad quam scripturam quoque ducit lectio ἀνέσχον ed. *Ald.* - מָצָא, *invenio*. Gen. XIX, 15. Exod. XXXIII, 12. Prov. XXVIII, 23. - נָשָׂא, *fero*, *sumo*. Ios. VI, 8. 2 Paral. XI, 20. - נָתַן, *do*. Esth. III, 11. τὸ μὲν ἀργύριον ἔχε, argentum quidem habeas, *retineas*. - עָצַר, *contineo*. Dan. X, 16. - צָפַן, *abscondo*. Iob. X, 13. ταῦτα ἔχων ἐν σεαυτῷ. - רַב, *multum*. Num. XVI, 3. ἐχέτω ἐν ὑμῖν. *Vulg. sufficiat vobis*. Conf. reliquos Intt. et v. 7. Alii legere maluerunt: ἀρκείτω vel ἀρκέτω ὑμῖν, *sufficiat vobis*. Sed nihil mutandum, cum apud probatos auctores legamus phrasin non dissimilem καλῶς αὐτῷ ἔχει, *bene quadrat illi*. - רָבַץ, *cubo*. Gen. XLIX, 25. - שָׁגַל, *vitio*, *violo*. Deut. XXVIII, 30. γυναῖκα λήψῃ καὶ ἀνὴρ ἕτερος ἕξει αὐτὴν, uxorem duces, et vir alius *rem habebit* cum illa. Vide et Ies. XIII, 16. et conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - שָׁלוֹם, *pax*. Gen. XLIII, 27. ἠρώτησε δὲ αὐτοὺς, πῶς ἔχετε, sc. ἑαυτοὺς, interrogabat autem illos, quomodo vos habetis. Sic *Aelian. V. H.* II, 37. Tob. VII, 12. τὸ νῦν ἔχον ἡδέως γίνου, *quod nunc attinet*, bono sis animo: coll. Act. XXIV, 25. 1 Macc. IV, 28. ἐν τῷ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ, anno *subsequente*. 1 Macc. XI, 9. ἣν ἔχει, quam *uxorem habet*. *Syrus*: ܢܣܒܗ, *quam duxit*. 2 Macc. VI, 11. διὰ τὸ εὐλαβῶς ἔχειν βοηθῆσαι ἑαυτοῖς, qui illicitum arbitrabantur, sc. defendere, ubi ἔχειν, ut lat. *habere*, est i. q. λογίζεσθαι, *putare*, *existimare*. Sic ἔχειν εἰς γέλωτα, εἰς παραβολὴν, Sap. V, 3. est i. q. λογίζεσθαι v. sequ. et cap. II, 16. 2 Macc. X, 9. οὕτως ἔχειν, *sic sese habere*, *ita esse*. 3 Esdr. II, 20. καλῶς ἔχειν, *utile esse*, *praestare*. *Ioseph. A. I.* XI, 5. p. 549. ed. *Hav. Dio Cass.* I, 36. pag. 96. ed. *Reim.* 3 Esdr. VIII, 82. ἔχοντες, *experientia cognitum habentes*. Sirac. XX, 17. τὸ ἔχειν, *id quod ipsi habere contigit*, *bonorum suorum possessio*. 1 Macc. IX, 36. ἔχοντες, *praeda onusti*.

*ΜΗ' ἜΧΩ, *non habeo*. *Symm.* Iob. VI, 6. מִבְּלִי, τῷ μὴ ἔχειν. *Vulgat. quod non est sale conditum*. LXX ἄνευ ἁλός. - לֹא, *non*. *Symm.* Hos. VII, 16. εἰς τὸ μὴ ἔχειν.

*ΟΥ'Κ ἜΧΩ, *non possum*, *non valeo*. *Inc.* Ps. CXLV, 3. τῷ οὐκ ἔχοντι σῶσαι, hebr. שֶׁאֵין לוֹ. Vide quoque s. ἀγνὸς, ἀνάγκη, ἀνὴρ, βούλομαι, γαστὴρ, ἐλπὶς, ἑτοίμως, ἡσυχία, θαῦ-

μα, κακῶς, λόγος, παῤῥησία, πίστις, πτέρυξ, σοφία, φρόνησις, χρεία, ὠδίν.

*ἜΧΟΜΑΙ, *adhaereo*, *coniungor*, etiam *habitor*, *inhabitor*. בְּעוּלָה, *maritata*. *Aqu.* Ies. LXII, 4. ἐσχημένη, *possessa*, s. *inhabitata*. - דָּבַק, *adhaereo*. Deut. XXX, 20. - הַחֲזִיק, *apprehendo*. *Hebr.* et LXX Iob. II, 3. *Vulgat. retinens*, proprie inhaerens. - הִתְמַלֵּט, Hithp. *proripio me*. Iob. XIX, 20. - בְּרֹב, *in multitudine*. Ez. XIV, 4.

ἘΧΌΜΕΝΟΣ, *contiguus*, *coniunctus*, *cohaerens*, *propinquus*, *proximus*, *vicinus*. אַחַר, *post*. Ps. LXVII, 27. - אַחֲרֵי, idem. Gen. XLI, 23. ἐφύοντο ἐχόμενοι αὐτῶν, nascebantur *proxime post* illos. 2 Sam. XXI, 1. τρία ἔτη, ἐνιαυτὸς ὁ ἐχόμενος ἐνιαυτοῦ, tres annos iugiter. 1 Paral XXVII, 34. μετὰ τὸν Ἀχιτόφελ ἐχόμενος, post Achitophel *proximus in dignitate*. Ps. XCIII, 15. ubi pro ἐχόμενοι nonnulli male ἐρχόμενοι legendum esse coniecerunt. - אֵצֶל, *apud*, *iuxta*. Lev. VI, 11. ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου, *iuxta* altare. Vide et 1 Reg. XIII, 25. Nehem. II, 6. IV, 3. 18. Hic ἐχόμενα positum videtur pro κατὰ τὰ ἐχόμενα μέρη. 1 Reg. I, 9. ὃς ἦν ἐχόμενος τῆς πηγῆς Ῥωγὴλ, qui erat *iuxta* fontem Rogel. Vide et Ez. I, 15. 19. X, 9. *Hesych.* ἐχόμενος, ἀντεχόμενος, πλησίον. *Suidas:* ἐχόμενος, ἐγγὺς, ἢ κατέχων. Ez. XLIII, 8. Amos. II, 8. ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου, *iuxta* altare. *Gloss. MS. in Proph.* ἐχόμενα, ἐγγύθεν. Dan. VIII, 17. sec. *Chis. Symmach. Inc.* 1 Reg. I, 9. *Inc.* Ez. X, 16. - *אֵת, *cum*. Iud. IV, 11. sec. *Rom.* ubi loco ἐχόμενα legendum esse ἐχομένη, omni dubio caret. - חֹבֵל, part. *sociatus*. Exod. XXVI, 3. quinque autem cortinae ἔσονται ἐξ ἀλλήλων ἐχόμεναι, *sibimet invicem coniungentur*. Vide et Ez. I, 9. - אֶל יַד, *ad manum*. 2 Sam. XIV, 30. - בְּיָדִי, *in manibus*. Ps. CXL, 7. - בְּעַד יַד, *circa manum*. 1 Sam. IV, 19. - לְיַד, *ad manum*, *iuxta*. 1 Sam. XIX, 3. Ps. CXXXIX, 6. ἐχόμενα τρίβου, *prope* semitam. *Hesych.* ἐχόμενα τρίβου, πλησίον, ἐγγυτάτω. - עַל יְדֵי; עַל יַד, *ad manum*, *ad manus*. Num. II, 17. ἕκαστος ἐχόμενος, unusquisque *proxime sequens*. 1 Par. XXV, 2. ἐχόμενοι, *proximi*. Iob. I, 14. Dan. X, 4. - *מֵאֵצֶל. *Aqu.* 1 Sam. XX, 41. - מוּל, *e regione*. Deut. XI, 30. - מִמּוּל, idem. Num. XXII, 5. ἐχόμενος μου, *prope* me, vel iuxta regionem meam. Codex unus *Holmes.* habet ἐχθραινόμενος e glossemate. - כְּמַעַר, *secundum nuditatem*. 1 Reg. VII, 35. - *בַּסֵּתֶר, *in abscondito*. Cant. II, 14. *Cappellus* vult, eos legisse בִּסְטַר, quod chald. significat: *a latere*, *prope*. Sed *Buxtorfius* recte monuit in *Anticrit.* pag. 634., סתר eandem habere significationem, v. c. 1 Sam. XXV, 20. ubi chald. habet בִּסְטַר טוּרָא, *in latere montis*. ת quandoque pro ט ponitur, v. c. Ierem. XVIII, 14. ubi יִנָּתְשׁוּ Hebraei poni volunt pro יִנָּטְשׁוּ. - לְעֻמַּת, idem. Ez. III, 13.

'Η 'ΕΧΟΜΕΝΗ, sc. *'ΗΜΕ'ΡΑ*, *sequens dies.* מָחֳרָת, *postridie.* 1 Par. X, 8. Dan. XIV, 32. sec. *Chis.* Vide et 2 Macc. XII, 39.

'ΕΧΟΜΕ'ΝΩΣ, *consequenter.* 2 Macc. VII, 15.

'ΕΨΑ'Ω, *"ΕΨΩ*, et *'ΕΨΟ'Ω*, *coquo, elixo.* *אָפָה, idem. *Al.* 1 Sam. XXVIII, 4. Ez. XLVI, 21. - בָּשַׁל, בשל, Kal et Pih. Ex. XII, 9. XVI, 23. XXIII, 19. et alibi saepe. Adde 1 Reg. XIX, 21. - הֵזִיד, Hiph. a זוּד. Gen. XXV, 19. - *רוּם. 1 Sam. IX, 24. ubi tamen fortasse scripserunt ὕψωσεν, *levavit.* Draco 31. 40.

"ΕΨΕΜΑ. Bel et Dr. 33. ἥψησεν ἕψεμα, pro quo ἕψημα reponendum videtur, quum in cod. *Chis.* v. 32. ἐν ἑψήματι legatur. *K.*

"ΕΨΗΜΑ, *coctile*, *esculentum*, *edulium aqua coctum, polenta.* *אָדוֹם, *ruber*, *rutilus.* Genes. XXV, 30. ubi tamen אדום prius per *obsonium* ex arab. اَلْاُدْم explicatur a *Boysenio* in *Symb.* p. 13. - נָזִיד, *decoctum*, *iusculum.* Gen. XXV, 29. 2 Reg. IV, 38. Agg. II, 13. Vide et Drac. v. 40. *Suidas:* ἕψημα, ὁ ἀπό τινος ἑψηθεὶς ζωμός.

'ΕΩ'ΘΙΝΟΣ, *matutinus.* בֹּקֶר, *mane.* Exod. XIV, 24. - לֶקֶשׁ, *foenum cordum s. serotinum.* Amos. VII, 1. לקש est *gramen vere nascens collegit* vel *evulsit.* Vid. *I. D. Michaelis* in *Suppl.* p. 1462. - שַׁחַר, *aurora.* Ps. XXI, 1. Ion. IV, 8. Adde Sir. L, 6.

"ΕΩΣ, *usque.* אֵצֶל, *apud*, *iuxta.* Dan. VIII, 7. - בּוֹאֲךָ, *venire te.* 1 Sam. XV, 7. - *כ *similitudinis.* 1 Sam. IX, 27. Legendum ὡς. - ל praefixum. Ies. XXXVIII, 1. aegrotabat ἕως θανάτου, *usque ad mortem.* - עַד. 2 Sam. VI, 23. non pariebat infantem ἕως τῆς ἡμέρας τοῦ ἀποθανεῖν αὐτήν, h. e. *nunquam* peperit. Ion. IV, 9. ἕως θανάτου λελύπημαι, *vehementissime* angor. - עַד אֲשֶׁר אִם. Gen. XXVIII, 15. - *הָעִיר, *urbs.* Ios. III, 16. Mutato ה in ד literam affinem legisse videntur עַד. - עַד בּוֹאֲךָ, *usque venire te.* 1 Reg. XVIII, 45. - עַד לֵב, *usque ad cor.* Deut. IV, 11. - *עוֹד. Dan. IX, 20. sec. *Chis.* - *עַל. Mich. I, 14. Legerunt עַד. Idem valet quoque de loco Ps. LX, 7. ubi pro ἕως ἡμέρας nonnulli legere malunt ὡς ἡμέρας provocantes ad cod. Kenn. 156. ubi כִּימֵי legitur. - *עֵר, *vigilans.* Mal. II, 12. Legerunt עַד. Legitur praeterea in edit. *Quint.* Hos. VII, 8. ubi tamen pro ἕως scribendum est ὡς, ut iam *Montf.* observavit. Respondere autem ibi videtur hebr. הָיָה, quod in hac orationis serie vertendum est: *fuit sicut*, s. *similis.* 1 Macc. II, 58. ἕως εἰς, i. q. εἰς simpliciter.

"ΕΩΣ "ΑΝ, *usque ad*, *usque dum*, *donec.* עַד. Ps. CXL, 11. Ies. XXII, 14. non remittetur vobis peccatum hoc, ἕως

ἂν ἀποθάνητε, h. e. *nunquam remittetur.* Confer 2 Sam. VI, 23. - עַד כִּי. Gen. XLIX, 10. Legitur praeterea Iob. XXXIX, 24. ubi scribendum est ὡς ἂν, *statim atque signum dederit tuba.*

"ΕΩΣ ΕΙ'Σ, *usque ad.* עַד. Lev. XXIII, 14.

*"ΕΩΣ 'ΗΛΘΕΝ, *usque dum pervenit.* כִּלָּה, *finivit.* Gen. XLIV, 12. Recte quoad sensum.

"ΕΩΣ "ΟΤΟΥ, *usque dum.* עַד אֲשֶׁר. 1 Sam. XXX, 4. Vide et 1 Macc. XIV, 10.

"ΕΩΣ ΟΥ', *usque dum, donec.* עַד. Ps. LXXI, 7: ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, donec sublata fuerit luna, h. e. ut apud *Suidam* exponitur ex *Theodoreto* ad h. l. πάντα τοῦ παρόντος βίου τὸν χρόνον. - *כִּי עַד. Ps. XCIV, 15. Acceperunt pro עַד כִּי, per hypallagen, quae in huiusmodi particulis quandoque usurpatur. Sic Iob. XXXVIII, 21. כִּי אָז accepe- runt pro אָז כִּי. - עַד כִּי. Gen. XXVI, 13. - *עַד־אָחֳרִין, *ad postremum*, i. e. *postremo, tandem*, chald. Dan. IV, 5. in Cod. *Alex.*

"ΕΩΣ ΠΟ'ΤΕ, *quousque, quamdiu.* עַד אָנָה. Ps. XII, 1. LXI, 3. - *עַד מָתַי. 2 Sam. II, 26.

"ΕΩΣ ΠΡΟ'Σ, *usque ad.* עַד. Gen. XXXVIII, 1. Graeci alias pro ἕως πρὸς dicunt ὡς ἐπὶ, ἄχρι, et μέχρι πρός.

"ΕΩΣ ΤΙ'ΝΟΣ, *usque quo.* עַד אָנָה. Ex. XVI, 28. Num. XIV, 11. et alibi saepius.

"ΕΩΣ ΤΟ'ΤΕ, *usque tunc.* עַד בֵּן. Neh. II, 16.

"ΕΩΣ ΤΟΥ'ΤΩΝ, *usque ad haec.* עַד הֲלֹם, *eousque.* 2 Sam. VII, 18.

*"ΕΩΣ 'ΩΔΕ, *hucusque.* עַד פֹּה, idem. *Symm.* Iob. XXXVIII, 11.

'ΕΩΣΦΟ'ΡΟΣ, *lucifer, stella matutina, aurorae vel lucis praenuncia.* בֹּקֶר, *mane.* Exod. XIV, 24. - הֵילֵל, *lucifer.* Ies. XIV, 12. - מִשְׁחָר. *aurora.* Ps. CIV, 4. - נֶשֶׁף, *crepusculum.* 1 Sam. XXX, 17. - שַׁחַר, *aurora.* Iob. III, 9. Vide supra s. v. ἀνατέλλω. Iob. XXXVIII, 12. XLI, 10. *Hesychius:* ἑωςφόρος, ἀνατολικὸς ἀστὴρ, ὁ τὸν ὄρθρον φέρων. λέγει δὲ τὸν φωςφόρον.

FINIS PARTIS SECVNDAE.

Gnomographos integris aliorumque in eosdem et reliquos selectis suas addidit Jo. Conr. *Orellius.* 8 maj. 1819. Charta impress. 3 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 3 thlr. 18 gr.
*— — Idem liber, charta membranacea. 4 thlr. 8 gr.

Platonis, quae exstant, Opera. Accedunt *Platonis*, quae feruntur, Scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit, in latinum convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratissimos adiecit Frid. *Astius.* Tom. Ius, cont. Protagoram, Phaedrum, Gorgiam et Phaedonem. 8 maj. 1819. Charta impr. 2 thlr. et 2 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 2 thlr. 18 gr.
*— — Idem liber, charta membranacea. 4 thlr.
(Vol. II. et III. sub prelo.)

Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices adiecit Augustus *Krehl.* Vol. Ium, cont. de arte grammatica libros XVI. 8 maj. 1819. Charta impress. 2 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. 3 thlr. 6 gr.
(Vol. II. et ult. sub prelo.)

Schleusneri, Joh. Frid., novum Lexicon graeco-latinum in Novum Testamentum. Congessit et variis observationibus philolog. illustravit. II Tomi in IV Partt. Editio quarta emendatior et auctior. 8 maj. 1819. Charta impress. 8 thlr. et 9 thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 10 thlr. 12 gr.
*— — Idem liber, charta membranacea. 12 thlr.

Schleusneri, D. Io. Frid., Opuscula critica ad versiones graecas Veteris Testamenti pertinentia. 8 maj. 1812. charta impress. 1 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. 2 thlr. 4 gr.

Socratis et Socraticorum, *Pythagorae* et Pythagoreorum quae feruntur Epistolae. Graece. Ad fidem Codicis quondam Helmstadiensis, nunc Goettingensis, recensuit, notis *Allatii*, *Stanleji*, *Olearii*, *Hemsterhusii*, *Valkenarii*, *Koenii*, *Wyttenbachii*, Ch. *Wolfii*, H. *Bremii* aliorumque et suis illustravit, versionem lat. emendat. *Allatii*, *Pearsonii*, *Olearii*, *Bentleji*, *Meinersii*, dissertationes et indicia de epist. Socraticis et indicem adiecit Io. Conr. *Orellius.* 8 maj. 1815. Charta impr. 2 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 3 thlr.
*— — Idem liber, charta meliori. 3 thlr. 12 gr.

Etiam sub titulo:

Collectio epistolarum graecarum. Graece et Latine. Recensuit, notis priorum interpretum suisque illustravit Jo. Conr. *Orellius.* Tom. Imus, continens epist. Socraticorum et Pythagoreorum. 8 maj.

Tittmanni, D. Caroli Christiani, Meletemata sacra, sive Commentarius critico-exegetico-dogmaticus in Evangelium *Ioannis.* 8 maj. 1816. Charta impress. 3 thlr.
— — Idem liber. Charta scriptoria. 3 thlr. 12 gr.
*— — Idem liber. Charta membran. (velin) 4 thlr. 8 gr.

Tittmanni, Car. Christ., Opuscula theologica. 8 maj. 1803. 3 thlr.
— — Idem liber, charta script. 4 thlr.
